18.3

Digitized by Google

Digitized by Google

R.C. VIII-642 paginas 1 hoja

Digitized by Google

Digitized by Google

FASTI
NOVI ORBIS
ET
ORDINATIONUM APOSTOLICARUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

FASTI
NOVI ORBIS
ET
ORDINATIONUM APOSTOLICARUM
AD INDIAS PERTINENTIUM BREVIARIUM

CUM ADNOTATIONIBUS.

OPERA

D. CYRIACI MORELLI

PRESBYTERI, OLIM IN UNIVERSITATE
NEO-CORDUBENSI IN TUCUMANIA PROFESSORIS.



VENETIIS MDCCLXXVI.
PROSTAT APUD ANTONIUM ZATTA
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

FASTI NOVI ORBIS,

Et Ordinationum Apostolicarum ad Indias spectantium Breviarium cum Adnotationibus.

PROLOGUS.

ORdinationum Apostolicarum ad Indias pertinentium collectionem necessariam diu fecit earum novitas, numerus, & vicissitudo: nunc maxime quando moderniorum Pontificum decretis, vel consuetudine & usu, primæ sunt reformatæ, restrictæ, ampliatæ, vel abrogatæ. Equidem præter ea quæ in jure positivo de naturali & de divino desumpta sunt, nulla est materia in qua quidquam pro Indiis determinari possit, nisi jus Indiarum municipale præ oculis habeatur, nam licet multæ passim occurrant causæ & dubia in utroque foro ex jure antiquo & novo communi decernenda, cum tamen in pluribus speciale jus obtineat, temere in quovis casu resolutio figatur necesse est ab ignorante, num quidquam specialis juris sit.

Enim vero, ut juris indici studiosorum votis, clericorumque & regularium usui fiat satis; opus erat non tantum litteras apostolicas, vivæ vocis oracula, & Cardinalium declarationes mirum quam dispersas colligere, sed authentica ab apochryphis dividere, & ad singula adnotare quid usus ferat, quid consuetudo legitima; quid obtineat in foro ecclesiastico rite præscriptum, quid etiam in foro regio, notum est enim quantum conferat juris regii notitia ad ecclesiastici vim declarandam (*a*); nam sæpe Rex ejus executionem imperat, ut in *lege* 10. *tit.* 9. *lib.* 1. *Recopilat. Indiar.*: sæpe aliqua ordinat Cardinalium declarationibus conformia, ut *leg.* 28. *tit.* 15. *lib.* 1.: quod dum contingit, liquidum est, ecclesiasticum jus, cui regium sic suffragatur, propriam sortiri & expeditam obligandi vim. Ea præscribit quandoque jus regium, ex quibus constare potest vel colligi, aliquam ordinationem apostolicam, postquam prodiit, esse revocatam vel confirmatam, post primam revocationem renovatam, vel post primam confirmationem tandem ad terminos juris redactam.

Lon-

(a) *Instit. Eccl. apud Memor. Trev. anno* 1721. *art.* 81.

Digitized by Google

Longe est ut credam, operi præconcepto per præsens ordinationum Breviarium satisfactum esse, in quo plures aliis erunt, mihi etiam noti sunt sequentes defectus. Deest in plerisque ordinationibus notitia datæ & tenoris authentica, vel ex authentico desumpta, neque fides major est ea, quam authores faciunt ad cujusque ordinationis calcem citati. Hæc tamen, nisi authoritate contraria, exceptioneve aliqua elidatur, vel ratione, sufficit ad resolutiones doctrinales & morales: vix enim ullo id genus jure, in regionibus maxime Novi Orbis, tenebitur quis, si ordinationes pontificias & declarationes præscriptis signaturis, quæ in foro ad faciendam fidem requiruntur, firmatas solum obligare contendat. Defuit ad plures in epitomen redigendas textus integer, quo sensus & virtus constitutionis aliquando relinquitur anceps. Pronum etiam sit in tanta, quæ per eas regiones ubi scribebantur hæc, est summa documentorum inopia, ut multæ ex toto desint ordinationes, de quibus nec mentio fiat. In aliis ad hispanam ditionem pertinentibus desidero testimonium vel notitiam de Senatus Indici revisione; quamquam hæc in aliis abundat, eo quod leges indicæ ex Indici Senatus consultis ut plurimum factæ passim urgent, nedum permittunt executionem. Documenta etiam desunt de usu & praxi per ecclesias Novi Orbis vigente, cujus cum rite præscribitur, nota vis est ad firmandam, vel infirmandam ordinationum vel legum obligationem. Ordinationibus apostolicis Romanarum Congregationum declarationes ex dicendis anno 1652. 30. Julii connumerantur. Sed in paucis constat de conditionibus ibi requisitis, ut apostolicæ constitutiones nominentur.

Horum tamen defectuum causa cessandum non fuit ab opere, quod perfectum edere consummatumque nescimus an aliquis induxerit animum: quodque deinceps sapientum correctionibus supplementisque potest consummari. Expetitum diu est Opus à Cl. V. Antonio Leon Pinelo inscriptum *Gobierno Ecclesiastico y Espiritual de las Indias*, quod editor & aditor Pinelianæ Bibliothecæ (*a*) laudabili conatu vulgandum suscepit, additis supra tercentum de rebus Indiarum pontificiis decisionibus. Sed neque scire datum est, an fidem datam liberaverit. In regia certè matritensi bibliotheca & curia nulla editionis factæ notitia; neque numerus edendarum decisionum promissus factis par esse videtur: & alioquin Pinelianum Opus plus uno ante sæculo confectum & primo editum exigui pretii jam sit oportet, si detur sine supplemento, cum tot post auctoris obitum decisiones emanaverint pontificiæ de ecclesiastica re Indiarum.

Non omittitur hic ordinationum temporalium summa vel mentio, dum occurrit, quamvis jam diu expiraverint, tum in eruditionem, doctrinam, notitiam, & similium explicationem; tum ut exemplo sint facultatum, & gratiarum, quæ de apostolica benignitate dimanare solent, sunt enim ut plurimum hæ temporariæ ordinationes privilegia quædam; tum ut

(a) Verbo *Antonio Leon Pinelo. Epit. de la Bibl. Or. y Occ. naut. y geogr.... anad.* &c.

Digitized by Google

ut fidentius, dum è re sit, iteretur supplicatio, nam facilius expedietur facultatis aliquando factæ confirmatio vel prorogatio, quam prima sine exemplo concessio; tum etiam ut constet expirasse jam, nam à scriptoribus enunciantur aliquando privilegia suppressâ caducitatis notâ, tum denique quia sæpè ex ordinatione pro tempore jam elapso factâ emergit aliquid pro eadem, dum prorogetur, vel pro aliis ejusdem generis adnotandum. Ordinationes factæ pro Societate Jesu, vel ejus alumnis quamvis indefinitæ concessionis sint, suppresso ordine factæ sunt reipsa temporariæ, cassæ, & inanes prorsus quoad usum; commemorandæ tamen ut reliquæ temporales, in exemplum, in explicationem aliarum, & in eruditionem. Idque in universum semel admonitum iterumque lectorem volo, nullam ordinationem sive favorabilem, sive onerosam hoc opere commemorari, ut in usum cæcè adhibeatur; sed in notitiam adducuntur omnes, vel in memoriam reducuntur, ad acuendum studium ut constet num vi sua destitutæ sint.

Accipiuntur Indiæ seu Novus Orbis latissimè pro regionibus post Mauritaniam vergentibus ad austrum, orientem, occidentemque juxta declarationem Gregorii XIII. de qua suo loco; nam & Nigritiam Indiarum nomine appellare solemne est, appellatque D. Antonius Herrera (*a*). Et Azanaghi (*b*), qui occiduam Africæ oram incolunt sub boreali tropico Indorum nomine appellantur, neque alio appellati sunt ante navigationem Vasci de Gama. Unde & Collectionis initium sumitur à tempore Martini V., quo maximè post sæculi XV. adolescentiam de lustranda Africæ occidentalis ora cogitari cæpit.

Utinam esset qui monumenta de re Indiarum ecclesiastica pari atque Novi Orbis plagas & opes diligentia conquireret, elucidataque novalis illius cultorum usibus adaptaret. Eximium esset operæ pretium, si conciliorum tam provincialium quam diœcesanorum Indicanæ qua latè patet Ecclesiæ fieret collectio, qualem de Conciliis Limanis S. Turibii edidit Franciscus Haroldus, de Hispaniensibus Cardinalis Aguirre, de Conciliis totius Ecclesiæ plures, quibus tam modicum acceptum refert Novus Orbis, ut vix unius aut alterius nempe Mexicani & Limani, cum tot alia celebrata sint, copia detur. Et quia locorum distantia in aliquot Indiarum regionibus rariores fecit ejusmodi cœtus, pro his è re foret Episcoporum edicta & instructiones in unum colligi typis edenda, ut ex aliis in alia minus nota affunderetur optata lux. Quodsi desiderato Operi accederet sacra geographia diœceseon cum exacta definitione limitum ad episcoporum, prælatorumque aliorum, & ad nullius jurisdictionem pertinentium, majus esset pretium, præsertim quia plures factæ sunt ordinationes pro locis extra limites episcopatuum constitutis. Sed hæc vota concipere

(a) *Herrera Decad.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. (b) *Histoire des Voiag. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 292.

Digitized by Google

cipere facile; impossibile mihi complere est; possibile tamen licèt difficile litteratis in Curia Regis Catholici, vel Summi Pontificis, quò tam multi Indiarum undequaque adveniunt qui documenta suppeditent, unde reliqua exquiri possunt, nec tam longe absunt juris interpretes, oracula, & tabularia. Interea Breviarium hoc juris, non brevi, non exiguo labore comparatum, benignam lucem, & apostolicorum Paraquariæ messis cultorum, quiqui sint illi, quorum usui nominatim parabatur olim, & modò dicatur, gratiam amat.

Placet ante juris Breviarium Fastos Novi Orbis, idest Breviarium factorum mittere in novam lucem: ut nempe jura & facta sibi invicem explicationi sint. Fastos Novi Orbis gallicè scripsit primùm, deinde correctos & auctos edidit P. Charlevoix (a). Nunc tamen prodeunt novis correctionibus & accessionibus, quæ asteriscis interpunguntur, & interpretatione latina cujusdam presbyteri rerum indicarum studiosi, & americanæ vineæ cultoris in voto.

(a) Charlev. Hist. Nov. Franc. tom. 6. a pag. 303.

Digitized by Google

FASTI
NOVI ORBIS.

ANNO 1248.

Groënlandia. *Long. a merid. Gall.* 340. *Latitud. bor.* 72.

HAudquaquam iis habenda fides, qui ante hunc annum cum irrepertis oris Groënlandiam connumerant: a nono quippe sæculo frequentari cœpta est ampla hæc regio a Norvegis, nec ita ut nostris temporibus infrequenter.

1373.

Guinea. *Long.* 20. : *Latit. bor.* 9.

Incertum quo anno cœperint Gallorum commercia cum Guineanis. Hoc vero est in comperto ab anno scilicet 1364. Deppenses mercatores in oram maritimam Guineæ merces importare & asportare solitos: nec porro æquæ mitisque horum consuetudinis a majoribus ad posteros perpetuo commendatæ obliti unquam sunt indigenæ, aliorumque Europeorum iniquitate ac sævitia, humanis enim primis hospitibus inhumana successere ingenia, grata Deppensium memoria apud Guineanos non sine desiderio accensa est, cujus quidem extat hodieque in ora a grano dicta monumentum, quod ad nostra tempora *parva Deppa* audit.

1383.

In eadem ora, ubi deinde arx, quam a fodina dixere, extructa est, ædificare cœperunt Deppenses domos sibi. Hinc vero solo cedere coacti sunt anno 1410. a civili motu sub Galliæ regibus Carolo VI. & VII. ejus cognomine.

Digitized by Google

1401. 1405.

Canariæ. *Long.* 0. — 5. *Lat. bor.* 27.

Has quidem insulas levi sanè conjectura Fortunatas antiquis adeo celebratas nonnulli esse credunt, cum revera primus de illis nuntius medio sæculo XIV. ad Europam perlatus sit, anno nimirum 1345. per certos negotiatores e Genuensibus & Catalaunis: cujus occasione D. Ludovicum de la Cerda Canariarum regni diademate Sceptroque Pontifici Summo Clementi VI. placuit consolari, cum ejus patrem regno abdicasset avus & idem Castellæ Rex Ildephonsus X. At cum subrogatæ dominationis habenas non ceperit Lodovicus, de Canariis iterum nullus in Europa sermo. Jam exeunte sæculo XIV. aut certe ineunte XV. Castellæ Rex Henricus III. nuntiatas insulas destinat conspicuæ apud Normannos nobilitatis viro Joanni de Betancur. Sunt vero qui non huic, sed Roberto de Bracamon, qui Gallorum classi postea præfectus fuit, traditas ab eodem Rege eas commemorent: Robertumque illas dimisisse sibi conjuncto sanguine Joanni de Betancur cognomento *Gallardo*, qui per ea tempora dominatum ad S. Martinum obtinebat. Is autem haud instrenue rem aggressus anno 1401., aut certe non exacto 1405., suas fecit insulas vulgi nomine de *Lanzarote*, *Fuerte-Ventura*, *del Hierro*, subactosque insulares homines regiis imperiis novus Rex flectere deinceps constituit. Qui vero jure sanguinis Canariensis regni habenas suscepit Mathote (*Menautem* vocat Brietius) de Betancur eas tandem Lusitano Infanti Viseensique Duci D. Henrico transdidit: idque feliciter accidit Ferdinando de Castro, quippe qui ab Henrico cum potestate legatus est a domus suæ præfectura ad eas insulas imperio regendas. Quo autem anno reliquæ insulæ inventæ fuerint, non una est scriptorum opinio. Hoc enim vero in comperto est, reclamatum nempe a Castellano contra memoratam Menautis sive Machoti abdicationem, quod universe in Canarias jus a se stare diceret: nec porro lis antea terminata est quam Canariæ omnes ex novis pactis conditionibus Castellæ regno adscriptæ sunt, ut modo permanent.

1412.

Boxadorium. *Long.* 5. *Lat. bor.* 25.

Annus hic oræ Africæ exploratores vidit primos Lusitanos nautas, qui diu in itineribus suis ad promontorium, quod appellationem *Boxador* obtinuit, hærebant prætervehi non ausi.

1418.

Portus-Sanctus. *Long.* 2. *Lat.* 32.

Id nominis huic insulæ est, quod ejus inventores Tristanus Vaz, & Joannes Gonzalez Zarco Lusitani ambo in eam appulerint festa Sanctis omnibus luce.

1419.

Madera. *Long.* 1. *Lat.* 34.

Anno insequente iidem applicuerunt item primi ad Maderam insulam. Uterque vero eum regionis prospectum, quem descendens collustravit, de nomine appellavit suo. Gonzalez præterea antro quodam lupis marinis receptaculo sub excensum ipsum explorato, tractum illum nativo idiomate *Cama-*

Camara de lobos mariñas nuncupavit: indeque illuſtris ejus domus cognomine *de Camara* aucta eſt. Jam vero *Maderæ* denominationi toti inſulæ attributæ occaſionem dedit interminata qua undequaque cooperiebatur ſilva. Si nonnullis ſcriptoribus Anglis habenda fides, reperta Madera eſt a certo Machin inſulano ſuo, qui caſu tempeſtate videlicet actus in illam venerat cum uxore: qua ibi mortua, mari ventiſque ſe rurſus commiſiſſe Machin dicitur, incertus omnino quo proram dirigeret. Conſimili incertitudine cum maria illa circum Caſtellanos quoſdam fluctuantes obvios habuiſſet, eos de invento ſuo fecit certiores, iiſdem Anglis auctoribus: Hiſpanos vero Galloſque etiam, cum in conquiſitam Maderam venire tandem deſperarent, nunc in hos, nunc in illos Canariarum portus recepiſſe ſeſe. Hæc Angli.

1439.

Boxadorium Promontorium.

Ægidius Añez gente Luſitanus ſocio Antonio Gonzalez Baldaya præter ante alios omnes navigat Boxador promontorium. Sunt qui velint, hoc illud promontorium eſſe, quod apud Ptolomæum *Canareæ* appellatione protenſum viſitur. * At in Ptolomæo toto fruſtra promontorium ejus appellationis quæſieris. Ad 1. long. gradum, & a 10. ad 16. lat. collocat quidem ſex inſulas, quarum uni Canariæ nomen appingit (*a*). Quam porro Ptolomæi deſcriptionem Gloſſa in eundem edita Baſileæ (*b*) ſic explanat: „ Canariæ *inſulæ* hodie dicuntur ab Hiſpanis excultæ. Sunt ſeptem habi„ *tatæ*; tres *deſertæ*. Cadamuſtus cap. 7. & 8. Sunt tamen ſeptentrionaliores quam Ptolomæus tradat. Et hoc loco ſunt Heſperides inſulæ, hodie Capitis Viridis ſub dominio Regis Portugalliæ. *Petrus Martyr Decad. I.* In eandem rem Plinius l. 6. cap. 32. in Hiſtoria Naturali, ubi ad Fortunatas inſulas venit, Canariam cum eis connumerat. Quæ omnia plane conficiunt, non adeo nuperam recentemque Canariarum denominationem neque notitiam eſſe, quemadmodum auctori placuerat. Quod ſi promontorium illac eſſet antiquis *Canarea* nominatum, ab eo conjectura eſſe poſſet dictas adjacentes Canarias; ut Heſperides illis proximæ a Viridi promontorio vernaculo ſermone *Cabo-Verde* & Inſulæ *de Cabo-Verde* appellationem mutuatæ ſunt. Plinius quidem exiſtimat, Canariæ vocabulo occaſionem feciſſe Canes, alii Cannas e quibus ſaccharum exprimitur, quibus abundat regio. *

Vox Boxador a Luſitanis eſt, etymon habens a *boxar* quod luſitano & hiſpano idiomate eſt remigare. Porro enim ad occiduum ſolem remigare aut navem agere neceſſe eſt curſum ad orientem illac tenentibus. * Verum eſto etymon; at *boxar* non idem ſonat atque *vogar*, quod eſt remigare, ſed ambagibus longiſve circuitionibus qua remis veliſque, qua pedibus equove viam ingredi: quo profecto ſenſu lacus exempli gratia ſexcentis milleniſve leucis ambitus, ſeu per circuitum, vulgo *de box* circumſcribi dicitur. *

1440.

(a) *Ptol. lib. 4. cap. 6. & Tabul. 4. Africæ.* (b) *Edit. Baſileæ ex offic. Henr. Petri anno 1552. pag. 76.*

Digitized by Google

1440.

Album Prom. *Long.* 1. *Lat. bor.* 21.

Nugnus Triſtanus e Luſitania ſalutati primum Albi Promontorii (Hiſpanis *Cabo Blanco*) laudem nactus eſt hoc anno, quo nonnulli inventi Heſperii Cornu (*Cabo-Verde*) initium figunt. Iis tamen plerique omnes adverſantur.

1442. 1443.

Auri-flumen. *Long.* 3. *Lat. bor.* 23.

Arguin. *Long.* 1. *Lat.* 20. 20.

Antonius Gonzalez luſitana item gente natus flumen vulgo *dell' Oro* ad ea tempora innavigatum explorator ſubit anno 1442. Sequente vero 1443. Arguinas inſulas, quæ contra Album promontorium ſeſe erigunt, recognoſcit. Hic arcem excitari imperat Infans Henricus, quam anni 1638. Batavi expugnaverunt.

1445.

Angra. *Long.* 35. *Latitud. merid.* 26.

Gonzalus ſeu Gundiſalvus de Cintra eadem qua ſuperiores origine amplum in ora Nigritiæ ſinum ingreditur haud ſecundis quidem avibus, in eo quippe vita interfectus eſt. Ab inventore deſumpto nomine ſinum *Angra de Cintra* appellarunt, cui ſolum *Angra* nomen reliquit uſus.

1446.

Heſperium Cornu. *Long.* 1. *Lat.* 15. *bor.*

Nugno Triſtanio, quem paulo ante commemoravi, primo ex omnibus promontorium Viride caput aperuit ſuum. Ab eodem imprudente tamen Senegalis oſtium ſuperatum eſt, quo ad promontorii ſeptentrionem in mare ſeſe egerit, quemadmodum Gambra ad illius meridiem vi fertur ſua. Duobus hiſce fluminibus veluti totidem brachiis tractum illum amplectitur flumen Nigrum. Porro hujus inventionis authorem pauci laudant Dionyſium Fernandez, qui forte eadem cum Nugno vehebatur navi.

1447.

Senegale. *Long.* 2. *Lat.* 16.

Senegale quod accolæ *Ovedec* nominant, diſtinctum hoc anno eſt a Luſitano Lanzarote. Auctæ appellationi occaſionem dedit magni nominis ætiops (ſic nigri colorem vocare placet) nomine *Senega* aut *Sanega*, qui a Luſitano captus in priſtinam libertatem aſſeruit ſe lytro dato. Falſus vero animi Lanzaroteus primis obtutibus exiſtimaverat Nili brachium Senegale eſſe. Id tandem quod nos hoc anno, alii contra inſequenti detectum tradunt.

1448.

Azores. *Long.* 346.—354. *Lat.* 37.—40. *bor.*

Commendatarius D. Gonzalus Vello ſolvit e Luſitania Azores inſulas exploraturus, quæ ita dictæ ſunt a vulturibus, quibus abundat regio. *Azor* enim cum Hiſpani, tum Luſitani vulturem nuncupant. * Haud ita quidem, non enim vultur, ſed falco eo apud laudatos donatur nomine, ut propterea a voce *azor* minime detorta *azorarſe* vocabulum derivetur, quod quemadmodum celeri & irrequietæ falconis naturæ ſignificandæ aptum

eſt,

Digitized by Google

est, ita vulturinæ molis & motus describendæ tarditati prorsus ineptum. *

Ab Azorum insula, quæ a Lusitania profectis ordine occurrit tertia, quæque inter reliquas princeps eminet, vocantur omnes *Tertiariæ*. Hæ dumtaxat a Commendatario sunt recognitæ Fayal, Pycus, S. Georgius, Tertiaria, Gratiosa, Sancta-Maria, & S. Michael. Postrema hæc celebris est a præclara victoria, quam in navali pugna anno 1582. Marchio a S. Cruce de D. Antonio ad Lusitaniæ regnum aspirante reportavit. Florezia & Corvina aliquot post annos sunt agnitæ. Tertiariæ omnes, cum ad eas appulit Vello, incolebantur a nemine, si modo Fayalem excipias, in hac enim ad fluminis ripam coloni inventi sunt pauci Belgæ, qui ante annum 1439., in quo adinventas Azores auctor est Boterus, sedes illic fixere.

Illud vero non prætereundum, a Florea videlicet & Corvina, quæ sub eodem meridiano sunt, longitudinis gradus enumerare cœpisse Lusitanos, quod ut ipsi quidem ajebant, observassent magneticam acum ad polum ibi recta dirigi. At hujusmodi observationem falsitatis evicerunt alii, quod vel ipsi Lusitani probasse videntur, constituto deinceps primo meridiano in Pico, quæ Azorum item insula est. Id quod si Gallos excipias, reliquæ nationes sequutæ sunt. Gallos, inquam, ii enim a Ferrea, quæ una est e Canariis meridianos circulos enumerare incipiunt. * Nec minus quam Ferrea de Canariis est Picus alias Tenerife, non autem ex Azoribus, ut author hic & superius tradit. *

In Corvinæ inventione equestris statua reperta est incerta materia, quam basis non magis nota sustentabat. In hac arcani quidam characteres cælati visebantur, nec subiit animum cura eos asservandi. Longe alia fames eo navigantium animos incesserat. Quod ad equitem attinet, hic aspectus illius fuisse dicitur, dextera scilicet manu ad occidentis plagas elata demonstrantis instar, novas illuc quærendas regiones. De novis sedibus in Azoribus figendis omnium primus cogitavit Commendatarius de Almauros, & re quidem vera eas ædificare cœpit.

1449.

Hesperides. *Long.* 1. *Lat.* 10.—20. *boreal.*

Antonius Nolli Genuensis Infantis ac Ducis de Viseo D. Henrici auspiciis insulas a Viridi Promontorio nuncupatas detegit: primamque dixit *Majam*, quod Majo ineunte ad eam descendisset; duabus præterea quas eadem excensionis die prospexit, huic a S. Philippo fecit nomen, illi a S. Jacobo, a festa nimirum ejus diei memoria. Reliquæ vero haud continuo se Lusitanis aperuerunt, sed aliquot post annos duntaxat, anno nempe 1460., a quo incolis desertæ Insulæ frequentari cæptæ sunt. P. Iarric falso adscribit harum insularum inventionem Lusitanis anno 1446. Nec vere magis hujus inventionis laudem dat Sanutius Ludovico Cadamosto nobili Veneto ablegato, ut ipse quidem affirmat, novis terris inveniendis a regio Infante Lusitaniæ, nisi dicere quis velit classem quæ anno 1446. eas vidit insulas, quæ ad Nolli conspectum nondum venerant, vela fecisse sub Cadamosto. Varia & multiplex est authorum opinio de his insulis: aliqui enim eas esse existimant, quas olim *Gorgonas*

vocabat

vocabat Pomponius Mela; alii contra non hujus Gorgonas, sed *Gorgades* Plinii easdem esse arbitrantur. Sunt qui nobiscum *Hesperides*, nec desunt tandem qui *Fortunatas* eas appellent. Has quidem opiniones temerarias omnino dicere non ausim. Melius forte Canarias vocaret quis *Hesperides*, has vero *Fortunatas*, quamquam id nominis conveniat magis Promontorio quam insulis, quæ insalubri perflantur aëre, nec aliud est quo *Fortunatas* audire dignæ sint.

1471.

1. S. Thomæ. *Long.* 28. *Lat.* 0.

Joannes de Santaren cum Petro de Escobar e lusitano sanguine a D. Ferdinando Gomez una missi novi veniunt hoc anno primique ad insulas a S. Thoma, & Principis, simulque ad promontorium a S. Catharina, hoc decoratum nomine quod die Sanctissimæ huic virgini sacra pervestigatum sit. Ad hujusce maris oram aurifodinæ multæ cum inter explorandum repertæ sint, *Fodinæ* appellationi facta est occasio, vulgo *Costa* de la *Mina*.

1472.

Annobon 1. *Long.* 24. *Lat.* 2. *merid.*

Iisdem prima hujus anni luce novæ insulæ inventio contigit, quæ ab hujus diei notis inter amicos officiis *Añobueno*, lusitanis *Annobon* dicta est.

1477.

Estotilandia, vulgo Tierra de Labrador.

Joannes Scalve Polonus inventis per hæc tempora regionibus Estotilandiam adjunxisse fertur, sed temere. Certe sedem nullam ibi fixit. Quinimo passim existimatur hodiedum Estotilandiam regionem esse fictitiam, * aut mari haustam. *

1481.

S. Georgius a Fodina. *Long.* 17. *lat. bor.* 5.

In eadem area, in qua centum abhinc annis præsidium Galli construxerant, novam excitat arcem Didacus de Azambuja Lusitanus, cui nomen a S. Georgio *de la Mina* datum est.

1484.

Congum. *Long.* 33. *Lat. mer.* 8.

A Didaco Cam Lusitano patefactum est Congum, quod regnum complectebatur per hæc tempora Angolam & Matambam, alia item quæ postea disparata sunt. Ejusdem itineris fructus videtur fuisse Benini regni cognitio, quo ingressus intellexit, obvenire Regi investituram a potentiore Principe, misso regio pallio, ac pro sceptro scipione, crucem non absimilem præferente illi, quæ Melitensibus pro insigni est. Aberat vero, uti dicebatur, Benino clarioris hujusce Imperatoris ditio quinquaginta supra bis centum leucas. Hæc cum redux Cam retulisset Lusitano suo, existimavit hic, magnum illum Principem non alium fore a Præstite Joanne, cujus ergo tertio post anno ad Abissinorum Imperatorem, qui Præstes Joannes credebatur, ablegati ab eo sunt Petrus de Covillan & Alphonsus de Paiva. Hi cum naves pariter conscendissent Ademi, qui portus est Felicis Arabiæ, suum deinde quisque tenuit cursum, ac Paiva quidem Abis-

Abissinos cogitabat, quos tamen ei videre non sivit mors, quæ navigationis comes sese illi adjunxerat imprudenti. Covillanus Indiam petiit; ubi vero Canaanoriam, Goam, & Calecutum venit, in Africam remeans in regni Sofalani portum descendit: unde Ormuzium cum navigasset, cursum tandem direxit ad Abissinorum regiam.

1486.

Prom. Bonæ-Spei. *Long.* 37. *Lat.* 34. *mer.*

Apertum hoc anno est Bartholomæo ac Petro Diaz fratribus, & Joanni Infante Lusitanis promontorium, quod nomen a procellis v. *de las Tormentas* quas circum passi fuerant, sortitum est. Lusitanus Rex contra a spe, eo superato, commercii cum Indis, non jam a procellis, sed a Bona spe fecit deinceps appellari.

1492.

Americæ inventio.

Die undecima Octobris primam patefactæ Americæ regionem tenuit Christophorus Colon, adita possessione pro Castellæ Rege. Una erat ex Lucayis insula ab indigenis dicta *Guanahani*; novum autem nomen accepit ab inventore, cui a Sancto Salvatore eam denominari placuit. Cubam inde venit, unde tandem appulit *Haiti*, quam Hispanam insulam, v. *Española* nuncupavit. Gallis tamen placet eamdem potius a S. Dominico principe civitate vocitare.

1493.

Linea Divisoria.

Alexander Papa hoc nomine Sextus famigeratam lineam, quam ad instar limitis Hispanus Lusitanusque in novis acquisitionibus observarent, ducere instituit hoc anno. Et quidem recens ducta linea mare medium inter Azores & Viridis promontorii insulas dissecabatur; verum postea progressa est 370. leucas occidentem versus. * Non nisi 270. post centum primo numeratas. *

Eodem hoc anno 1493. incertis diebus mensis Octobris * in secunda navigatione * plerasque omnes ex parvis Antillis Colonus adinvenit, fereque iisdem omnes agnoscuntur vocabulis, quibus olim ab eo nuncupatæ illæ sunt. Venit subinde in insulam Boriqueni, quam S. Joannis Baptistæ nomine illustravit, cui deinceps accessit cognomen *de Puerto-Rico*. Inde ad Hispaniolam rediens primæ in orbe novo civitatis fundamenta jecit, conditamque Isabellæ nomine quod ita vocaretur Castellæ Regina insignivit.

1494.

Jamaica. *Long.* 295. *Lat. bor.* 17.

Decimaquarta Martii primo appulit Colonus in Jamaicam, cujus a S. Jacobo nomini quo ab inventore donata erat, vetus prævaluit nominatio *Jamaica*. * Falsum id quidem, Jamaicæ enim denominatio haud vetus sane est, & est ipsa quam a S. Jacobo Colonus imposuit, Jacobus quippe vernaculo sermone etiam *Jaime*, & *James* dicitur. *. In hac circuitione exploratum habuit Colonus, Cubam undique circumcingi mari.

Digitized by Google

1496.

Terranova. *Long.* 325. *Lat.* 47. *bor.*

Henricus VI. Angliæ Rex litteris die 5. Martii datis, Joanni Gaboto ac tribus ejus filiis potestatem fecit novas regiones conquirendi, eo pacto ut Regi cederent post persolutos sumptus in adornanda navigatione positos, quintum lucri quod ipsis forte obveniret. Id unum ex publicis Anglorum tabulis testatum habemus: incertum est num inventa sit referenda Gabotis, quod fama vulgavit, insula a Terranova, & quæ continentis est pars, terra Laboratorea. Neque magis est in comperto ad 55. gradus latitudinis septentrionalis eos ascendisse, ac barbaros sylvicolas quatuor deportasse in Angliam. Non desunt profecto scriptores, & quidem graves, qui nusquam gentium Gabotos * Anglorum auspiciis * exscensionem fecisse affirment. Alii in hac sunt sententia, ut existiment, Estotilandiam, quæ contra Laboratoream ad septentrionem vel illius occidentem describebatur, a certis Frislandis piscatoribus anno 1390. esse lustratam. Hæc notitia, si vera narrant, authores habet Antonium Zani, hujusque fratrem Nicolaum, qui ex oris Hiberniæ profecti tempestate acti sunt in Frislandiam, quæ Groënlandiæ pars creditur, ibique a popularibus illam acceperunt. At in navigationis suæ ephemeride ita splendide ac liberaliter describunt Estotilandiam, ut fabula sit palam.

8. Julii, quæ in sabbatum incidit solvit Ulyssipone Vascus de Gama in Æthiopiam atque Indiam per transmissum promontorium a Bona-Spe, quo in itinere cum ad indescriptam regionem venisset læta Christi Jesu nascentis luce, illam nominavit a Natali.

1498.

Flumen a Regibus. Mozambicus. Quiloa. *Long.* 58. *Lat.* 20.

Incertum cursum prosecutus amplum vidit flumen 6. Jan., illudque a Regibus ut festum admonebat, nuncupavit. Vidit subinde Mozambicum (Prassus olim erat) Quiloam, Mombazam, Melindem, Sofalamque, capta terrarum possessione, quoties se sc ferebat occasio pro Lusitaniæ Rege. Vigesima tandem Maii Calecutio applicuit. Si vera tamen fert Barros, decima sexta ejusdem illuc jam appulerat, ex hujus quippe sententia e Mozambico solvit 24. April., totumque iter quantum illud cumque est duobus supra viginti diebus confecit. Fuit vero Vascus qui hac via Indiam tenuerit primus omnium.

Insula a Trinitate. *Long.* 297. *Lat. bor.* 9.

Sub ipsum Julii exitum conspicatus est Christophorus Colon insulam, quam a Trinitate vocavit. Non una autem est authorum sententia de causa hujusce denominationis; quidam enim factum id volunt, quod primo objecta sibi fuerit insula ad instar montis tricipitis, alii reum voti quo se ante astrinxerat, ita quam primam aspexisset regionem nuncupandi, tale nomen insulæ imposuisse Colonum, affirmant. Unde unde id fuerit, 12. Augusti excensum fecit, brevique eum terræ tractum mari circumjacente undique allui certis indiciis habuit.

America continens.

Undecima ejusdem mensis porro viderat sese inter undas attollentem ma-

magnam terræ molem, quam insulam sanctam appellavit subito. Verum non diu post comperto, continentem esse, quam insulam crediderat, maritima ora quam notis nauticis describebat, vulgato apud indigenas nomine appellari cæpit *Paria*: quam tamen paucis post diebus, cum magnum subiisset naufragii discrimen ad certum Orenoci ostium, eandem nominavit *Draconis buccam*. Hinc vela fecit versus sinum a margaritis, vulgo *Golfo de las perlas*: quo in itinere obvias habuit tres insulas, ex quibus prima a pretiosis baccis, quas affert sinus, Margaritæ nomen ab eo obtinuit, reliquæ antiqua vocabula *Cochem* & *Cubagua* retinuere, nec quidem sine contentione, hæc enim a margaritis (de las perlas), quarum copiosa tunc ibi piscatio, multos annos appellata est.

1499.

Velense Caput. *Long.* 315. *Lat. bor.* 12.

Alfonsus de Ojeda prima apud Hispanos nobilitate conspicuus sociis viæque comitibus Americo Vespucio Florentino, & Joanne de la Cosa nauclero ex Hispanis experientissimo continentem Americam tenuit 16. Maii, quà nimirum illa bis centum leucas ad Orientem (* Non nisi ad Occidentem *) distat ab Orenoco. Legit oram illam donec ventum est ad promontorium, cui novam fecit appellationem *Cabo-de-Vela*. Viso subinde Maracaibo sinu, atque in mediis aquis constructo oppido, memor Venetiarum acclamavit Venetiolam, vulgo *Venezuela*: quod nomen in posterum toti provinciæ commune fuit. Sub hæc maritimam oram a Cumana dictam, quanta illa est, exploravit.

Americus Vespucius cum vector duntaxat classem, cui præfectus erat Ojeda sequeretur, publici nihilominus juris facta hujus inventionis historiola, tantæ auctorem gloriæ sese in ea propinavit incautis, ostentavitque. Id autem ut veri faceret similius, cæterisque Europæis inventæ novi orbis continentis laudem præriperet, non dubitavit asserere quinque supra viginti mensium iter fecisse se. Enim vero Ojeda juridice hac super re interrogatus gloriosum hominem mendacem appellavit: Efficere autem non potuit ut semel usurpata Americæ appellatio antiquaretur pro æquitate.

Ayolenses Salinæ.

Sub ejusdem anni finem a Christophoro Guerra & Petro Alphonso Niño patefacta est acuminata Ayolæ extremitas, quæ sub eodem meridiano jacet atque Margaritæ extremitas occidua. Ibi magno usui futuræ salinæ repertæ sunt.

1500.

Brasilia. Maragnon. Terranova.

Vincentius Jañez Pinzon, qui in prima navigatione sub Colono meruerat, cum ex Hispania solvisset sub finem superioris Decembris, prospexit 26. Januarii quoddam Brasiliæ promontorium, quod a consolatione vocavit, totiusque tractus possessionem adiit pro Castellæ regno. Lusitani vero commutato nomine, appellarunt promontorium a S. Augustino. Alio autem die visus sibi est Pinzonius videre copiosissimi cujusdam fluminis os, appellavitque Marañon. Verum postea compertum est, mini-

me quidem flumen, sed quemdam esse sinum, in cujus centro sese attollebat insula, quæ in præsentia Marañon dicitur: quod etiam certæ provinciæ Brasiliensis nomen est. Tria omnino celeberrima flumina laudatum sinum ingrediuntur; at nullum ex his Marañon audit contra ac posuit P. Christophorus de Acuña, qui in descriptione fluminis Amazonii brachium ex eo ait procedere, quod vocant *Marañon*, idque in Maragnoniæ sinum influere. In insula cognomine, quam etiam *Marañan* appellant qui lusitane pronunciant illuc ex Gallia missi desudabant quidam religiosi Capuccini.

Octava, vel potius, si aliis fides, nona Martii die Petrus Alvarez Cabral digressus est Ulyssipone secundo navigaturus in Americam. Sub navigationis initium, sabbatum majoris hebdomadæ recurrebat, cum fœda procella fuisset excitata, qua quibusdam navibus submersis, reliquæ in varia disparatæ sunt, ipse cum classis reliquiis delatus est ad oram Brasiliæ, portumque tenuit, quem denominavit *Securum*. Eique adjacenti regioni, quam Lusitano Regi, adita pro eo possessione, fecit obnoxiam, dedit nomen a Sancta-Cruce. Jam Brasiliæ nomen ab indigenis usurpatum novam appellationem constanter vicit. Post hæc Cabralius in Calecutium flexit, illucque pervenit 13. Septembris, atque inde Canaanorium, & Coccinum petiit.

Fabulosus omnino fuit rumor pervagatus illis temporibus per Hispaniam; cui tamen confirmando accedebat auctoritas invidorum, quos res cum laude gestæ Colono pepererant. Rumor porro hæc ferebat, certam scilicet onerariam, quæ liquores hispanos ad Angliam transportabat, cum diu contra impotentem ventorum vim frustra concertasset, meridiem versus quo procellæ impetu abripiebatur, hac illac fluctuasse, eandem postea versus occidentem delatam, ac denique tranquillo jam mari ad conspectum cujusdam insulæ stetisse, in quam nautarum turba corpora curatura dicitur exscendisse. Pauci tradunt laudatam cybeam ad oram Pernambuci appulisse, omnes ad Brasiliam.

Ad hæc ajebant, nauclerum seu Bœticum, seu Cantabrum, seu Lusitanum, adeo quoque fama fluitabat, cum rediret jam in Europam, casu tenuisse nautarum præsidio destitutum insulam a Portu Sancto, ibique a Colono benigne ac liberaliter acceptum, apud eundem, quem commentariorum suorum hæredem reliquit ex asse, tandem decessisse. Sic instructum Colonum novi orbis conquisitionem suscepisse. Ad Senatum Indicum causa delata, judices pro se habuit Colonus. Et quidem si prævia illa luce non caruisset, certe æquinoctialem lineam superasset; hanc vero nunquam superavit Colonus (*a*).

Eodem anno 1500. Gaspar de Cortereal Lusitanus conspicua nobilitate (*Gentilhombre* vulgo appellant) Terræ-novæ applicuit, jecitque anchoras in eo sinu, qui ab eo tempore vocatur a Conceptione. Subinde insulæ oram occiduam totam perlustravit atque si vera est fama, novi tractus

(a) *Vide Ord. X. adnot. 1.*

Digitized by Google

ctus ab eodem in proximo continenti detecti sunt. Inibi certe veteres geographi describebant terram a *Corte-real* denominatam. Id enim vero certum est, benigniori cælo eum uti solitum, divitiisque Africæ & Indiæ inescatum plagam fastidiisse, ubi præter inaccessas rupes, ac nive candidas, gelu concretum mare fluminaque nihil omnino apparebat quo commercium institui foverique posset præter piscium siccatorum genus forte tunc incognitum. Quamobrem in Lusitaniam parat reditum, rediissetque nisi eum mors occupasset. Quo autem mortis genere occubuerit, incertum est Champlanio, qui bis in Americam navigasse Corte-realium ponit: subditque idem mansisse fatum Michaeli de Corte-real, cum fratris cœpta persequeretur.

1501.

Uraba. *Long.* 294. *Lat. bor.* 7.

Mense Januario Rodericus Bastidas Hispanus Joanne de la Cosa, quem antea memoravimus, socio, nova conquisiturus Gadibus solvit, cumque Maracaibum sinum pertransisset plus centum leucis ad eam oram navigavit, prætergressus Veleum Promontorium. Urabeum sinum ingreditur explorato situ quo deinceps condita est Carthago. Existimavere quidem nonnulli Carthaginis sinus denominationem, quæ postea obtinuit, ab eo esse; at incerta omnino res est.

Per idem tempus Joannes de Noboa Tago excessit tertio visurus Indiam: conspexitque 20. Lat. bor. gradu insulam, quam a Conceptione nuncupavit. Promontorium dein a Bona Spe, dum prætergredi adnititur, se eidem conspiciendam dat altera ad 7. vel 8. gr. lat. mer. sita, eaque de illius nomine hodieque appellatur.

1502.

I. Sancta Helena. *Long.* 11. *Lat. merid.* 16.

Sub reditum ab India celebrem insulam invenit Noboa, quam a S. Helena nominavit. Huic parallela, sed quæ orienti soli proximior sit, insula cognominis in quibusdam chartis geographicis describitur. Verum cum a peritioribus reique nauticæ experientibus hujusmodi insula non agnoscatur fabulosa creditur.

Meliapur.

Eodem hoc anno per Martii mensem Vascus de Gama quartam aggressus est navigationem in Indiam: quo itinere obvios habuit Coccini ablegatos a Meliaporensibus christianis oratores obsecrantes recipi se cum suis reculis in Lusitanorum fidem & tutelam.

Portus-Bellus. *Long.* 293. *Lat. bor.* 7.

Per Augusti mensem sese visendum præbuit Christophoro Colon promontorium quod cum subjecto sinu dicitur *de Honduras*. Septembris 12. promontorium aliud quod appellavit *Gracias a Dios*. Novembris 2. Portus nomine Bellus. Alios subinde portus ingressus est, quos ora illa frequentes offert. Omnes proprio donavit nomine, quod non omnes retinent.

1503.

Veragua. *Long.* 290. *Lat. bor.* 7.

Sexta Januarii subiit Colonus flumen quod a Bethleem dixit, noti Ma-

gorum adventus monumentum futura appellatione. Ad tria passuum millia Veraquam aurifodinis nobilem. Tota hæc provincia ducatui titulum dedit postea, qui Ludovico Colon Christophori nepoti cessit: jureque deinceps per fœminam traducto Brigantiam domum honestavit primum; dein vero eodem titulo inclaruit familia Liriæ-Barwich.

Socotora. *Long.* 83. *Lat.* 6. 10.

Quinto ad Indiam navigatur hoc anno, Alphonso Alburquerque cognomento Magno, ejus fratre Francisco, & Antonio Saldagna singulis attributæ classis præfectis. Inter navigandum spectabilem habuit Didacus Fernandez Pereira navis cujusdam gubernator sub Saldagna Socotoram insulam. Alphonsus de Alburquerque demisit anchoras ad promontorium *de Guardafú* dictum, quo in Africa nullum est orienti proximius. Idemque cum in Indiam venit arcem condidit in Coccino insula, quam a S. Jacobo nominatam voluit.

1504.

Syrtes Terræ-Novæ. *Long.* 327. 337. *Lat. bor.* 40-50.

Pisculenta vada Terræ-Novæ frequentabant per hæc tempora Vascones, Normanni, Britannique: cujus commercii epocha obscura est: neque magis inter eruditos constat quo tempore innotescere cœperint syrtes illæ.

1505.

Monomotapa. *Long.* 44. *Lat. mer.* 18.

Nondum de Africano Monomotapæ Imperio quidquam auditum erat Europæis. Petrus de Anaya Lusitanus primus omnium illius notitiam aucupatus hoc anno est in regno Sofalensi.

Australes Terræ.

Eodem hoc anno vertente certi mercatores Rhotomagienses inita inter eos societate aliquas in Indiam orientalem adornarunt naves, omnium præfecto Bineto Paulmier de Gonneville, qui cum aquarum decurrentium ventorumque vi longe ad austrum ab Africæ ora deferretur, appulit in novam pulcherrimamque regionem, a cujus incolis reverenter nec sine admiratione acceptus est. Ea quippe hominum natio, si vera narrat hujusce navigationis ephemeris, mitis est ingenii, atque adeo socialis, neque deformis specie, aspectuque barbara. Specimen reduxit secum Gonnevillæus in Galliam filium reguli obligata fide eundem reducendi ad suos post viginti Lunas. Sed reipublicæ dissidiis prohibitus fidem liberare, ut solitudinem juvenis adeo liberaliter sibi traditi solaretur, filiam dedit uxorem, hæredemque dixit. Horum filius itinerarii ad terras australes scriptor est.

1506.

Canada. *Long.* 290. *Lat. bor.* 55.

Joannes Dionysius de Honfleur publici juris fecit hoc anno chartam geographicam, descriptis in ea ora maritima Terræ Novæ, ejusque vicinitate.

Maldivæ. --- Ceilanum.

Eodem item anno Laurentius Francisci Almeidæ Indiæ Proregis filius pervestigatum Maldivas ablegatus Ceilanum insulam veluti per transennam lustrat. Deinde vero Maldivas insulas explorasse fertur: quod veri equidem

Digitized by Google

dem similius est quam repertam ab eodem esse per id tempus Madagascariam, cui a S. Laurentio fecisse nomen traditur. Certum quippe videtur, Ceilano invento de regressu ab India nobilem juvenem nunquam cogitasse.

--- Madagascar. --- Tristan de Acuna. ---

Madagascariam insulam agnitam affirmant aliqui anno 1505; auctorem vero inventionis produnt nullum. Id enim vero in comperto est, Tristanum de Acugna illuc navigasse exeunte anno 1506., nuncio scilicet illectum, quod ab uno de suæ classis ductoribus Ruizio Pereira acceperat ad eam appulso, regionem esse piperis feracem. Marcus Polus Venetus cognitam a Sinis ponit Madagascariam prius quam ab Europæis: immo sunt quibus pro comperto est, eo sinicas deductas esse colonias. Multorum item existimatio est, eandem hanc insulam denominatam a Plinio *Cerné*, atque a Ptolomeo *Mamuthias*. In Madagascariam venit Tristanus de Acugna, dum classi quam Lusitanus in Indiam quinto dimittebat, mandata dabat. Priusquam vero promontorium a Bona Spe transmitteret, insulas conspicatus est, quas de suo nomine *Tristan* de *Acugna* nuncupatas voluit.

Jucatan. *Long.* 280. *Lat.* 6. 20.

Denique eodem anno Joannes Diaz de Solis & Vincentius Jañez Pinzon ingressi sunt penitius sinum Fondurensem, cui a Nativitate nomen dant. Jucataniam vero quadantenus recognitam, de qua nonnihil jam inaudierat Colon cum memoratum sinum invenit, graphide tantum coloratam tenent, & servant.

1508.

Sumatra. --- Malaca. *Long.* 119. *Lat.* 6. 2.

Sumatra insula, quam veterem Trapobanam esse ajunt, inventorem habet Didacum Lopez de Siqueira, qui inde in Malacam trajecit: atque per idem tempus, ut fertur, sese illi ostendit Guardafujum promontorium, quod forte penitius recognovit quam Alburquerquius.

Hoc anno ex nova Francia allatus in Galliam est per Thomam Aubertum Deppensem quidam Indus Canadensis.

1509.

Brasilia. --- Jamaica. ---

Præter navigata linea æquinoctiali, lustratisque Brasiliæ oris, monumenta possessionis aditæ pro Castella erigunt Joannes Diaz de Solis, & Vincentius Jañes Pinzon. * Ab hoc nomen habet promontorium quod alias Boreale vulgo del *Norte gr.* I. *Lat. bor.* & flumen in Brasiliæ ad boream confiniis. *

Joannes Esquivelius oppidum ædificat in Jamaica pro D. Didaco Colon indicanæ classis Præfecto, D. Christophori primogenito, hæredeque.

1510.

Goa --- *Long.* 101. *Lat. bor. bor.* 14.

Portus --- Dives. *Long.* 310. *Lat. bor.* 18. ---

--- Nova Bœtica. *Long.* 310. *Lat. bor.* 7. ---

--- Aurea --- Castella. *Long.* 300. *Lat. bor.* 4.

Decimasexta Februarii Goam expugnatam occupat magnus Alburquerquius.

Digitized by Google

quius. Semel iterumque eamdem recuperarunt Indi; sed pulsis tandem a Lusitanis, totius quam late patet indicæ dictionis decreta est princeps.

Joannes Ponce de Leon Hispanus a Didaco Colon in Portum-Divitem, vulgo *Puertorico* missus, ut eam insulam Hispano subjiceret, imperata fecit hoc anno.

Alphonsus Ojeda, & Didacus de Nicuesa solvunt ex Hispaniola: hic in Castellam ab auro dictam, ille in Novam Bœticam, seu Vandaliziam. Harum regionum gubernatio hac illis conditione commissa erat, ut oppida & civitates ædificarent. Fines Novæ Bœticæ computandi a Veleo promontorio, Castella vero non ultra promontorium a Deo-gratiis protendenda: utraque provincia dissecanda ducta linea per medium sinum *de Uraba*.

Condidit Ojeda hoc eodem anno oppidum quod a S. Sebastiano *de Buena vista*; Nicuesa quod a Nomine Dei nuncupatum voluit. Nec diu post Baccalaureus Enciso pro Ojeda ad ripam Darienis qui sinui Urabeo immiscetur, urbem constituit *Sancta Maria* la *Antiqua* nominatam. Hæc in Americæ continente prima, quæ episcopali cathedra decorata sit, novem tantum stetit annis, translata post sede cum incolis Panamam.

Cum neque Ojedæ, neque Nicuesæ res ex sententia cederent, Aurea-Castella nomine excidit illecebroso, nec nisi per errorem in chartis geographicis deinceps significata est. Novæ Bœticæ nomen exulavit pariter saltem per quosdam geographos, oræ Cumanæ illud affigentes.

1511.

Cuba. *Long.* 290. *Lat. bor.* 20.
Java. *Long.* 133. *Lat. mer.* 9.
Amboinus *Long.* 150. *Lat. mer.* 8.

Didacus Velazquez D. Didaci Coloni missu Cuba potitur: cui ab eodem gubernator designatus est.

Mense Augusto expugnat Malacam Alburquerquius: quod ut primum intelligit Siamensis Rex Legatos ad eum mittit gratulabundus.

Franciscus Serranus ac Didacus Abreu, qui in Malacæ obsidione strenuiores præ cæteris se præstiterant, novo ad Moluccas itineri compararunt sese. Quod iter ingressi cursum quisque suum persecutus est. Atque Abreus quidem exscensionem fecit primus in Javam insulam, ac inventa dein Amboino, quam circum ambiunt parvæ frequentes insulæ, quas Amboinas vocant, appulit denique ad eas, quæ de *Banda* nominantur.

Serranus usque ad Ternatem, quæ una de Moluccis est, penetravit. Moluccarum duo sunt genera; aliæ quippe magnæ censentur; parvæ contra aliæ. Hisque maxime Moluccarum nomen convenit, quarum præcipue sunt Ternate, Tidor, sive Tadura, Molir, Machim, & Bachiam. Ex magnis est Gilolus, sive Mauritana, quæ a Lusitanis appellatur etiam *Patochina*. Parvæ Moluccæ, quæ ab his non longe distant, Archipelagum constituunt, quod in chartis geographicis nominatur del *Moro*. Jam reliquæ ex grandioribus Moluccis numerantur Amboinus, Banda, Timor, Celebes, seu Macazaria, quæ duplici gaudet nomine, quod reges duo pro sua quisque parte dominatum in ea exerceant.

1512.

Digitized by Google

1512.

Florida. *Long.* 290. *Lat. bor.* 30.

Martyres. *Long.* 290. *Lat. bor.* 25.

Bahama. 291. *Lat. bor.* 30.

Dum is qui Hispaniæ regno Portoricum adjecit Joannes Ponce de Leon senescenti ætati remedium perquirit a fonte qui in insula Bimini inter Lucaias emanare dicebatur, obviam habuit præter opinionem amplam regionem quam Floridam appellavit, seu quod Paschæ festo quam a florescenti vere Hispani vocant *Florida* exscensionem fecit, seu quod campum vario ridentem flore descendens despexit. Exiguæ deinde insulæ, quibus a Martyribus fecit nomen, quæque ad occidentem Floridæ promontorii sese erigunt, eidem aperuerunt se se ad novi canalis Bahamæ ostium. Per hunc canalem seu rivum sinus Mexicani fluenta in arctoum mare sese egerunt. Bahamæ vero denominationem ab insula ex Lucaiis cognomine desumit. Eo autem impetu per illius alveum feruntur aquæ ut rapidiora vincant flumina celeritate sua. Objectu Bahamæ insulæ dispertiuntur aquæ. Trajectus fiebat olim ad Orientem, quem locum canalem antiquum appellant, qua lentior erat fluxus, sed ob latentes ibi scopulos alio ad trajiciendum ventum est.

1513.

Mare Pacificum.

Vascus Nuñes de Balboa in S. Mariæ *la Antigua* Gubernator Mare Pacificum, alias *del Sur* ad eam diem incompertum 25. Septembris primus ingreditur, atque 29. *ejusdem mensis capta* novo ritu possessione Castellæ regno fecit obnoxium. Novo inquam ritu, parma siquidem & ense armatus eo usque mare ingressus est donec umbilicum aqua pertingeret. Eodem die sinui S. Michaelis nomen imposuit, & insulas ibi repertas margaritarum feraces, nominavit *de las Perlas*. Paulo ante certum acceperat nuntium de Peruviæ regno. Inter remigrandum denique ad Sanctæ Mariæ interjacentes regiones perlustrat. * Recens Scriptor (*a*) duos ex uno exploratores facit, dum ait: Vascus Nuñez, & Nugnus de Balboa, Lusitanus ille, hic Hispanus ingressi sunt (ambo 1512.) mare Pacificum, qua parte Darienis isthmus inter duo maria constringitur. *

1514.

Æthiopia. *Long.* 50. *Lat. mer.* 10.

S. Martha. *Long.* 300. *Lat. bor.* 10.

Carthago. *Long.* 298. *Lat. bor.* 9.

Peruvium. *Long.* 300. *Lat. mer.* 10.

Chagre flumen. *Long.* 293. *Lat. bor.* 8.

Ulyssiponem venit legatus a Davide Abissinorum Imperatore.

Cœpit Darienis Prætor Pedrarias seu Petrus Arias Dabila colonias inducere in S. Marthæ & Carthaginis provincias, quarum partem ipse patefecerat.

1515.

(a) *Dictionar. Coleti. V. America. pag. 9. Ed. Ven. 1761.*

Digitized by Google

1515.

Ildephonsus Perez de la Rua Hispanus conquirendæ Peruviæ consilium aggreditur.

Didacus Albitez itidem Hispanus Chagre fluvium subiit. Navium longo spatio patiens est: non longe a mari Pacifico nascitur, unde late per mæandros totum fere irrigat Panamæ isthmum.

1516.

Natà. *Long.* 290. *Lat. bor.* 8.
Januarius. *fl. Long.* 340. *Lat. mer.* 20.
Argenteus *fl. Long.* 320. *Lat. mer.* 35.

Natam urbem, quæ prima fuit Hispanis ad Mare Pacificum condit Lic. Espinosa in Veragua.

Joannes Diaz de Solis, de quo supra mentionem feci, flumen subit Kalendis Januarii, quod ideo Januarium appellat, & Lusitani quorum est ditio, *Rio-Janeiro*.

Alterum subinde flumen ingressus est alveo aquisque longe majus, cui a proprio cognomine de Solis nomen fecit. Hodie ab argento, Hispanis *Rio de la Plata*, nominatur. Hic exscensione facta ab Indis occisus est Solisius. Quod vero Argenteum flumen vocamus, immanis revera sinus est maris, in quo convolvunt sese Paranæ & Uraguai aquæ. Cum Parana confluit Paraguaium bis centum ab hoc sinu leucis.

1517.

Jucatania. *Long.* 280. *Lat. bor.* 20.
Campeccium. *Long.* 280. *Lat. bor.* 19.
Cataium. *Long.* 130. *Lat. bor.* 30.
Cambalua. *Long.* 140. *Lat. bor.* 40.

Octava Februarii Velazquii Cubæ Prætoris jussu ex Havana solvit Franciscus Fernandez de Corduba, lustravitque totam Jucataniæ oram a promontorio Catoche usque ad Potoncham. In spatio intermedio reperit oppidum, quod indigenæ vocabant *Kimpech*, auctumque tractu temporis ædificiis appellatur *Campeche*.

Per Augustum Sinarum oris applicat Ferdinandus Andrada Lusitanus, nec alius prior hoc iter ex Lusitania tentaverat. Sinensi Imperio Catay antiquum clauditur; illius enim occidentalis & Septentrionalis regio Catajum haud dubie est. Hujusque urbs primaria Cambalú non alia tandem est a Pekin hodierna.

1518.

Nova Hispania. *Long.* 270. *Lat. bor.* 20.
Panama. *Long.* 291. *Lat. bor.* 9.

Denato in ipso reditu ex Jucatania Francisco Fernandez de Cordoba, ablegatus est a Velazquio Joannes de Grijalba novis regionibus conquirendis, & primo quidem Cozumel insulam invenit, cui nomen indidit a Sancta Cruce. Objecit sese dein Tabascus, quem appellavit de suo nomine *Rio de Grijalba*: insula, quam a sacrificiis nominavit exuviis hominum recens idolis immolatorum in ea conspectis: Ulúa insula a S. Joanne tunc nominata, nuncque dicitur Insula S. Joannis de Ulúa. E regione est Ve-

ræ-

Digitized by Google

ræ-Cruci, cujus portum tutatur & munit. Tandem in Panucum venit, omnesque regiones hoc itinere lustratas nuncupavit *Novam Hispaniam*.

Eodem anno missus est a Pedraria Lic. Espinosa Panamam urbem conditurus, seu potius eo translaturus Sanctæ Mariæ *la Antigua* coloniam, incolas & rudera. Panamæ vero deinceps nova area, novusque situs delectus magis aliquanto ad occidentem. Hujus Episcopus primas dicitur inter episcopos Terræ-firmæ cum sit Limæ suffraganeus, quia scilicet Sedes S. *Mariæ* Panamam translata fuit in continente omnium prima. (*a*) Quo non tollitur quin Archiepiscopus S. Dominici in Hispaniola, cujus Sedes antiquior est, primas totius Americæ Hispaniensis habeatur.

1519.

Vera-Crux. *Long.* 272. *Lat. bor.* 19.

Novam Hispaniam conquisiturus solvit ex Havana decima Februarii Ferdinandus Cortesius. Descensionem primo fecit in S. Joannis de Ulúa, nec longe in continente Villaricam construxit dictam a Vera-cruce, quod eo feria VI. majoris hebdomadæ venisset. In præsentia vetus Vera-crux dicitur, nempe ut a nova discernatur quæ tres ad orientem leucas distat contra Ulúam. Mexicum Cortesius cum venisset eodem anno, Didacum Ordas flamivomum jugum Popocotapec ut scrutaretur ablegavit in Tlascalam.

* Hoc anno disceptari cœptum est de Indorum conditione coram Carolo V. Imp. aliis servilis, aliis libera ut esset contendentibus (*b*).

1520.

Magallanicum fretum. *Long.* 306. *Lat. mer.* 52.
Terra ab Igne. *Long.* 306. *Lat. mer.* 53.
Nova-Hispania. *Long.* 270. *Lat. bor.* 20.
Florida. *Long.* 290. *Lat. bor.* 30.

Placuit Regi Catholico Ferdinandi de Magallanes consilium. Stipendia meruerat Magallanius in Malacæ obsidione sub Alburquerquio. Reginæ Lusitaniæ offensus Catholici Regis fidei se transdidit, cui cum consilium probasset ditioni Castellanæ adnectendi Moluccas, delectus ad id muneris ipse est. Portum reliquit 10. Aug. 1519. Sequentis anni mense Majo obviam habuit tres insulas, quarum primam a marinis canibus *de los Tiburones*, alteram a *S. Petro*, tertiam *de los Cocos* nuncupavit: omnes vero generatim dixit *Infortunatas*, quippe incultas, desertasque. Ingressuro fretum quod Magallanis retinet nomen promontorium conspectui primo objectum a Virginibus appellavit, quod dies erat S. Ursulæ sacra. Fretum subiit 7. Novembris egressurus in Mare Pacificum 27. Mensis ejusdem.

Nomen quod ab igne sortita est terra, quæ ad freti austrum protenditur, recentius esse videtur, desumptum ab ignibus, qui ad eam partem visi sunt, qui forte nihil erant præter fulgura; est enim regio procellis obnoxia cum a vaporibus ex utroque mare contractis, tum a natura loci. Si Batavis, quibus maria illa nota sunt, fides habeatur, terra hæc ab

(a) *Vide Ord.* 73. (b) *Vide Ord.* 28.

ab igne insulis bene multis tota constat, trajectu navibus concesso per canales medios.

Per Novæ Hispaniæ oras a Cortesio mittuntur exploratores, & ad australem quidem Gonzalus de Umbria, ad borealem Franciscus Pizarro cum Didaco de Ordas. Quo tempore certæ fodinæ repertæ sunt, & Motezuma Imperator Regis Hispani factus est vectigalis.

Pergit in incepta Floridæ investigatione Lic. Lucas Vazquez de Ayllon, lustratis promontorio S. Helenæ & Provincia *de Chicora*. Prominet vero S. Helenæ promontorium ad ostium fluminis, quod Jordanes appellatum est.

1521.

Latronum Insulæ. *Long.* 162. *Lat. bor.* 16.

Mexicum. *Long.* 265. *lat. bor.* 20.

Laudatus Magallanes venit in insulas latronum, quas S. Lazari Archipelagus vocat. Easdem nos appellamus Marianas. * Eædem a Velis dictæ sunt, qua linea demarcationis ducenda creditur. * Lustravit insuper Magallanius Cebu, Matanumque insulas, ubi occisus est, ei suffecto Gonzalo Gomez de Espinosa, qui duas de classe naves sibi delegit a Trinitate dictam & Victoriam, reliquas pro derelictis habuit. Sinici lintris proram casu ducentis ad Molucas gubernatorem ad se vocavit Espinosa, quo duce Toduræ applicuit 8. Novembris, vel exeunte, si Osorio fides, Octobre. Inde tandem ad Hispaniam per indicum iter reversus Victoriâ nave, quæ prima circuivit orbem, & Hispali conservatur. * Conservari crediderim ejus monumentum, vel partem. *

Cortesius Mexico potitus finem Mexicanorum imponit Imperio.

1522.

Mechoacan. *Long.* 260. *Lat. bor.* 20.

Nicaragua. *Long.* 280. *Lat. bor.* 8.

Meliapur. *Long.* 99. *Lat. bor.* 7.

Parillas Cortesii miles Mechoacan provinciam reperit: aliæque per Novam Hispaniam regiones hoc anno repertæ sunt, Nicaragua nominatim quo per Darienem paulo ante ingressus Ægidius Gonzalez Davila Nicoyam lustravit primus.

Comparuit hoc anno Meliapuræ Corpus S. Thomæ Apostoli, quod Goam connitente pro rege Eduardo Menesses transfertur; sed oppidum Meliapur nihilominus postea S. Thomæ nomine reædificatur. * Forte hoc anno translata est sacrarum exuviarum pars. *

1523.

Verazani Navigatio prima.

Joannes Verazani patria Florentinus, Francisci I. Regis Galliarum auspiciis primum ad septentrionales Americæ plagas iter aggreditur. Hujus itineris pene obliterata est mentio apud historicos; constat illa tamen ejusdem Verazani ad Regem Christianissimum Deppâ datis litteris octava Julii, quibus ait existimare se, Regem satis jam intellexisse de primi itineris periculo. Incertum est hujusce navigationis consilium, num scilicet

con-

Digitized by Google

conquirendis terris, an Hispanis in prælia vocandis decreta fuerit illa; cum constet aliqua id genus tentamina cogitasse Verazanium.

1524.

Ejusdem navigatio altera.

Inceptas novarum regionum inquisitiones prosequitur aut certe incipit Verazanius, atque Martio mense Floridam attingit, unde cum quinquaginta leucas ad meridiem navigasset, altitudinem poli borealis quatuor supra triginta graduum esse observavit. Inde proram retorsit ad septentrionem, totamque lustravit oram usque ad insulam, in quam primi venerant Britanni, quæ ut ipse quidem affirmat sub gradu est 50. At falsum eum habuit calculus si nempe Britanni Promontorii vulgo *de Cabo Breton*, hodie *Isla Real*, designare voluit insulam. Fortasse appulit Terræ-Novæ, quo a multis jam annis piscatum commeabant Britanni.

Mense Novembri solvit Panamâ Franciscus Pizarro ad inquirendum, tentandumque simul, num quid in expugnando Peruvio posset.

1525.

Verazani navigatio postrema.

Insula a S. Matthæo. *Long.* 15. *Lat. mer.* 4.

Macazaria. *Long.* 35. *Lat. mer.* 5.

Peruvium. *Long.* 300. *Lat. mer.* 10.

Tertiam aggreditur navigationem Verazanius; sed incerto nobis mortis genere interceptum est ejus iter: neque certus eo magis est ejusdem navigationis successus. Errat a vero neotericus (*a*) scriptor, dum ait, Verazanium captum ab Hispanis ad Canarias anno 1524., actumque in furcam piratarum supplicium. Equidem si sic res habet, non anno 1524., sed sub reditum tertii itineris anno 1525.

Garcias de Loaisa Hispanus insulam a S. Matthæo ad occidentem Annobonæ reperit; utque fama est, in cujusdam arboris cortice incisum, septem supra octoginta ante annos eodem advenisse Lusitanos.

Antonius Britus, & Garcia Henriquez, Lusitani ambo, quique suas in Moluccis præfecturas obtinebant, exploratores ablegarunt hoc anno in Celebes, seu Macazariam insulam. Ii vero cum imperata fecissent, ad Moluccas remeare non potuerunt, ventorumque vi acti novas insulas conspexere tantum, in eas enim descendere non licuit. Quod vero licuit, nomen illis dant *de Meyo*, hoc est *Intermediæ*.

Eodem tempore Almagrus, Peruvinum Panama petit futurus Pizarro in expugnatione comes.

1526.

Paraquaria. *Long.* 310. *Lat. mer.* 18.

Mindanaum. *Long.* 140. *Lat. bor.* 7.

Flumen a Solis, quod ab Argento vocat; subit Sebastianus Gabotus Venetus, cui Hispaniæ quam Angliæ servire dulcius. Adverso Parana Paraquarium ingreditur, quod vocat Argenteum, massâ hujus metalli visâ penes

(a) *D. Andr. Barcia, Ensayo Chron. para la Histor. de la Florida.* --

penes accolas. Existimavit bonus esse regionis fructum. At barbari Lusitanos quosdam e Peruvio in Brasiliam reduces expilaverant. Jam supra animadverti, in sinum tantum ubi cum Parana & Paraquario confluit Uraguais cadere stricte *Argentei fluminis* appellationem.

Per Martinum Iñiguez de Corquizano patuit aditus ad Mindanaum insulam. Jam ab anno 1521. quidam Hispani Moluccas cogitantes eo diverterant; at nuntium per illos de Mindanao nullum.

1527.

Jucatania. *Long.* 280. *Lat. bor.* 20.
Bermuda. *Long.* 312. *Lat. bor.* 30.
Quito. *Long.* 294. *Lat.* 0.
Bantam. *Long.* 130. *Lat. mer.* 7.
Sunda. *Long.* 133. *Lat. mer.* 5.

Franciscus de Montejo Hispanus Jucataniæ prætor designatus ad occupandam provinciam & rem publicam constituendam proficiscitur: quod utrumque anno jam sequente perfecerat.

Eodem anno aut paulo ante Joannes Bermudez itidem Hispanus insulam detegit de suo nomine dictam Bermuda & Vermuda.

Lustratis oræ peruvianæ leucis bis centum usque ad Santam portum ultro Quitum, in Panamam regreditur Franciscus Pizarrus.

Bantamum in Java occupat D. Petrus Mascaregnas. Regi tamen suo redduntur occupata ea lege ut tributum penderet Lusitano.

Eduardus Conil Lusitanus in insulas fretumque Sundæ venit, nave Francisci Sà, quem sequebatur, vi tempestatis in transversum actâ.

1528.

Apalaccium. *Long.* 285. *Lat. bor.* 30.
Nova-Guinea. *Long.* 155. *Lat. mer.* 4.

Pamphilus de Narvaez in Floridam hoc anno expeditus inventis addidit 5. Junii terram Apalaccium, vulgo *de los Apalaches*.

Andreæ de Vidaneto Hispano Asiam inter & Americam media sese aperit Nova Guinea, neque satis adhuc constat, insula ne sit, an continentis pars. Sunt tamen qui testentur totam nuper circum lustratam. Joannes Laëtius Novæ Guineæ inventionem attribuit Alvaro de Saavedra, qui missus in Moluccas a Cortesio cum jam re perfecta rediret in eam regionem vento delatus accessit anno 1527.

1529.

Venetiola. *Long.* 305. *Lat. bor.* 9.
Moluccæ. *Log.* 145. *Lat. mer.* 5.

Velseribus opulentis ex Augusta Vindelicorum negotiatoribus Venetiolam provinciam, vulgo *de Venecuela* concedit Carolus V. Imperator: in quam cum penitius penetraret Ambrosius Alfinger Germanus, novi tractus ab eo patefacti sunt.

* Dissentientibus utriusque gentis hispanæ & lusitanæ actoribus in comitiis Pacis-Juliæ, vulgo *de Badajoz*, quinque ante annis institutis de linea divisionis seu demarcationis ducenda, ac de regionibus in alteriusutrius ditione computandis, hoc anno 22. Aprilis rite transactum est Cæsa-

sa-

Digitized by Google

saraugustæ, ut 300. ducatuum millibus venderet Hispanus Lusitano cum pacto de retrovendendo quidquid ille jure sibi posset vendicare ad occidentem lineæ a polo ad polum recta ducendæ per insulas a Velis dictas quæ 17. gradibus a Molucco distant. Pactum vero de retrovendendo extinctum voluit pars utraque, si Rege non invito lineam prætergredi tentarent Hispani. Quod si per ignorantiam accideret, insulæ terræve ab ipsis conquisitæ cederent Lusitano. *

1530.

Peruvium. *Long.* 300. *Lat. mer.* 10.
Culuacan. *Long.* 260. *Lat. bor.* 23. --
Nova-Gallæcia. *Long.* 260. *Lat. bor.* 17. --
Chiapa. *Long.* 275. *Lat. bor.* 14.

Navem conscendit Pizarrus ad *Dei-Nomen* Peruvium cogitans.

Multis amplificata est incrementis Nova Hispania, qua mare ulterius respicit novis conatibus Nugni de Guzman. Eo mandante Christophorus Oñate condidit Guadalaxaram in Nova-Gallæcia recens notâ. Guadalaxaræ nomine, ac Xalisci appellant aliquando provinciam totam.

In eadem Nova Hispania innotescit Chiapa per Didacum Ordás.

1532.

Cinalóa. *Long.* 258. *Lat. bor.* 26.
Carthago. *Long.* 298. *Lat. bor.* 9.
Orenoco. *Long.* 314. *Lat. bor.* 8.

Nugnus de Guzman venit primus in Cinalóam Novæ Gallæciæ provinciam.

Carthaginem condit Petrus Heredia Hispanus. Nomen Carthagini fecit similitudo situs ad Hispaniensem, qui situs antea dicebatur *Calemori*, ubi Ojeda & Nicuesa cum barbaris congressi sunt.

Nuper laudatus Ordás subit Orenocum, investigatoribus aliis viam aperit secuturis.

1533.

Occidit Ingarum Imperium cæso per Pizarrum Atahualpa, * alias Atabaliba. *

1534.

Cuzco. *Long.* 310. *Lat. mer.* 14. --
Acapulco. *Long.* 257. *Lat. bor.* 16.
Canadá. *Long.* 300. *Lat. bor.* 50.

Recens ab hac victoria & cæde Cuzcum occupat Pizarrus.

Connitente Cortesio tota maris ulterioris ora percurritur, & Acapulci tuta navibus statio paratur.

Philippus Chabot Gallicanæ classis Præfectus cum Francisco I. persuasisset, ut Verazani cœptis aspiraret, delegit expertum naviculatorem Jacobum Cartier Macloviopolitanum, qui conscensa 20. Aprilis navi, ad promontorium dictum *de Bella Vista* sub gr. 48. Lat. bor. appulit die Maii 10. Hinc contra notum retorta prora in portum a S. Catharina quinque leucis distantem recepit se. Rursus ad meridiem vela tendit, emenso toto illo maris tractu sinum ingreditur, quem ab eo quo urebatur solis æstu appel-

appellavit *de los calores*. Secundum ab Hispanis eo loci venisse Cartier, tradunt aliqui. Certe recessus ille vocatus olim est *Bahia* de los *Españoles*. Lectâ denique bonam partem illius maris orâ atque adita inventarum regionum possessione, in Galliam reflexit navem.

1535.

Lima. *Long.* 295. *Lat. mer.* 12.

Bonus-aer. *Long.* 317. *Lat. mer.* 35.

California. *Long.* 240. *Lat. bor.* 40.

Canadá. *Long.* 300. *Lat. bor.* 50.

Limam condit Pizarrus, civitatem a regibus nominatam, quia primus ædificationi lapis Epiphaniæ festo rite suppositus est. Nominatur usque adhuc a Regibus in publicis actis. Lima proprie vocatur vallis in qua sita est.

Civitas a Bonis Auris, vulgo *Buenos Aires* in occidentali fluminis Argentei littore conditorem habet Petrum Mendoza, qui vocavit illam a SS. Trinitate. Bis solum mutavit, nec nisi anno 1582. ad hodiernum situm redacta.

Aditus patefit Cortesio in Californiam a S. Philippo nuncupatam. Insula vero habita ea est usque ad decurrentis sæculi principium.

Macloviopoli solvit Cartier 19. Maji, inventis addituros. Decima Augusti in pelagus anno præcedente recognitum cum venisset, a S. Laurentio nominavit: quod nomen & in flumen, cujus recipit aquas, derivatum est. *Canadá*, quo prius vocabatur, toti regioni impositum fuit ab Indis. Contra fluminis ostium longe se porrigit insula *Natiscotec*, quam voluit Cartier ab Assumptione nominari: quo die venerat in conspectum. Frequentius audit *Anticosti*, quod ab Anglis factum nomen sonat. Post hæc adverso flumine superatis 90. leúcis venit in Saguenaim multa aquarum vi a septentrione defluentem: quo transmisso pari leucarum spatio tenuit Hochelagam Indorum pagum ad radicem montis situm in insula, cui a Monte regali factum est nomen. Non aliud est flumen quod ita longo spatio tam late fluat, quodque magnarum navium ita sit patiens, quemadmodum id a S. Laurentio est. Quebecum, hoc est, ad viginti supra centum a mari leucas tormentis sexaginta bellicis obarmatæ naves ascendunt. Inde vero ad sexaginta leucas ubi Montem-regalem interluit, navigabilem magnis cymbis præbet fundum. * Per longius certe spatium navigari se sinit navigiis magnisque cymbis Paraguais, cujus periculum factum est anno 1753. ad Jaurum usque, quod sub gradu 16. m. 25. lat. austr., ac sub gr. 320. & m. 10. Long. ab Insula Ferrea in Paraguaim devolvitur, subducta molis non contemnendæ cymba, & tentato bolidis jactu fundo. Et sub initium expeditionum ad Novum orbem magnis navibus ventum est ad Candelariæ portum, qui latet inter Jaurum & urbem Assumptionis. *

1536. ------ 1537.

Chile. *Long.* 300. *Lat. mer.* 35.

Nova-Granata. *Long.* 300. *Lat. bor.* 5.

Paraquaria. *Long.* 320. *Lat. mer.* 25.

In Chilem venit primus Didacus de Almagro, unus de Peruvii expugnatoribus.

In

Digitized by Google

In Popayanum penetrat Sebastianus de Belalcazar. Est autem Popayan urbs & provincia in Nova Granata, seu Novo Regno. Per idem temporis reperit fontem magni fluminis, quod a Magdalena vocant, cujus cursum totum investigavit deinceps, Ferdinandez de Lugo Canariensis ductor classis. Sebastiani expeditio, & Ferdinandi anno sequente 1537. perfectæ sunt. Præiverat tamen quadantenus Nicolaus Federman, seu Uredeman Germanus, qui anno superiore per Corianam seu Cori provinciam, quæ Veneti olæ pars est, viam sibi aperuerat.

Pergit Joannes de Ayola Paraquariam & ejus fines explorare.

1539.

Cibola. *Long.* 266. *Lat. bor.* 35.

Florida. *Long.* 290. *Lat. bor.* 30.

California. *Long.* 240. *Lat. bor.* 40.

Marcus a Nizza Franciscanus ex Hispania, Culuacano profectus venit in Cibolæ regnum. Pauci quidem habita est religiosi viri narratio, præbuit tamen occasionem novis expeditionibus.

In altum vela facit ex Habana Ferdinandus de Soto 12. Maji, ut Floridam indagaret & acquireret. Indagavit, sed tertio post ceptam expeditionem anno vivere desinens, nec ubi pedem poneret acquisivit.

In Hispaniam revertitur Cortesius commissa prius Francisco Tello lustrandæ Californiæ provincia. Is vero totam fere occidentalem oram oblineavit, regionibus aliis per viciniam peragratis.

1540.

Amazonides. *Long.* 320. *Lat. mer.* 1.

Quivira. *Long.* 245. *Lat. bor.* 40.

Gonzalus Pizarro Quitoensis provinciæ, quæ Peruvii terminus est ad septentrionem, Gubernator ad ignotos Quixorum tractus intravit; idemque deinde penetrat in provinciam a Canela dictam.

Franciscus Orellana Pizarri locum tenens perquirendo commeatui missus, casu venit in flumen, per quod abjecta de commeatu cura descendit usque ad mare; illudque de nomine suo vocavit quod modo Amazonidum, & Maragnon dicitur.

Auspiciis D. Antonii Mendozæ Novæ Hispaniæ proregis in Californiam missus Franciscus Vazquez Cornero aut Cornedo, Cibolæ & Quiviræ regna perscrutatur.

1541.

Chile. *Long.* 300. *Lat.* 35.

Canadá. *Long.* 300. *Lat.* 50.

Camboia. *Long.* 135. *Lat. bor.* 10.

Liampoi portæ. *Long.* 143. 23. *Lat. bor.*

Philippinæ. *Long.* 150. *Lat. bor.* 13.

Petrus de Valdivia in Chilensis regni indaginem intentus quædam ibi oppida excitat.

Joannes Franciscus de la Roque Robervallis dominus, nobili stirpe Picardus sedem constituit in insula Regali, vulgo *Isla Real*, olim *de Cabo-Bre-*

Digitized by Google

Breton. Delegavitque Alphonſum quendam ad perſcrutandas boreales Canadæ plagas; de ſucceſſu tamen nihil memoriæ proditum eſt.

Antonius de Faria & Souſa Luſitanus, Cambodiam, Champæam, Poulo-Condorem, Lequias, Hainaniam, exiguaſque alias inſulas ſibi aperit, nempe Liampoi, * ideſt Sinarum Imperii * portas, ut vocant.

Quod Magallanes incepit, perfecit hoc anno Rodericus Lopez de Villalobos, Hiſpanus, perluſtratis inſulis Luzoniis. Cunctas in memoriam Principis tunc, deinde Regis Hiſpaniæ Philippi Secundi vocat *Philippinas*.

1542.

Japonia. *Long.* 160.: *Lat. bor.* 35.

Sexta Maji Goam attingit S. Franciſcus Xaverius, Japoniæ quæ tunc innoteſcere cœpit, futurus Apoſtolus. Ejuſdem anni ſpatio patuit in eam aditus unus & alter. Hinc Ferdinandus Mendez Pinto cum Didaco Zeimoto & Chriſtophoro Botello Macao in Tanuximam inſulam profectus in Bungi regnum penetravit; illinc Antonium Mota, Franciſcum Zimoto, & Antonium Pexota, Luſitanos pariter atque primi, cum ex Mazacaria ſolviſſent, procellæ vis inſcios adegit, ut in Cangoximæ portum in Saxumæ regno ſe reciperent. Jam appulſus diem aut menſem notavit nemo; ex Pinti tamen itinerario conficitur, Majo vertente in Japoniam cum ſociis veniſſe ſe. De his inſulis mentio eſt apud Marcum Polum Venetum, quas ipſe Zipangoas appellat, ſeu de Zipangri.

Sedium ſtabiliendarum res, & novarum regionum notio promoventur in Novo Regno Granatenſi per Ferdinandum Perez de Queſada.

Alvar-Nugnius Capivacchius, vulgo *Cabeza-de-Vacca* urbem a Bonis-Auris reædificat. Idemque cum per Paranam & Paraguaim aſcenderet, ſedes aliquas in cognominibus provinciis conſtituit. * Per Paranam quidem minime aſcendit Alvarus, at deſcendit certe. Cum etenim in S. Catharinæ, aut prope, exſcenſionem feciſſet, terreſtri itinere Paranam contendit, quem ingreſſus ſecundis aquis ad Paraguai uſque confluvium ferendum ſe tradidit. *

Joannes Ruicius Luſitanus, ſed auſpiciis Caroli V. excurſiones promovet per Californiam uſque ad Caput quod gradui 44. lat. bor. ſubjacet, vocavitque Mendocinum a Prorege Mexicano Mendoza.

Venit in Tucuman Didacus de Rojas Hiſpanus.

1543.

Miſiſſipius. *Long.* 275.: *Lat. bor.* 30.

Ferdinando de Soto ad oſtium Rubri fluminis occiſo, dejectoque in Miſiſſipium cadavere, Ludovicus Moſcoſo de Alvarado in mare uſque decurrit. Garcia Laſo de la Vega in Hiſtoria acquiſitionis Floridæ hoc flumen nominat *Cucagua*; ſed Hiſpanis, Floridenſibus olim dicebatur *Palizada*.

1545.

Potoſinus mons. *Long.* 310. *Lat. mer.* 20.

Vena Potoſino monti aperitur per Villarroelem quendam, per quem & hoc anno cœpit exerceri.

1546.

1546.

Philippinæ. *Long.* 140.: *Lat. bor.* 10.

Michael Lopez de Lagaſpi Cantaber cœpit in populos cogere Philippinarum incolas.

1548.

Sancta Crux. *Long.* 314. *Lat. mer.* 21.

Per Nuſlum de Chaves Hiſpanum innoteſcunt regiones ad occidentem fluminis Argentei & Paraguai, & conditur urbs a S. Cruce de Monte, vulgo *de la Sierra*, quæ poſtea in locum magis ad boream vergentem translata eſt. Eſt autem civitas hæc unius ex quatuor præfecturis, in quas partita eſt Paraquaria, princeps * imo & unica *. Tres reliquarum præfecturarum principes civitates ſunt * Corduba in * Tucumania, ad meridiem S. Crucis, Aſſumptio ad orientem, & Bonus-aër ad Aſſumptionis meridiem.

1549.

Tucumania. *Long.* 313.: *Lat. mer.* 25.

Datur primum opera in Tucumania, & provinciis vicinis conſtituendis oppidis.

1552.

Nova-Segovia. *Long.* 320. *Lat. bor.* 5.

Joannes de Villegas Hiſpanus, Venetiolæ præfectus a Velſeribus regionem luſtrat, * dictam de Bariquiſimeto *, in qua deinceps erigitur Nova-Segovia.

1553.

Willops, ſeu Villougby.

Novum primus tentat ad Sinas iter per arctoum mare Hugh Willougbi Anglus ex ordine equeſtri; infelici tamen ſucceſſu, coactus enim in Arzenæ portum in Laponia ſe recipere frigore periit cum ſuis. Ex Ephemeride reſcitum eſt, uſque ad gradum 72. lat. bor. perveniſſe, ibique vidiſſe terram, quam Geographi quidam oblineatam vulgarunt nunc Willougby, nunc Villops nominatam. Fruſtra deinceps quæſita eſt loco ephemeride indigitato, id eſt ad occidentem Novæ Zemblæ tunc temporis ignotæ.

1554.

Nova Cantabria. *Long.* 265. *Lat. bor.* 25.

Franciſcus Ibarra Hiſpanus inventor eſt fodinarum S. Barbaræ, & S. Joannis in Nova Cantabria: & coloniarum in Tapia & Cinaloa regionibus, quæ ſicut & Nova Cantabria, pars ſunt Novæ Gallæciæ, inſtitutor.

1555.

Galli in Braſilia.

Melitenſis Eques Nicolaus Durandus e Villegagnone natione Gallus ſolvit 14. Maji è Franciſcopoli in Braſiliam novis colonis poſiturus oppidum; & vero poſuit. Decima Novembris Januarium flumen (indigenis Gabanara) ingreſſus Coloniæ fundamenta jecit ex ſolis Hugonotis conflandam; brevi tamen diſparuit loci & religionis communionem repudiante conditore.

Digitized by Google

1556.

Nova-Zembla. *Long.* 75. *Lat. bor.* 73.

Stephanus Barroug Anglus, dum si quod in arctoo pelago pervium esse possit ad Sinas iter inquirit, fretum invenit Waeigatz, quod Novam Zemblam, inter & Samogetarum regionem coangustatur. Credidit esse mare apertum sinum qui ad freti orientem duntaxat apertus est, sed tentaminibus denuo susceptis patuit error.

1562.

Florida Gallorum. *Long.* 295. *Lat. bor.* 35.

Joannes de Ribaud natione Gallus, Altipræfecti Colinii jussu, proficiscitur Deppa coloniam deducturus in Floridam. Constitit sub gradu 30. lat. bor. non longe a promontorio, quod Francicum vocavit, vulgo *Cabo-Frances*, eodem scilicet loci quo Verazianus in secunda navigatione anchoram exscensurus jecerat. Prima deinde Maji flumen ingressus est, quod & Majum nuncupavit. Panditque ibi, fixitque lilia Galliæ insignia. Oram lustrare pergit per 60. leucas ad septentrionem. Obviis fluminibus gallicorum nomina fecit communia, postremo a Portu-Regali nominato. Ibi excitavit arcem *Carles-fort*, cui deinceps subjecta est civitas *Carlos-tovvn*.

1563.

Nova-Barcino. *Long.* 310. *Lat. bor.* 7.

Conditur per Petrum de Centellas in Nova Vandalitia Nova Barcino, ex qua tamen vix nomen reliquum est, & *raris habitata mapalia tectis*. Coleti. V. *Barcelona*. *.

1565.

Cebu. *Long.* 150.: *Lat. bor.* 3.

Michael Lopez de Lagaspi in Cebu Philippinarum insularum prima per Magallanem patefacta urbem cognominem statuit.

1567.

Insulæ Salomonis. *Long.* 250.: *Lat. mer.* 10.

Alvarus de Mendagna Peruviani gubernatoris Lic. Castro consobrinus, solvit Callas 10. Januarii primo navis gubernatore Ferdinando Gallego, emensisque ad occidentem octigentis supra mille leucis, in conspectum venit insulæ sub 7. gr. 30. m. lat. bor., constititque in portu quem *S. Isabellæ de Stella* nominavit, diuque ibi moratus vicinas lustratum insulas certos ablegavit. Quædam magnitudinis inter reliquas eximiæ visa est, ora tantum boreali recognita. Quam primo invenerat, ut portum, a S. Isabella nominavit; eandemque in leucas quinque supra nonaginta porrigi arbitratus est. Alteram vocavit Guadalcanariam; omnesque universim *Salomonis Insulas*. De quibus videsis Historiam Marchionis de Cañete Peruviani Proregis.

1571.

Manila. *Long.* 151. *lat. bor.* 14.

Conditæ Manilæ urbis in insula Luzonis primus hic annus ponitur. Estque in præsentia Philippinarum caput.

1573.

Digitized by Google

1573.

Corduba in Tucumania. *Long.* 313. *Lat. merid.* 33.

D. Hieronymus Ludovicus de Cabrera Cordubæ in Hispania natus condendæ in Tucumania Novæ Cordubæ spatium designat, erecto in area media, quod Hispani vocant *Roglio*, justitiæ exercendæ monimento. *

1574.

Insulæ Fernandinæ. *Long.* 290.: *Lat. merid.* 34.

Innotescunt hoc anno Joanni Fernandez insulæ, quas de suo nomine vocat, in mari Pacifico. Duæ duntaxat connumerantur; sunt tamen qui totidem alias adjungunt arctico polo propinquiores, a S. Felice, & S. Ambrosio nominatas, quæque interdum etiam Insulæ Joannis Fernandez appellantur. Quas primò posuimus, sitæ sunt contra Chilem ad occidentem: ibique dicitur ea quæ longinquior est *Isla de afuera*, proximior verò *Isla de tierra*, ambæ *Desventuradas*. Solas has videtur novisse Laëtius.

1576.

Frobisheri fretum. *Long.* 340. *Lat. bor.* 65.

Eques Martinus Frobisher fretum invenit inter Groënlandiæ borealem *non nisi australem * partem, & magnam quandam insulam ad meridiem: atque ab ejus cognomine appellatur hactenus. * Post hæc de Frobishero habet Auther Fastorum Gallus: *Il en rapporta en Angleterre de la Mine*. Quo quid sibi velit nescio. Quid est quod Frobisher in Angliam retulit? An de fodinis repertis notitiam? An possessionis terrarum aditæ specimen & pignus. Ex Thoma Lediard Anglo (*a*) ajunt Trevultiani (*b*): *C'est ce que les Anglois appellent prendre possession, se faire apporter une motte de terre, & une branche d'arbre.* *.

1577.

Freto sui nominis prætemavigato plura in altera expeditione reperit loca Frobisher, omniaque quam ab ipso acceperunt in chartis obtinent appellationem.

1578.

Frisia occidentalis. Fridslandia.

Tertium iter aggreditur Frobisher, profectusque ex Anglia est ultima Maji luce quindecim navibus stipatus. Et a principio quidem, 20. nimirum Junii insequentis recognitam occiduæ Frisiæ terram pro Isabella Regina possessionis nomine occupavit, appellavitque Angliam occidentalem. Omnibus autem persuadere voluit, quam ipse recognoverat, eandem esse, quæ primo cognita fuerat ab Antonio & Nicolao Zeni germanis fratribus Venetis, quæque ab iisdem Fridslandia dicta est.

1579.

Nova Albionia. Fretum Aniani.

Franciscus Drak invenisse dicitur hoc anno Novam Albioniam, qua respicit septentrionem California. Contendunt Angli ab ea & Jessei freti littore eandem continentem confieri; at plerisque omnibus tota Nova

va

(a) *Lediard. Hist. Nav. de Inglat.* (b) *Mem. de Trev.* 1752. *art.* 29.

Digitized by Google

va Albionia commentitia est. Affirmavit itidem Drak, inventum a se Aniani fretum eodem hoc anno, perque hujus alveum ad viginti leucas subiisse se. Situs, uti & ipsum fretum sub opinionibus est adhuc, si tamen revera illud sit, verosimile est ad orientem Jessi, nec longe ab ea regione excurrere.

1580.

Tentatum ad Sinas iter.

Arturus Patt, & Carolus Jackman Anglia a Regina sua expediti sunt, ut quem viginti ante annis Stephanus Borroug inceperat, cursum proveherent. Itaque Waeigatzensi freto transmisso, in mare ad illius orientem ingressi sunt, ita frigore adstrictum & impervium, ut cursum reflectere compulsi sint. Huic malo fœda accessit procella, qua in varia sic disjecti sunt, ut quis fuerit exitus, quisve successus Patti prorsus ignoretur.

1582.

Novum Mexicum. *Long.* 255. *Lat. bor.* 40.

Annis superioribus 1580. & 1581. novas regiones perlustraverat in Nova Hispania Fr. Augustinus Ruiz Minorita Hispanus. Pergit ultra Antonius Espejo Hispanus item, repertisque quindecim totas adjungit provincias quas Novum Mexicum appellavit.

1583.

Terra Nova. *Long.* 325.: *Lat. bor.* 48.

Florida. *Long.* 290.: *Lat. bor.* 30.

Connitente Walsingamo Isabellæ Anglorum Reginæ a secretis, proficiscitur in Terram Novam Gilbertus Humphrey, eaque sub dominio britanno posita, piscatorium opus instaurat, quod utilius Anglis quam si insula tota constaret aurifodinis. Quod de cætero nullo hominum damno fit; imo nullum est eo promovendæ rei nauticæ accommodatius.

Richardus Grainville Reginæ ejusdem auspiciis novam coloniam brevi duraturam deducit in Floridam paulo infra situm S. *Joannis de Pinos*.

1584. 1585.

Virginia. *Long.* 290. *Lat. bor.* 35.

Philippus Amidas & Arturus Barlow Angli ab Equite Gualtero Raleig missi vertente Martio profecti sunt anno 1584., atque in Roënoques insulam descendunt. In Angliam vero reversi tanta de illa regione prædicatio ab ipsis facta est, ut a Regina appellata sit Virginia: quo videlicet cœlibatus sui memoriam perennaret. Insequenti anno oppidum in ea insula ædificatum est, quod non diu stetit, neque enim præmaturis laudationibus respondit regio. Ne Virginiæ quidem retinuit nomen, re enim vera Roënoque insula ad occidentalis Carolinæ præfecturam expectat.

Per idem tempus anno scilicet 1585. Joannes Davids Anglus a Regina jussus est cœpta Frobisheri nova indagine prosequi: id quod cum hoc tum posterioribus annis executus est.

1586.

Promontorium Desolationis.

Multis denuo recognitis in eo quod tunc Stotilandiæ mare dicebatur, ad

Digitized by Google

ad promontorium progressus est, quod multis ibi procellis ac periculis perfunctus nominavit *Cabo de Desolacion*.

1587.

Davidsii fretum. *Long.* 325. *Lat. bor.* 70.

Venit Davidsius in angustias freti cognominis. Vid. ann. 1590.

1589.

Magallanis fretum. *Long.* 300. *Lat. mer.* 53.

Petrus de Sarmiento Hispanus a Peruviæ Prorege D. Francisco Toleto contra Franciscum Drak mari illi infestum expeditus, oras speculatur a 49. gradu lat. austr. ad fretum magallanicum quod prætervectus est, easque ditioni castellanæ consignat.

1590.

Plerique omnes ex Anglis quidem scriptoribus ad hunc annum referunt primum Davidsii transitum per fretum sui nominis. Situm id est inter Groënlandiam, & insulam quæ ab ipso vocata est Cumberlandia.

1591.

Hudsonis sinus. *Long.* 310. *Lat. bor.* 60.

Federicus Anschildus Danus hiemasse dicitur hoc anno in Hudsonis sinu; atque quæstuosissimo usus commercio, pellibus commutatis, multis auctus divitiis rediisse in patriam, nulla sede constituta.

1593.

Terræ Australes.

Eques Anglus Richardus Haukins, cum mundum, quantus is est, circumire decrevisset, inter occidentem & meridiem Magallanici freti sub gradu 48. lat. merid. vidit novæ terræ spatium, idque contra promontorium a Bona spe longe protensum ultra Maireum fretum etiam procurrebat. Animadvertit præterea, regiones quas ad austrum aspicit Magallanicum fretum insularum complexionem esse totas.

1594.

Fretum Nassavii.

Comes Mauricius de Nassau tentandi per septentrionem ad Sinas iter ab Anglis rejectum, ipse denuo suscipit consilium, destinatis navigiis tribus, designatoque horum præfecto Cornelisio Cornelisznay, qui de tribus sibi elegit vectando nominatum *el Cisnede Veere* in Zelandia; *Mercurio de Enchusa* secundæ navi præficitur Brant-Isbranz, seu Tergalesius; Tertiæ *Amstelodamensis Scaphæ* nomine Guillelmus Barenszius de Terschellings Amstelodami natus. Joannes Huighen de Linscooten, cui in Mercurio rerum peculiaris ex officio cura commissa erat, vulgatò nomine *Commissionado* appellatus, scriptam reliquit navigationis ephemeridem. Quinta Julii Texelio solvunt, & 24. ejusdem Kyldoiniam insulam sub gradu 69. m. 40. recognoscunt, ibique consistunt: ac designato portu hoc, ut omnes in reditu convenirent, dividuntur. Amstelodamensis Scapha proram dirigit in Novam Zemblam, jam antehac cognitam, cujus inventionem quidam falso adscribunt Barenszio Scaphæ Gubernatori. Duæ reliquæ naves terram 21. Julii longe prospiciunt, esse terram vel insulam Vaeigatzii supputantes; & aperturam quam illius nominis fretum esse credunt: quod ingres-

Digitized by Google

ingressi Nassavi fretum vocavere. Tristia hic a gelo subiere pericula. Hinc in mare Tartaricum eggressi sunt, quod adeo illis tranquillum sese exhibuit, ut minime dubitaverint de felici appulsu in Sinas & Japones. Obii fluminis ostium prætergressi retrocedunt, renavigatoque Nassavii freto, anchoras jaciunt 16. Augusti ad septentrionem insulæ quam a Mauricio appellavere. Dum ibi demorantur Barenszius advenit a gradu 78. descendens, ac tota ferè Novæ Zemblæ orâ lustrata. Ultra pergere animus erat, at concreta hieme prohibitus meridiem nunc versus iter facilius perquirebat. Cui Cornelisius existimare se dixit inventum jam id a se esse per Nassavi scilicet fretum. Ad septentrionalem Mauricii plagam alia assurgit insula, quam *Arausicanam*, sive *de Orange* nuncuparunt: ambæque respondent 69. gradui, ac 30. minuto. Ea verò terra, quæ trans maris hujusce spatium posita est, quæque adeo est orienti propinquior, vocata ab ipsis est Nova Frisia occidentalis. Novum pariter sortita est nomen Waeigatzii insula, quam ab Enchusa appellarunt. Tota denique illa terræ plaga, quam ad orientem habet Nassavii fretum ad usque Obium flumen, *Nova-Hollandia* ab eisdem dicta est. Decima-quinta Septembris reduces ingrediuntur Texelium.

1595.

Marchionissæ de Mendoza. *Long.* 240. *Latitud. merid.* 10.

Aprilis undecima Alvarus de Mendaña quatuor navium adornata classe Callao proficiscitur in Salomonis insulas, Petro Fernandez de Quiros primo naviculatore; navigatisque ad occidentem centum supra mille leucis ad 10. lat. gr. insulas quasdam, exiguas illas quidem conspicantur, & appellant. Inceptum iter persecuti alias parum item se attollentes insulas inveniunt; at 7. Septembris magna quædam se illis offert, quam dixerunt *Gratiosam*. Tercentum leucis visa est circumscribi posse. Novis aliis in hujus vicinia conspectis a *S. Cruce* fecere nomen.

Contigit hoc anno Gualteri Raileg in Guyanam iter & inventa.

Tres Hollandi, quorum anno superiore memini, Texelio rursus discedunt quatuor aucti navibus Sinas iterum cogitantes; sed mare gelu concretum spem abjicere, & in Hollandiam retrocedere coëgit.

1596.

Spitzbergium. *Long.* 33.: *Lat. bor.* 79.

Guilielmus Barenzius experturus quid tandem per se posset, sinense iter denuo aggreditur, per mare videlicet quod ad Novæ Zemblæ septentrionem jacet. Sed successu infelici, novo namque Spitzbergio patefacto, quod Angli Groënlandiæ partem dicunt esse, ipse verò insulam existimavit, luctantem cum gelu perdidit tandem navem, hiemavitque in Nova Zembla. Voluit Colæ in Laponia amissa reparare, sed fato in itinere concessit. Persuaserat vero sibi, nec eam persuasionem jam moriturus ablegavit, fore scilicet ad viginti leucas e regione Novæ Zemblæ ad septentrionem iter ad Sinas a gelu expeditum. Re quidem vera, si fides narrationi fractæ cujusdam navis hollandicæ anno 1653. ad insulam Quelpaertsensem, haud ex vano est Barenzii conjectura. Nempe visa in Coreæ mari cete eorum dorso affixis telis vasconicis, quibus ad piscandum utuntur

Digitized by Google

Groënlandi. * Ex quo visa sint prope Coream cete a Groënlandis harpagata, non devenit verosimilior Barenzii conjectura de via gelu non impedita, cum cete possint transvadare sub gelu semitis sibi ac suo generi notis. *.

1598.

Insulæ Sebaldi Wert. *Long.* 320. *Lat. merid.* 50.

Jacobus Mahu, Simon de Corde, Sebaldus de Wert, aliique Hollandi Magallanis fretum præternavigare conati repulsi sunt, intercluso illis aditu in Mare Pacificum. Una duntaxat navis gubernatorem Guilielmum Adams sortita freto evasit, ut ad Japoniæ tandem littora frangeretur. Sebaldus Wert eodem freto pulsus obvias habuit 20. Februarii tres insulas, quæ nomen inventoris servant hactenus, cum se putaret esse sub gradu 50. m. 50. lat. merid. Sunt qui hujusmodi inventum differant ad annum 1600.

Arenaria. *Long.* 315.: *Lat. bor.* 43.

Marchio de Roche Britannus annuente Galliæ Rege Henrico IV. maritimas Cartieri expeditiones prosequitur: insulam *du Sable* seu Arenariam reperit, & Acadiæ partem. Apud Arenariam dicitur tres anno 1581. fregisse naves Gilbertus Humphrey, quem supra memoravimus.

1599.

Novum Mexicum. *Long.* 260.: *Lat. bor.* 40.

Joannes de Ognate nova multa acquirit in Novo Mexico. Eundem habet conditorem oppidum a S. Joanne, & plures fodinæ repertorem.

1602.

Societas Hollandica.

Acadia. *Long.* 315.: *Lat. bor.* 45.

Generales, ut Hollandi vocat, Status disparatos mercatorum greges sociali fœdere conjungunt, unaque celebrem ab Indiis orientalibus nuncupatam Societatem instituunt.

Petrus de Guast, D. Monts, & Samuel de Champlain Galli totam Acadiam tandem patefaciunt, quæ videlicet manifestari cœperat per marchionem de la Roche. Patuit illis præterea ora meridionalis Canadæ, quam inter & Acadiam jacet Sinus Gallicus. Ab iisdem in insula S. Crucis ædificatus est quidam pagus, & Champlainus per hiemem excursionem promovit ultra Pentagoëtum.

1605.

Bostania. *Long.* 305. *Lat. bor.* 43.

Iidem explorant Kinibequium seu Canibequium, Canibarum flumen, & gentem Abenaquisam, Malebarense promontorium, quod prominet e regione promontorii quod vocant Galli *Cabo Blanco*, & Angli *Cabo Cood*. Non longe ab hoc ædificata deinceps est Bostonia, seu ut Galli pronunciant *Baston*, quæ Novæ Angliæ in præsentia est urbs princeps. Champlainus crucem in Malebarensi promontorio erexit, terramque sui Regis nomine occupat.

1607.

1607.

Virginia. *Long.* 295. : *Latit. bor.* 37.

Joannes Smitz Anglus Chesapeak sinum & Povvatanum quod in eum se se egerit flumen ingreditur. Ad hujus ripam extruxit arcem, idque habuit initium *Jamestoun* urbs princeps Virginiæ; Jacobus I. regnabat tunc in Anglia, in cujus honorem & flumini *James* nomen impositum est.

Ex Amboino Moluccarum pelluntur hoc anno Lusitani a Batavis, qui primam eo Indiarum coloniam deducunt.

1608.

Quirosii Terra. *Long.* 233. *Lat. merid.* 19.

Petrus Fernandez de Quiros Hispanus centurio Portu Limano discedit 21. Decembris 1605. australes terras duabus navibus lustraturus. Et proram quidem direxit inter occidentem & austrum per quartam ad occidentem. Cum mille leucas a Peruvio distantem se existimat, prospicit 26. Jan. 1606. exiguæ molis insulam, quam videlicet quatuor horarum spatio obire quis posset; per quadringentas verò leucas, quas subinde navigavit, plures terras, insulasque circumspexit, disjunctas tamen. Temerè itaque a quibusdam geographis in ea poli altitudine oræ perpetuæ ad 800. leucas describuntur. Sub hæc proram detorquet Quiros ad occidentem, & 25. Aprilis magnam continentem invenit, quam *Terram australem Spiritus Sancti* appellavit. Constitit in multis ejus portubus, nomine singulis donato. Atque ea sane est, quæ Terra *de Quir & de Quiros* passim appellatur. Pronum est animadvertere, hujusmodi terras ad meridiem orientalis capitis Novæ Guineæ esse positas, earundemque esse partem littora orientalia Carpentariæ.

1608.

Quebecum. *Long.* 307. : *Lat. bor.* 46.

Quebeci primariæ Novæ Franciæ urbis Samuel de Champlain fundamenta jecit 3. Julii ad oram septentrionalem fluminis S. Laurentii viginti supra centum leucis a mari, rivum inter a S. Carolo, & promontorium quod dicitur ab Adamantibus, quia reperti ibi sunt illis similes, quos Alenconium profert. Situm appellabant Indi *Quebejo* seu *Quelibec* lingua algonquina & abenaquia, quod Hispanis sonat *angostura*, angustatur enim ibi flumen usque adeo ut mille passibus trajiciatur, cum sub insulam Aurelianensem, quæ secundo flumine unius diei iter ab eo tractu distat, quatuor aut quinque leucarum alveum impleat.

1609.

Nova Yorkia, *Long.* 290. *Latitud. bor.* 40.

Henricus Hudson Anglus, dum Virginiam & Novam Angliam radit, viginti leucarum errorem in calculo emendat, totidem enim leucas contra ac erat positum occidenti proximius promontorium Cood situm esse animadvertit. Amplus dein se illi aperit sinus, in quem copiosum flumen ingreditur, quod a nomine accolarum vocavit Manhate. Porro Hudsonius serviebat Batavis, iique propterea per aliquod temporis spatium in eo tractu dominati sunt, eumdemque dixere Neo-Belgium. Manhate quoque civitas, ac arausicanum præsidium à Batavis condita fuerunt, nec longe quidem

Digitized by Google

quidem à flumine. Nunc autem tota illa regio *Nova Yorkia* dicitur, ejusque imperium obtinent Angli, qui Novam etiam Yorkiam, Eboracumve appellant Manhate urbem.

Ajunt certam navem Acapulco Mexici ad occidentem portu profectam anno *1609.*, instituto cursu per vim tempestatis abjecto, duobus post mensibus Dublinum in Hiberniam pervenisse, indeque cum se in Ulyssiponensi portu recepisset, in ignem jussu Regis Hispaniæ projecta fuisse cuncta naviculatorum commentaria, nempe ut lateret exteros erroris ac cursus illius via, quæ quidem facta ponitur per septentrionales Canadæ fluctus.

Hudsonis sinus. *Long.* 320. *Lat. bor.* 60.

Eodem anno Hudsonius atque Guilielmus Baffings Anglus item, relicta pone Canada, longissimè progressi sunt adversus eam cæli plagam, quæ septentrioni ac occidenti ex æquo respondet. Contendunt planè Angli, per eos tractus se illis anno insequenti manifestasse regiones dictas de eorum nomine; id vero est in comperto, nullam per eos ibi sedem constitutam esse. Certum insuper est, Nelsonem navis qua Hudson vehebatur, gubernatorem non cepisse tunc possessionem recessûs, quem modo Nelsonis Portum vocant, qui ad occidentalem oram sinûs curvo jacet anfractu.

1611.

Iroquii. *Long.* 290. : *Lat. bor.* 43.

Lacus Camplani. *Long.* 295. : *lat. bor.* 45.

Flumen Boreale, in Novo Mexico.

Sinus Buttonis. *Long.* 280. : *Lat. bor.* 57.

Viam sibi ad regionem Iroquiorum aperit Camplanus: ac de via lacum, in quem offendit, de suo vocat cognomine.

Septentrionis flumen, quod aliqui appellant *Coloratum*, & Conibarum lacum ad boream Novi Mexici explorat Joannes de Oñate.

Thomas Buttonus Anglus ad Canadæ boream amplam detegit regionem, quam vocat *New-Wales*, hoc est *Nova Gallesia*. Totum dein sui nominis sinum lustravit, insulam pariter Diggsensem, cum regione alia vastissima quam *Carys Suvans Nest* nuncupavit.

1612.

Jacobus Hall Anglus Cockinense fretum invenit ad *65.* gradum lat. quà septentrionem Canada respicit.

1613.

Ad boream Groelandiæ certi Angli insulam primi prospiciunt, quam appellant à Spe. Est quidem qui existimet, sine teste tamen, primo fuisse cognitam a Willougby anno 1553.

1615.

Canadenses Hurones invisit Camplanus, totamque hyemem in percurrenda eorum regione insumit.

Batavi Manhate ripas populis frequentare incipiunt: toto eo tractu *Novo Belgio* denominato.

Guilielmus Schouten, & Jacobus le Maire Batavi Texelio solvunt 14. Junii de novo itinere ad mare Pacificum solliciti, ac 3. Novembris insu-

Digitized by Google

lam ab Ascensione conspicantur. Hæc autem uti in Ephemeride adnotat Schouten ex Martini Vaz insulis una est: quæ quidem à quo, quove anno inventæ sint, ignotum mihi est. * Quo ad inventorem attinet, ad manum est Martinus Vaz seu Vaëz Lusitanus. De quo non dubitat Coleti in Dictionario. V. *Vas*. *.

Maireum fretum. *Long.* 310. : *Lat. m.* 54.

Schouten & Le-Maire veniunt 25. Jan. in conspectum freti cujusdam ad meridiem Magallanici. Novi freti lateribus nova dant nomina ; atque sinistrum quidem quod medium inter orientem & austrum promicat *Statuum Terram*, dextrum vero quod ad occidentem vergit, vocant Terram *Mauricii de Nassau*. Penitius eodem die fretum introgressi, plures sed exiguas adspiciunt insulas quarto post die, quas à Barneveldo nominant honorandi causa Joannem Van Orden Barneveld Consiliarium Pensionarium Hollandiæ ac Frisiæ occidentalis. Die 29. visum primò promontorium, quod de patriæ suæ nomine ab Horno vocat Schouten. Fretum verò prætergressi sunt Febr. 12., idque *Mairæum* appellatum, quod nempe Isaacus Le-Maire Jacobi pater majorem aliis omnibus contulerat symbolam ad eam classem adornandam. Denique dum iter in Europam remetiuntur per Moluccas, novas inveniunt insulas incolis non infrequentes, in his borealem totam Novæ Guineæ oram. In Hollandiam orbe circumdato appulsi, in rationario dierum & quidem ritè deducto animadvertunt unius diei discrepantiam à vulgari, erat enim dies Martis qui Lunæ putabatur.

Eodem hoc anno Thomas Edger Anglus ad Groënlandiæ septentrionem adspicit insulam, quam de suo nomine vocat.

1617.

Ad eandem Groënlandiæ plagam Anglus quidam nobilis nomine Wichesaliam insulam videt & cognominem facit.

1618.

Fons Nili. Nova Hollandia.

Petro Païz, seu Paëz Jesuitæ Lusitano Goiani regnum adeunti in Abissinorum Imperatoris comitatu, innotescit primùm fons Nili.

Ad eundem hunc annum refertur Novæ Hollandiæ juxta australes terras prima cognitio. Dubitatur vero an omnino disjunctæ, an perpetuum cum Nova Hollandia tractum conficiant : quod etiam de terris Janzii, Tasmani, Adamantis, Novæ Zelandiæ, Carpentariæ, & Novæ Guineæ dubium est. Ut ut tandem hæc sint, prima quæ in Nova Hollandia terra visa est, à *Concordia* nomen habet.

1619.

Nova Dania. Mare Christianum.

Joannes Munk Danus, dum toties tentatum iter ad Sinas inter septentrionalem ex æquo & occidentalem plagam supra Canadam experitur, institutum a Frobishero cursum prosecutus ad 64. gradum ascendit : nec ultra datum ei progredi à gelu. Hiemavit in sinu, in quem flumen influit quod de suo nomine vocat; mare verò *Christianum*, & *Novam Daniam* regionem inventam.

Edelsii

Edelſii terra pateſcit hoc anno in Nova Hollandia; Edelſii autem nomen repertoris eſſe videtur.

1620.

Yeſſo. *Long.* 160. : *Lat. bor.* 46.

Hieronimus de Angelis Siculus è Soc. Jeſu in Yeſſi regionem Europæorum primus penetrat. Mari vectus deſcendit in urbem Matſumai: creditque tunc terram eſſe continentem.

Condunt Hollandi in Java Bataviam, loco & ſitu antiquæ Jacatræ dirutæ.

Condita item hoc anno eſt per quoſdam Anglos, qui vertente Septembri Plimuto ſolverant, nova in Nova Anglia Plimuti urbs.

1621.

Rediens de Angelis Matſumaiam eam credit inſularem; non tamen id affirmare auſus eſt. In eadem ſententia videntur eſſe Japones.

1622.

Baffingſii ſinus. *Long.* 290. : *Lat. bor.* 75.

Levini terra. *Long.* 150. : *Lat. bor.* 30.

Guilielmus Baffings, ut omnibus ferè placet, novum hoc anno nullatenus vero 1617., ut quidam opinati ſunt, ingreſſus eſt ſinum, quem a ſe vocat: jacetque is ad boream * potius ad occidentem * freti Davidſii.

Patefacta etiam hoc anno eſt in Nova Hollandia Lewinſii terra.

1624.

Gangis fons. Thibetum.

Antonius Andrada Jeſuita Luſitanus Gangis originem primò invenit, deinde Thibetum. Marcus Polus Venetus duplex Thibetum memorat, alterum alteri conterminum, ſitus tamen ignorabatur. In Thibetum magnum Andrada venit.

1625.

Caienna. *Long.* 320. : *Lat. bor.* 3.

A S. Chriſtophoro. I. *Long.* 311. : *Lat. bor.* 18.

In Cajennam Inſulam coloniam Galli deducunt. Sæpe cedere ſolo coacti ſunt a Batavis uſque ad annum 1677. quo eam Etreenſis Comes non unquam deſerendam recepit, acceſſione continentis Guyanæ propriæ auctam.

Eodem anno, eodemque die Galli hinc, illinc Angli in inſulam applicant a S. Chriſtophoro. Et hi quidem atque illi pariter extructis domibus ibi commorari decreverunt: quod utriſque invicem neſcientibus factum eſt. Pulſi non ita poſt ab Hiſpanis res ſuas inſtaurant, & Hiſpanos in ſuam vicem repellunt. Per idem tempus Galli ſedes in S. Euſtachii, & in vicinia conſtituunt.

1627.

Nuitſii Terra. *Long.* 160.: *Lat. mer.* 30.

Novam Hollandiam inter & Novam Guineam Petrus de Nuits Hollandus Terram ejus nomen retinentem reperit. Omnes hæ regiones parum notæ ſunt.

Digitized by Google

1631.

-- Borealis Canadæ plaga. --

James naviculator Anglus multa patefacit ad ſeptentrionem Hudſonis ſinus, totumque terrarum ſpatium quod ad ſinûs oſtium protenditur *New-Soutf-Walles* nuncupavit. Recognoſcit deinde *Enricheta-Mariæ* promontorium, ac inſulas pariter *Weſtonis*, *Comitis de Briſtol*, atque *Carletoniam*. Poſtrema hæc ad duos ſupra 50. gr. lat. ſept. ſita eſt.

1633.

Marilandia. *Long.* 290. *Lat. bor.* 39.}

Cæcilius Calvert Anglus catholicus *Lord*, ut vocant, Baltemore, obtento a Carolo I. Magnæ Britanniæ dominio in vaſtam regionem, quæ inter Virginiam & Carolinam ad ſeptentrionem Cheſapeakenſis ſinûs procurrit, huc miſit filium, qui novæ hoc anno coloniæ initium poſuit. Tota regio appellata eſt Marilandia, nempe a Maria de Francia Angliæ regina.

1637. ---- 1639.

Amazonidum flumen.

Duo Franciſcani Dominicus de Brito & Andreas Toletus Quito profecti ſecundo qui non longe diſcurrit amne, in flumen Amazonidum delapſi feruntur in mare. Hujus itineris quacumque tandem narratione accepta, Petrus de Texeira 25. Decembris ejuſdem anni e Para Braſiliæ provincia ſolvit, ſubit adverſo flumine, loca ſtudioſius explorat. Tanti fluminis curſum certius perſcrutandi gratia, operam dat Gubernator Quitenſis, ut redeunti Texeiræ ſocii adjungantur Chriſtophorus de Acugna, & Andreas de Artieda, Jeſuitæ ambo, qui ad Regem Catholicum, ut obſervata referant, ablegantur. Itinerarium ab Acugna deſcriptum gallice vertit D. Gombervillæus unus de quadraginta Gallicanæ Academiæ viris. Dixi vero jam, haud habendam Acugnæ fidem cum delineat flumen ſeu potius fluminis brachium nomine *Maragnon*, quod ſcilicet a flumine Magno exundans in ſinum Maragnonium ſe tandem egerat.

Ad hæc noſtra tempora creditum eſt, magnum hoc flumen oriri non longe a Quito, habito ſcilicet pro fonte rivo quodam in Amazonicum defluente. Enimvero P. Samuel Fritz Germanus S. J. eum in Peruvio invenit in Laureo lacu, vulgo *Lauri-cocba* Guanuco proximo ſub 11. gr. lat. auſtr. * Alii ſub 9. vel 8. min. 56. Et Fritzii obſervationes vulgatæ quidem ſunt anno 1707. factæ tamen anno 1689. primo, deinde anno 1691. * Ex hujus miſſionarii ſententia, qui pulcram fluminis deſcriptionem exhibet contractam tom. XII. Litter. piar. atque erud. (Lett. ædif. & cur.) juſtum ejus nomen Maragnon eſt. * jam primas deferri oportet deſcriptioni geographicæ per Cl. Condamine vulgatæ poſt obſervationes ab ipſomet factas anno 1743., & 1744. collatas cum obſervationibus Joannis Magnin S. J. Maynarum miſſionarii, & Academici honorarii Pariſienſis. * Ab origine ad ſeptentrionem procedit Amazonidum flumen leucas fere centum, volvit deinde ſe orientem verſus, ac tandem per quatuor ſupra octoginta ora, leucam fere horum quodque patens, mari illabitur. Addit Fritzius, potabiles aquas, per triginta leucas intra mare devolvi.

No-

Digitized by Google

Nova Suecia. *Long.* 100. *Lat. bor.* 40.

Ab hoc anno ducuntur Novæ Sueciæ primordia, & Christinæ urbis inter Virginiam & Novam Jorchiam, quam ab Hollandis occupatam vocabant tunc temporis Novum Belgium. Et quidem Hollandi Suecorum appulsu coloniis expulsi non sunt. Dum hi colendis agris occupantur, illi commercia frequentant, nihil intercessit quod reciprocam animorum concordiam interturbaret. Intercessit autem postea. Sed cessit anno 1655. Joannes Risingius Suecorum Gubernator qualicumque suæ gentis jure translato in Petrum Stuyveland pro Hollandis Gubernatorem.

1642.

-- Terra ab Adamantibus & Tazmanni. --

Madagascaria. *Long.* 75. *Lat. mer.* 15.

Ab Abele Tazmanno Batavo detectæ sunt terræ, de suo nomine dictæ, & ab Adamantibus. Hujus tamen septentrionalis hora visa prius dicitur a Zechaen itidem Hollando.

In Madagascariam veniunt e Gallia coloni, novo *Delphinæ* nomine insulæ attributo; sed aliquot post annis eam deserunt.

1643.

Brouveri trajectus. *Long.* 314. *Lat. mer.* 57.

Ad orientem freti Mairæi inter terram dictam a Statibus alteramque regionem amplam jacet trajectus quidam a Brouvero inventore appellatus: trajectus, inquam, ignoratur enim num novum fretum sit, an vero tandem in Mairæum fretum occulta adhuc via revolvatur.

-- Terra Societatis. *Long.* 175. *Lat. bor.* 50. --

Eodem anno Hollandicæ Societatis Indicæ navi *Castricoon* dicta pervestigare aggressus est Martinus Hertszoon de Uriez Tessi terram. Itaque circa 45. gr. versus Japoniæ septentrionem navigans duo conspicit terræ spatia quatuordecim leucarum freto disjecta. Fretum dixit Uriez, boreale latus *Terram Societatis*, australe vero *Statuum Insulam*.

1656.

Bourdon Novæ Franciæ incola ad septentrionales regiones a Generali Gubernatore expeditus in Hudsonis sinum ingreditur, quo nemo, quem sciam, prior penetraverat: aditque possessionem pro Gallo Rege.

1660.

Carolina. *Long.* 297. *Lat. bor.* 35.

Georgio Monk Albemarensi Duci, ac aliis quinque proceribus concedit Carolus II. Angliæ Rex eam Floridæ partem, quæ media est inter Virgineam, & Novam Georgiam hodiernam. Concessam terram partiti vocant Carolinam.

1667.

Zacharias Ghillam Anglus ad altitudinem 75. gr. in Baffingsensi sinu cum ascendisset, descendit postea in intimum Hudsonis recessum. Hic autem flumen ingressus est quod a Ruperto appellavit, decurrens ab ea terræ parte, in cujus tractu Canadá est. Paucis ante annis subierant ex Anglis ad lacum usque Nemiscavensem.

1668.

Digitized by Google

1668.

Dani quidam duabus navibus in Hudsonis sinum ingressi, dum de figenda sede ad septentrionem cogitant, flumen prospiciunt, quod *Danicum* appellant. Anno insequente solum mutarunt.

1671.

P. Carolus Albanel S. J. & D. Dionysius a S. Simone nobili gente Canadensis a Novæ Franciæ Gubernatore ad septentrionales plagas missi ad Hudsonis usque sinum viâ nemini ante notâ penetrant, adita possessione Regis Christianissimi nomine.

1673.

P. Petrus Marquette Gallus S. J. & D. Joliet Canadensis Missisipium explorant. Huc eos perduxit flumen *Ovisconsing*, quod a Canadá descendit. Descenderunt autem ipsi ad Akansas usque.

1674.

-- Guyana. *Long.* 315.: *Lat. bor.* 5. --

PP. Grilletius & Bechamel Jesuitæ Galli in Guyanam ad occidentem Caiennæ insulæ, quo nulla Europæorum vestigia ducebant, penetrant loca explorantes.

1675.

Cyprianus Baraza Jesuita Hispanus in Moxorum terras inter 10. & 15. lat. austr. gradum sitas ingreditur e Peruvio: quo præiverat ejusdem Societatis frater nomine *Castillo*. Barazæ pro certo affirmatum est, ad Moxorum orientem terras incolere bellicosas mulieres: ipse vero in Bahurum regionem venit, ubi a barbaris occisus est post multa in vastis illis regionibus constituta missionum præsidia.

1676.

Joannes Vood & Guilielmus Flavves Angli, ductor quisque suæ navis, experiri volunt indicatam a Barentzio viam ad Sinas; sed detenti sunt a gelu. Hæc super affirmat Vood in Ephemeride, inter Novam Zemblam & Groënlandiam trajectum esse nullum, nec eas terras duas, sed unam esse continentem. Enimvero si pervium, ait, illac esset iter, fluenta experiremur ubi solum est maris æstus ad octo fere pedes ascendentis ab austro quarta ad orientem.

1680.

Robertus Cavelier Sallensis dominus è Rhotómago Decanum Canadensem expedit cum P. Ludovico Henequin Franciscano Belga e Recollectione, ut Missisipium accuratius explorent. Et quidem volebat Sallensis, ut ad fontem usque ascenderent, cursum ab ostio Illinesii amnis repetentes. Conatui eventus non respondit, ad sex enim supra quadraginta gradus cum venissent, obstitit totius fluminis intransmeabilis cataracta, quam vident & retrocedunt, imposito cataractæ nomine *Saltus S. Antonii de Padua*.

Eodem anno ac in sequenti Sharp Hollandus naviculator, cum frustra tentasset transitum ad mare Pacificum per fretum Magallanis, ac Maireum, ac denique per Brouveri trajectum, aditum quærere decrevit per loca austro proximiora, ac illuc prora retorta insulas duntaxat invenit

gla-

Digitized by Google

glacie constrictas ac nive candidas, ingentemque cete copiam. In certa insula paululum immoratus eam nominat a Duce Eboracensi *Isla del Duque de Jork*. Hinc 800. leucas ad orientem navigat, totidem subinde ad occidentem, reperitque inter hæc insulam quam Barbadoës. * Ex titulo vel nota marginali apud authorem, palam fit hoc nomine repertas insulas non unam esse tantum sed plures. *

1681.

Pensilvania. *Long.* 305. *Lat. bor.* 43.

Carolus II. Magnæ Britanniæ Rex cum anno 1680. ditionem quandam in Nova Suecia Guilielmo Penn concessisset, novam tremulorum vulgo *Quakers*, qui eum ducem sequebantur, coloniam deducit is: totamque regionem vocat *Pensylvaniam*. Hollandi ac Sueci bene multi, cum illuc advenit Penn, ibi degebant: illi in ora maritima, hi ad Lavarensis seu meridionalis fluminis ripas. Atque hos quidem in quadam epistola laudat quod non simulati, quod industrii, viribusque validi, quodque parce vivere didicerint, nec ut acquirant ultra quod satis est adlaborent. Porro Hollandos non se ei ita probasse ibidem significat.

– Insulæ Marianæ. –

In Guahanensi insula, quæ Marianarum princeps est, primus earum Gubernator D. Antonius de Saravia possessionem cepit pro Rege Catholico. Magallanes eas invenerat anno 1521., vocaveratque primum *Archipelagus S. Lazari*, deinde vero *Insulas latronum*, quod aliqui ex Insulanis, qui ante eum diem ferrum non viderant, pondo aliquot hujusce metalli surripuissent. Enim vero anno 1563. eas possidere cœperat pro Hispano Rege Michael Lopez Legaspi, sed nulla ibi domicilia posuerat, atque per hæc tempora vocabantur *Velorum* insulæ, nomine desumpto a plenis velis, quibus occurrebant indigenæ Hispanis advenientibus instructi commeatu. In has insulas ingressus est anno 1668. P. Didacus-Ludovicus de S. Victores Hispanus S. J. aliique religiosi viri. Tot vero incolas a superstitione ad catholicam fidem duxit P. Didacus, ut anno 1671. in Hispani clientelam eorum optimates se contulerint. Ab ingressu hujus Missionarii nominari cœperunt Insulæ Marianæ, in obsequium scilicet Marianæ Hispaniæ Reginæ. Jam receptis in fidem suam a Rege Catholico Marianis, fidelitatis juramentum 8.Sept. 1681. a decurionibus, cæterisque Guahanensis insulæ primoribus audivit regio nomine D.Antonius Saravia. Et hunc quidem fidei ritum reliqui paulo post præstiterunt; postquam P. San Victores Guahanum jam proprio irrigaverat sanguine apostolatui imposita martyrii corona.

1682.

Ludovisiana. *Long.* 275. *Lat. bor.* 35.

Dominus de la Sale secundo Missisipio in mare descendit, totumque eum tractum Regis sui possessionibus adjecit, appellatum *Luisiana*. Hanc provinciam, quæ deinceps seorsim a Nova Francia Præfectum habuit, claudit ad septentrionem Illinesium flumen qua in Missisipium influit.

Eodem anno duo Galli, Groseiliers, & Radison reperiunt flumina a *Borbone*, & a *S. Theresia*, quæ una tandem convolvunt se in certo recessu

su

Digitized by Google

ſu oræ occidentalis Hudſoniani ſinûs ſub 53. gr. lat. bor. Id vocant Angli Nelſonis portum, contendunt namque, ſed temere, Nelſonem Henrici Hudſonis navicularium eum ſitum recognoviſſe anno 1611., eundemque obnoxium Angliæ feciſſe prima ſui poſſeſſione.

1684.

Japonica navis Jeſſi regionem perluſtratum ab Imperatore expedita canalem qui inter Jeſſi continentem ac Mantmanskam ſeu Matſumaiam inſulam eſſe creditur, hoc anno ingreditur. Cumque obſervaſſet navarchus Japon ad boream ferri ſe fluentorum vi, cum hæc in mari oram Jeſſi occidentalem alluente non niſi ad meridiem decurrant, uti P. de Angelis animadvertit, cum hoc miſſionario confici credidit, mare hoc cum alio communionem habere. Navis alia item Japonica in eandem expeditionem deſtinata eſt, incertum vero quo anno, magnaque ab illius navarco viſa continente, illuc applicare contendit: & porro totam egit hiemem in certo illius portu. Redux denique narrabat, latiſſime inter ſeptentrionem & orientem eam regionem protendi; & conjecturæ datum, eſſe Americæ continentem.

-- Kamtſchatka. *Long.* 175. *Lat. bor.* 60. --

Poſt ultimas Ruſſorum inveſtigationes Jeſſi regionem eſſe credimus meridionalem Kamtſchatkæ plagam, atque eandem cum Siberia continentem. Eſt tamen qui Kamtſchatkam inter ſeptentrionem & orientem Jeſſi conſtituat: quod minime congruit cum iis quæ Ruſſi ponunt, incoli videlicet meridionalem hujus vaſtiſſimæ regionis partem a Kurilskiſiis origine Japonibus, Japoniæque Imperatori vectigalibus.

1696.

-- Inſulæ Palaorum. *Long.* 180. *Lat. bor.* 11. --

Decembris 28. certi barbari ignoti tempeſtate delati ſunt ad quandam *Picturatorum* inſulam *Samal* nomine Philippinis obnoxiam: duaſque ibi contribules fœminas invenerunt, quæ eodem actæ fuerant ſimili olim vi maris. Et quidem erat de novis advenis qui alias in Caraguenam inſulam Mindanao proximam pulſus fuerat in pari diſcrimine. Jam vero ab his intellectum eſt, eorum inſulas Palaos vocari, eſſeque omnino duas ſupra triginta, quarum reddidere nomina, magnitudinem, diſtantiam reciprocam. Sitæ vero ſunt ad Philippinarum orientem, ac boream inter & orientem Moluccarum. Habitum pro comperto ſub initium, ſed error in fine deprehenſus eſt, ex Palaorum inſulis eſſe quam certa navis hiſpana viderat anno 1686., quamque navarchus a Carolo II. *Carolinam*, alii a S. Barnaba, in cujus feſto conſpecta fuit, appellari voluerunt. Inſulanorum Palaorum idioma arabicam pronunciationem accentumque referens a Philippinico toto cælo diſcrepat, immo & a Marianarum ſermone, quibus viciniores ſunt. Semel iterumque, annis videlicet 1710. & 1711. Palaorum inveſtigatio tentata eſt, ſed fruſtra, nec tamen ſine Jeſuitarum ſanguine aut vita, quibuſdam in mari, aliis in ipſo ad memoratas inſulas appulſu occumbentibus.

1700.

Digitized by Google

1700.

-- Insulæ Novæ, sive de Anican. –

Maloinæ, seu Maclovianæ. *Long.* 321. *Lat. mer.* 52.

Novæ insulæ appellatæ sunt terræ, de quibus hoc anno primus acceptus est nuntius: eæque sitæ sunt ad 51. seu 52. gr. lat. mer., 50. aut 55. leucis a Maireo freto ab oriente quarta ad boream. Duo indicæ societatis navigia *Maurepasium* & *S. Ludovicus* annis 1707. & 1708. a Statuum insula profecta illarum regionum meridionalem plagam descripserunt. S. Ludovicus ab oriente constitit, aquatumque misit in lacu mari proximo. Aquam subrubram fœtidamque nautæ experti sunt mari commodam. Anno 1711. proximius eædem oræ lustratæ sunt a *S. Joanne Baptista* navi, navarco Doublet Gratiopolitano, qui cum perscrutari decrevisset amplum recessum quem medium viderat, in latentium sub aqua summa syrtium conspectum venit quo retrocedere coactus est. Has primus invenit insulas D. Fouquet Macloviopoliensis, easque ab Anicano celócis nomine qua vehebatur, vocavit. * Vocantur etiam Maclovianæ, Maloinæ, & Malvinæ ab inventoris loco natali.

Jam pars borealis 16. Julii 1708. Peré cuidam e Maclovio polî navem *Assumptionem* gubernanti nota erat & ab Assumptione nominata. Bis eam attenta consideratione percurrit, arbitratusque est ad 50. leucas per varios littoris anfractus totam illam distendi. Hæc fortassis est regio, in quam anno 1593. venit Riccardus Haukins, cum ad orientem oræ *Desertæ*, quæ *Patagonum* etiam dicitur circa gradum 50. lat. austr. ventis ad ignotam terram actus est, ad cujus oram 60. leucas navigavit.

– Sebaldinæ. *Long.* 320. *Lat. mer.* 50. –

Haud sane defuerunt, qui easdem hasce terras esse crediderint atque tres insulæ Sebaldi Wert: quæ cum ignotæ sint, temere describi dicuntur. Verum *Incarnatio* navis eas anno 1711. sereno cælo exploravit. Insulæ Sebaldi exiguæ sunt vix ultra leucæ dimidium in singulas extensæ, eoque situ ut triangulum efforment. Porro navis hæc cum a trium leucarum intervallo eas conspexisset, terram præterea serena omnino tempestate vidit nullam: quod profecto argumento est, a novis insulis disjunctas esse septem saltem aut octo leucas. Ad Sebaldi insulas anchoras demiserat jam anno 1701. D. Beauchene, nec tunc quidem ullus ei de novis insulis inoleverat rumor: quarum occidentalis plaga vel in præsentia ignota est.

1701.

-- California. *Long.* 240. *Lat. bor.* 35. --

P. Eusebius Franciscus Kino Germanus S. J. e missionibus Cinaloensi & Sonorensi profectus anno 1698. ad Novum Mexicum, viam prope mare tenuit ad septentrionem ad montem usque S. Claræ. Hic vero cum animadvertisset ab oriente ad occidentem oram incurvari, novo consilio mediterraneum iter occæpit ad occasum inter & boream. Hac flumen *cæruleum* offendit anno 1699., quod receptis Hilæ aquis in *Coloratum* defluit. Hoc trajecto in Californiam ingressus est, ibique intellexit ad triginta leucas

Digitized by Google

Coloratum flumen in sinum se recipere quo Californiæ ora occidentalis alluitur; eam vero a novo Mexico solo eo flumine disterminari.

Eodem anno D. le Moine Ibervillæus nobilis Canadensis, classiarius ductor, ostium Missisipii, quod D. de la Salle anno 1684. reperire non potuit, invenit tandem.

* 1715.

-- Colonia SS. Sacramenti. *Long.* 315. *Lat. mer.* 35. --

Redit hoc anno ad Lusitanum Colonia a SS. Sacramento, uti quidem VI. art. Ultrajectensis pacis conventum erat. Lusitaniæ Interregis Principis Petri mandatis ad septentrionalem fluminis ab Argento ripam contra insulam a S. Gabriele deducta erat per Emmanuelem Lobo Januariensem Gubernatorem ineunte anno 1680. Post denuntiationes incassum iteratas a Josepho Garro Bonaërensi Prætore captus est Lobo cum suo milite 6. Augusti, & per quorundam internecionem Colonia expugnata. Questus de hujusmodi vi Interrex a Catholico Rege per conventionem habitam Ulyssipone 7. Maii 1681. obtinet, ut damnis ab obsidione reparatis Colonia restituatur, interea de jure ac de proprietate loci per arbitros sententia feratur, iisque non convenientibus summus Pontifex intra annum litem dirimat. Equidem conventus habitus est anno 1682. restituta prius Colonia, in Pace Julia, vulgo *Badajoz*; at quæstio ibi indecisa nihilo secius Romæ decisa est. Succedente bello anno 1705. rursus occupatur ab Hispanis: & huc res erat deducta cum Ultrajecti pactum hoc anno fit de restituenda Colonia cum suo territorio. Territorii nomine intellexit Bonaërensis Gubernator spatium quod globus per bellicum tormentum explosus circumquaque describeret. Lusitani contra amplius id porrigi cum vellent, ad radices Montis Videi sedem figunt, dum tamen sciunt ex guaranitis missionibus Indos ad quatuor mille descendere, loco cedunt. In derelicto loco duo Indorum millia remanent, per quos arx ædificata est, quæ deinceps accepit incrementum. Quo cum Canarienses familiæ aliquot deductæ fuissent S. Philippi urbs a Montevideo dicta fundatur. *

1716.

Thibetum. *Long.* 110. *Lat. bor.* 40.

Secundum ingreditur Thibetum P. Hippolytus Desiderii Florentinus S. J. Ladaco, sede Regis Magni Thibeti anno 1624. inventi 17. Aug. 1715. profectus, Lassam secundi Thibeti urbem principem 18. Martii 1716. pervenit. Re quidem vera unum duntaxat Thibetum extat, quod vocant etiam *Toubet*, *Tangout*, *Barantola*, & *Bouton*. Cum Thibetum ingressus est P. Andrada anno 1624. unius opulenti regis imperio cuncta parebant, isque credebatur aut sanguis, aut certe successor celeberrimi Præstitis Joannis. Potestatem dein fere supremam obtinuit in Thibetum Magnus Lama, qui Lassæ seu Lasæ residebat. Quam urbem sacram habent indigenæ a magno fano seu pagodo, quem undique visum conveniunt religionis causa. In præsentia Sinarum Imperatori subest Thibetum, idque quandoque vocant *Eluthsiorum* Regnum.

* 1717.

Digitized by Google

* 1717.

Aurelia Nova. *Long.* 280. *Lat. bor.* 30.

D. Bienvillæus sub D. de l'Epinai Luisianæ præfectus novæ Aureliæ fundamenta locat. Futurum haud diu post totius provinciæ caput nomen habuit a Duce Aurelianensi Galliæ eo tempore Interregis. *

1718.

Levvisci insulæ inventio videtur esse commentitia. Fertur, fracta oneraria quæ Rupellâ Quebecum solverat, quaque D. Perrin, ejusque fortunæ socii vehebantur, quidam Joannes Baptista Loisel Rhedonensis cum salvus enatasset, in ignota insula humaniter acceptus fuisse ab insulanis, eademque humanitate fuisse habitus ad supremum diem qui ei contigit anno 1732. Ferunt præterea, Anglicam navem, quæ vertente Augusto 1733. ad Novam Georgiam proficiscebatur, tempestate actam in eandem ignotam insulam confugisse, navarchumque Levvis ductum in certam casam ubi insculptos cultello errores Loiselis legit, monstrataque ipsi est naufragi vestis & reliqua supellex. De insulæ situ nihil memoria proditum est. Testatum duntaxat in inscriptione reliquit Loisel ad viginti leucas ut ipse quidem existimabat, protendi, fore etiam ut fodinæ invenirentur, feracem ac pinguem esse agrum, in eoque varias ac pretiosas procreari plantas. Vera tandem seu commentitia insula sit, a *Levvis* nomen accepit.

1720.

Carolinæ. *Long.* 150. *Lat. bor.* 8.

Ignoti barbari a Sarreslopio ad Uleenam profecti portu potiti sunt in Guahano, disparatis navibus, duabus quippe vehebantur, nec uno in loco, aut eodem die; prima enim applicuit 19., secunda 21. Junii. Repetitis quæstionibus elicitum est, multis eorum regionem constare insulis, in quibus sunt Serreslops, & Ulée. Agnita etiam inter eas quæ Carolina atque a S. Barnaba anno 1686. vocata fuerat. Totum hoc archipelagus in quinque provincias partitum descripsit P. Cantova S. J. Hispanus, (* Hispanus, an Allobrox? *) ut habes in *Litteris ædif. & curiof.* T. 15. Ibi hasce omnes insulas collocat inter gr. 6. & 10. lat. bor., ita ut per 30. gradus longitudinis extendantur ad orientem promontorii *de Spiritu Sancto* nominati. Inter Insulanos degunt Æthiopes bene multi, illuc uti videtur ex nova Guinea profecti. Sunt alii coloris albi, alii mixti. Fama est, colore albos ortum ducere ab Hispanis, qui dum ex Nova Hispania anno 1566. navigarent in Philippinas, in quandam ex his insulis ejecti sunt, quod in Præfectum conjurassent. Equidem anno 1722. adornabatur in Marianis certior harum insularum, quas dixerunt Carolinas, investigatio; sed ignoratur quem processum habuerit apparatus. Id denique dicitur, argentum scilicet effodi in certa insula ex iisdem, & quidem non in uno duntaxat loco.

1732.

-- Nova Georgia. *Long.* 292. *Lat. bor.* 32. --

D. Oglethorge Novam Georgiam Regis Angliæ nomine Carolinam inter & Floridam Hispanam hoc anno condit. Tractus hic totus erat Floridæ Gallicæ: nempe protensæ ad septentrionem ad *Carlostoum* usque in Caro-

Digitized by Google

lina. Duobus fluminibus nova Colonia circumscribitur, *Sabanah* nimirum boreali, ac meridionali *Alatamaha*. Oram habet inter 31. gr. cum dimidio & 32. ac 45. min. lat., sexaginta summum septuaginta anglicana milliaria protensam. In meditullio magis ac magis ampliatur.

* 1737.

-- Flumen-grande. *Long.* 325. *Lat. mer.* 31. --

Coloniam a SS. Sacramento circumsidente Bonaërensi Gubernatore Michaele Salcedo, venit obsessis commeatus auxiliumque a Januario Flumine: quod cum post bellum accessisset, solutum enim erat obsidium, novo populo condendo non longe ab ostio Fluminis Magni *a S. Petro* in hujus meridionali ripa positum est. *Flumen* dicitur *Grande* ex communi propria denominatione, & a Lusitanis dici solet *Paraiba*, ad cujus ripas alia deinde præsidia ædificarunt, a S. Gonzalo, S. Amaro, a Jesu-Maria *del Rio Pardo*, & ad flumen Jacuîm. Per oram maritimam qua flumen ab Argento respicit duo alia excitarunt a S. Michaele & a S. Theresia nuncupata: quod postremum & *Angostura*, & *Chuî* nomen habet. *

1738. -- 39.

-- Australes Terræ. --

Julio 1738. vertente duo Societatis Indicæ navigia gallica *Terras Australes* speculatum, præfecto D. Boubet, ab Orientis portu solverunt: atque 1. Jan. 1739. conspicantur sub 54. gr. lat. merid. & sub 27. aut 28. long. altissime se erigentem terram nive tectam ac nebula, quam vocarunt Promontorium a Consolatione. Gelu, densaque caligine delineari e propinquo non potuit, nec definiri num insula, an continens habenda esset. Id unum observatum est ab oriente septentrionem versus decem aut octo leucas extendi.

1739.

Sub anni 1740. initium Petropoli nuntiatum est quinque supra triginta insulas variæ magnitudinis ostendisse se naviculatori Spanbergio ad borealem Japoniæ plagam; ad quarum conspectum commodum venerat cum ei procedunt obviam sex insulanorum lembi, ut nempe quis esset advena discerent. Exceptus est perhumaniter in ea in quam tandem excessionem fecit insula. De indigenis id ephemeride tradit, esse eos videlicet Japonibus simillimos, sibique ab iisdem magnum æris aurique pondus esse monstratum. Diciturque certa eorum numismata Czarinæ misisse. Quo vero gradu hæ insulæ sitæ sint, nondum est vulgatum.

1742.

* Academicis speculationibus institutis anno 1736. hoc anno finis impositus est in Quito. Destinati fuerant qui eas facerent e Laponia DD. Cleireaut, Camus, le Monnier, & Maupertuis, quibus additi sunt socii DD. Outhier, & Celsius Astronomiæ professor Upsalæ. Ab æquatore contra qui specularentur designati sunt DD. Godin, Bouger, ac la Condamine, quibus accesserunt Hispani Georgius Juan, & Antonius Ulloa. Id vero tandem de figura orbis confectum est, æquatoris scilicet diametrum ducentesimam partem esse axe majorem. D. Georgius Juan ait excedere castellanis ulnis 63518 $\frac{1}{2}$. Quæ super hæc explorata sunt, incidi curarunt

explo-

Digitized by Google

exploratores in marmoris crusta affixa hoc anno 1742. parieti templi, quod sacris Jesuitarum usibus deserviebat olim in Quito.

1745.

Sparso per capellanum Almiralii Ansonis in vulgus, mare Pacificum Magallanico colligatum esse duorum fluminum quæ ab eodem lacu in diversa distrahebantur aquis, actum est pro Hispania de stabilienda colonia in S. Juliani sinu, in quem flumen alterum defluere fingebatur. Eo consilio adornata est celox ductore D. Joachimo Olivares, nonnullis militibus, ac tribus Jesuitis Paraguariis, qui profecti Bonis-Auris 5. Decem. 1745. magallanicam totam perlustrarunt oram, accuratiusque S. Juliani sinum. Quo ut pervenerunt pro explorato habent vanissimum fuisse commentum de maris utriusque communione vulgatum: nec nisi salsugineas aquas, utcunque tamen aptas potui, invenerunt, nec prorsus alia statuendæ sedi necessaria. Ex Indis quibus christianis sacris imbuendis excolendisque duo de tribus Jesuitæ venerant, ne unus quidem vel penitus quærentibus visus est. Quo factum est, ut tota re cum naviculariis hinc inde librata reditus omnium sententia decerneretur, nec de constituenda colonia cogitandum donec aliunde apparatus ad id necessarius apportaretur.

1746.

-- Cuiaba. *Long.* 322. *Lat. mer.* 14. --

Januariensis Episcopatus dispertitus est 6. Dec. in quinque omnino partes, conditis denuo S. Pauli, & Marianæ Episcopatibus, unaque ecclesiasticis præfecturis de Goyasses seu Fodinarum Generalium, & Cuiabaæ, cui appendices accesserunt partitionem secutæ acquisitiones Montis pinguis, vulgo *Matogroso*, & Propugnaculum S. Rosæ, vulgo *la Estacada*.

1762.

-- Maldonatum. *Long.* 321. *Lat. mer.* 35. --

Colonia Sacramenti 31. Octobris Bonaërensi Gubernatori D. Petro Cevallos dedidit sese; atque dissipata classe anglo-lusitana ob incensæ prætoriæ casum expugnat insequenti anno præsidia lusitanorum S. Theresiæ, & S. Michaelis cum Flumine-Magno. Dum vero propugnaculis conterminis oppugnandis se comparat, certum pacis accipit nuntium, quo ab ejusmodi præliis cessatum est. Sub reditum dat operam ut erigatur oppidum S. Caroli tres leucas a sinu Maldonato non longe ab ostio fluminis ab Argento: sinum autem novis aggeribus communivit. Novæ pacis conditionibus restituta est Colonia Lusitano, quemadmodum in America boreali Habana redditur Hispano atque in Philippinis Manila. Anglo denique cessit Florida Hispana, & Nova Francia.

1767.

P. Josephus Sanchez Labrador Hispanus S. J. Mbayarum ad septentrionem Paraquariæ missionarius viam tandem ad Chiquitorum missiones patefacit. Tentatum fuit olim iter hujusmodi per Paraquariæ boream anno videlicet 1715.; at cæsis per barbaros PP. Augustino de Arce, & Bartholomæo Blende, & neophitorum comitatu dissipato eo magis obstructum est. Anno dein 1763. eodem consilio, ut nempe facilior redderetur transitus a Chiquitis recta ad Paraguaim, profectus est P. Antonius Guasp,

qui

Digitized by Google

qui oppidum a *Jesu Corde* curabat, pagum quam posset proxime Paraguaim positurus, trucidatus tamen est a Guaicuruis septem cum neophitis. Anno denique 1766. frustra tentatis aliis, compactus est 50. leucis ad Bethleem Mbajarum missionis boream pagus a S. Joanne Nepomuceno, Indorum Chanarum missio. Ex colloquio cum his habito expetita via nota, aperta constrata est.

Eodem tempore P. Josephus Jolis Hispanus ejusdem provinciæ socius quatuor mensium itinere a Chiriguanais ad Tobas viam aperit ab hominum memoria interclusam.

1768. -- 1771.

In Sonora & Cinalóa Novæ Hispaniæ provinciis subjugantur barbari Serisi, Piati, Sihupapæ, Papagi, Nizoræ, Zopasi sponte se dedunt: soli Apaches indomiti perstant.

1769.

Septembris 27. D. Alexander Orel in ditionem recipit Regis Catholici cum Nova Aurelia Luisianam, cujus est caput.

1770.

E Portu Limano solvunt naves duæ 10. Sept., & 10. Octobris conspicantur sub gr. 27. 26. m. lat. austr., ac sub 257. 1. m. long. a meridiano Tenerifæ insulam David. In ditionem Regis Catholici erecta Cruce accipitur a *S. Carolo* dicta.

Eodem anno nova sub eodem nomine instituitur missio in California, non longe a Monte-regio. Ex observatis a Vincentio Doz ibidem conficitur, oppidi S. Josephi a S. Lucæ promontorio 8. leucis distantis latitudinem borealem esse grad. 23. min. 5. sec. 15.; long. a meridiano Parisiensi, horar. 7. 28. m.

1771.

DD. Solandri & Banchsii reditus in suam Angliam orbe circundato, inventa Othaitea insula in Terris Australibus. Affirmare dicuntur N. Zelandiam esse insulam, non continentem: & N. Hollandiam ab australi continente disjunctam, insulam esse quidem, sed totâ Europâ majorem.

Exactis Anglis Falklandiam occupant Hispani 10. Jun. 1770. Rex Catholicus causatus Bonaërensis Gubernatoris factum restitui jubet, illæso tamen Hispaniæ jure: qua cautione cessio a Principe Masseranio pro Rege Catholico subscribitur Londini 22. Januar. 1771. *.

ORDI-

Digitized by Google

exploratores in marmoris crusta affixa hoc anno 1742. parieti templi, quod sacris Jesuitarum usibus deserviebat olim in Quito.

1745.

Sparso per capellanum Almiralii Ansonis in vulgus, mare Pacificum Magallanico colligatum esse duorum fluminum quæ ab eodem lacu in diversa distrahebantur aquis, actum est pro Hispania de stabilienda colonia in S. Juliani sinu, in quem flumen alterum defluere fingebatur. Eo consilio adornata est celox ductore D. Joachimo Olivares, nonnullis militibus, ac tribus Jesuitis Paraguariis, qui profecti Bonis-Auris 5. Decem. 1745. magallanicam totam perlustrarunt oram, accuratiusque S. Juliani sinum. Quo ut pervenerunt pro explorato habent vanissimum fuisse commentum de maris utriusque communione vulgatum: nec nisi salsugineas aquas, utcunque tamen aptas potui, invenerunt, nec prorsus alia statuendæ sedi necessaria. Ex Indis quibus christianis sacris imbuendis excolendisque duo de tribus Jesuitæ venerant, ne unus quidem vel penitus quærentibus visus est. Quo factum est, ut tota re cum navicülariis hinc inde librata reditus omnium sententia decerneretur, nec de constituenda colonia cogitandum donec aliunde apparatus ad id necessarius apportaretur.

1746.

-- Cuiaba. *Long.* 322. *Lat. mer.* 14. --

Januariensis Episcopatus dispertitus est 6. Dec. in quinque omnino partes, conditis denuo S. Pauli, & Marianæ Episcopatibus, unaque ecclesiasticis præfecturis de Goyasses seu Fodinarum Generalium, & Cuiabaæ, cui appendices accesserunt partitionem secutæ acquisitiones Montis pinguis, vulgo *Matogroso*, & Propugnaculum S. Rosæ, vulgo *la Estacada*.

1762.

-- Maldonatum. *Long.* 321. *Lat. mer.* 35. --

Colonia Sacramenti 31. Octobris Bonaërensi Gubernatori D. Petro Cevallos dedidit sese; atque dissipata classe anglo-lusitana ob incensæ prætoriæ casum expugnat insequenti anno præsidia lusitanorum S. Theresiæ, & S. Michaelis cum Flumine-Magno. Dum vero propugnaculis conterminis oppugnandis se comparat, certum pacis accipit nuntium, quo ab ejusmodi præliis cessatum est. Sub reditum dat operam ut erigatur oppidum S. Caroli tres leucas a sinu Maldonato non longe ab ostio fluminis ab Argento: sinum autem novis aggeribus communivit. Novæ pacis conditionibus restituta est Colonia Lusitano, quemadmodum in America boreali Habana redditur Hispano atque in Philippinis Manila. Anglo denique cessit Florida Hispana, & Nova Francia.

1767.

P. Josephus Sanchez Labrador Hispanus S. J. Mbayarum ad septentrionem Paraquariæ missionarius viam tandem ad Chiquitorum missiones patefacit. Tentatum fuit olim iter hujusmodi per Paraquariæ boream anno videlicet 1715.; at cæsis per barbaros PP. Augustino de Arce, & Bartholomæo Blende, & neöphitorum comitatu dissipato eo magis obstructum est. Anno dein 1763. eodem consilio, ut nempe facilior redderetur transitus a Chiquitis recta ad Paraguaim, profectus est P. Antonius Guasp,

qui

Digitized by Google

75. *Sedes Episcopalis Paraguaria.*
76. *Popayanensis.*
77. *In Guadalaxara.*
78. *Societati J. concessa.*
79. *De S. Anæ Limensis jubilæo.*
80. *Sancti Ignatii delegatio.*
81. *Jubilæi Compostellani communicatio.*
82. *Sedes Episcopalis Platensis.*
83. *Præpositus G. S. J. gratias communicabat.*
84. *Facultates Poggianæ.*
85. *Confirmat privilegia Paulus IV.*
86. *Nova concessorum confirmatio.*
87. *Cuzquenses Indi non decimant.*
88. *Libera quoad Indos sacramentorum administratio.*
89. *Indorum matrimoniorum nullitas.*
90. *Sedes Archiepiscopalis Goana.*
91. *Provinciales Ord. Præd. irregularitate dispensant.*
92. *De religiosis numatis.*
93. *De Annatis.*
94. *Sedes Episcopalis Emeritensis.*
95. *Sebastiano Regi concessa.*
96. *Sedes Episcopalis in Chile.*
97. *In Vera-pace.*
98. *In Sancta-fide.*
99. *De consecrandis episcopis.*
100. *Indulgentia ante confessionem.*
101. *De reformandis erectionibus.*
102. *De Indis tempore interdicti.*
103. *Indi quoad velationes.*
104. *De chrismatis balsamo.*
105. *Numerus ministrorum in consecrandis oleis.*
106. *Indulgentia in conversione infidelium.*
107. *Dispensatio ad matrimonia neöphitorum.*
108. *Sedes Sancta fid. fit archiepiscopalis.*
109. *Dispensatio cum illegitimis.*
110. *Dispensatio in gradu simplice, & duplice.*
111. *Religiosorum munus parochiale.*
112. *Dispensatio in gradibus prohibitis.*
113. *Indorum defensio.*
114. *Neöphiti commendantur Proregi.*
115. *Benigna tractatio ethnicorum.*
116. *Neöphiti ad honores assumendi.*
117. *Domus catechumenorum.*
118. *Monasteriorum translatio.*
119. *Indulgentia pro domibus Soc. J.*
120. *Dispensatio ad neöphitorum matrimonia.*
121. *S. Pii V. admonitiones.*
122. *De religiosorum paupertate.*
123. *Commercium cum infidelibus.*
124. *Exhortatio ad pugnam.*
125. *Dispensatio cum incestuosis.*
126. *Sedes Episcopalis Meliapur.*
127. *Sedes Episcop. Tucuman.*
128. *Concilia quando celebranda.*
129. *Officium S. Inquisitionis.*
130. *Indulgentiæ pro domibus Ord. Præd.*
131. *Universitas Limana.*
132. *De conversis poligamis.*
133. *De confectione chrismatis.*
134. *Dispensatio in irregularitate.*
135. *De eodem.*
136. *De Indiarum Patriarcha.*
137. *Administratio Ecclesiæ Goanæ.*
138. *Synodus quando celebranda.*
139. *De Breviario & Missali pro Indiis.*
140. *Januariensis prælatura.*
141. *Religiosi medicinæ periti.*
142. *Contractuum celebratio delegatur.*
143. *Dispensatio ad matrimonia Indorum.*
144. *Commercium cum Afris.*
145. *Sedes Episcopalis Arequipæ.*
146. *Societ. privilegium quoad ordines.*
147. *Absolutio a reservatis in Bulla Cœnæ.*
148. *Missa ante auroram.*
149. *De ordinis desertoribus.*
150. *Lites terminantur in Indiis.*
151. *Iter maturandum Ind. Episcopis.*
152. *Bulla Cruciatæ biennalis.*

153. *Dis-*

Digitized by Google

153. *Dispensatio cum illegitimis.*
154. *Gratiarum communio.*
155. *Indulgentiæ pro Ecclesiis Brasiliæ.*
156. *Quid importet nomen* India.
157. *Missionarii qui censeantur.*
158. *Matutinum ante cœnam.*
159. *Conservatores qui esse possint.*
160. *Transitus ad Carthusiam.*
161. *Compositio de male acquisitis.*
162. *Dispensatio ad matrimonia.*
163. *Dispensatio super voto castitatis.*
164. *Concilia quando celebranda.*
165. *Absolutio a reservatis.*
166. *A crimine hæresis.*
167. *De conjugio infidelium.*
168. *De Sacramento Confirmationis.*
169. *De transeundo in Japoniam.*
170. *Limina Apostolorum visitanda.*
171. *Responsio ad dubia S. Turibii.*
172. *Hospitale S. Hippolyti.*
173. *Possessa per decennium.*
174. *Commissarius Ord. S. Francisci.*
175. *Indulgentiæ pro missionariis.*
176. *Pro ecclesiis Philippinarum.*
177. *Regulares quoad munus parochiale.*
178. *Synodi Limanæ approbatio.*
179. *Approbatio Mexicanæ.*
180. *De Synodis S. Turibii.*
181. *Regulares extra claustra.*
182. *De eodem.*
183. *Piani Brevis confirmatio.*
184. *Facultates vicennales.*
185. *Piani Brevis nova confirmatio.*
186. *Regulares extra claustra.*
187. *Ecclesia Manilensis.*
188. *Universitas Mexicana.*
189. *Hospitalis S. Hippolyti privilegia.*
190. *Synodus diœcesana biennalis.*
191. *Indulgentiæ pro neöphitis paucio-res.*
192. *Ministri ab Ordinario approbandi.*
193. *De conferendo diaconatu.*
194. *De conversione Malabarium.*
195. *Ecclesia Cranganor.*
196. *Magistratus in Ordine S. Fran-cisci.*
197. *Regulares extra claustra.*
198. *Transitus liber in Japoniam.*
199. *Ecclesia* de la Vega.
200. *Servitus Indorum probibita.*
201. *Causæ limanæ.*
202. *Confraternitates N. Jesu.*
203. *Carmelitarum defensio.*
204. *Contributio pro seminario.*
205. *Sepultura apud Franciscanos.*
206. *Privilegia Carmelitarum.*
207. *Mercatura regularibus interdicta.*
208. *De celebrando in mari.*
209. *Ecclesia Sanctæ Crucis.*
210. *Ecclesiæ Veræpacis unio.*
211. *Archiepiscopatus Cranganor.*
212. *Sepultura apud Augustinianos.*
213. *Negotiatio probibita.*
214. *Missionarii Carmelitani.*
215. *Transitus in Japoniam.*
216. *Sepultura apud Franciscanos.*
217. *Judex metropolitanus Chilensis.*
218. *Gradus literarii.*
219. *Indulgentiæ sine confessione.*
220. *Missi ab itinere non divertant.*
221. *Ecclesia Platensis. Et Hora Ma-tutini.*
222. *Facultates vicennales. Et Pro-cessiones.*
223. *Concilia provincialia.*
224. *Episcopi in Hispania assumpti.*
225. *Episcoporum consecratio.*
226. *Conventuum suppressio.*
227. *Missa post mediam noctem.*
228. *Dispensatio ad matrimonia.*
229. *Prælatura de Pernambuco. Præ-cedentia.*
230. *De celebrando tecto capite.*
231. *Redditus episcopi translati.*
232. *Ecclesiæ Japonensis administratio.*
233. *Professio monialium Cordubensium.*
234. *De eligendis adjunctis.*
235. *Visitandæ confraternitates.*
236. *Confraternitatum erectio.*
237. *De potione guaxacana, v.* Cho-colate.
238. *De cultu S. Xaverii.*

Digitized by Google

239. *Ecclesia* de Durango.
240. *De ordinatione regularium.*
241. *De gradibus literariis.*
242. *Ornamentorum benedictio.*
243. *Ritus Madurenses.*
244. *Alternativa officiorum.*
245. *Vicarii Generalis revocatio.*
246. *De sepultura apud regulares.*
247. *Matrimonia Japonensia.*
248. *Franciscanorum Ordines.*
249. *De redditibus menstruis.*
250. *De ejiciendis incorrigibilibus.*
251. *Dubia D. Joannis de Cevicos.*
252. *De Vicario removendo.*
253. *Approbatio doctrinariorum.*
254. *Statuta quædam Ord. S. Francisci.*
255. *Concilium Mexicanum quoad Manilam.*
256. *Limina Apostolorum visitanda.*
257. *De Conservatore Regularium.*
258. *Missa sine ministro.*
259. *De impedimento disparis cultus.*
260. *Matrimonii infidelium dissolutio.*
261. *Bulla* de la mesada.
262. *Gradus literarii.*
263. *Jurisdictio in regulares.*
264. *Approbatio doctrinariorum.*
265. *Suppressio unius præbendæ.*
266. *Martyres Japonenses.*
267. *De eodem.*
268. *Doctor Juris Canonici.*
269. *De alternativa.*
270. *Martyres Japonenses.*
271. *De suffragiis in Capitulo.*
272. *Ornamentorum benedictio.*
273. *De Bulla Pii V.*
274. *Capitulum sede vacante.*
275. *Aug. Discalceatorum gubernium.*
276. *Facultates vicennales.*
277. *Prorogatio facultatum.*
278. *De matrimoniis infidelium.*
279. *Martyres Japonenses.*
280. *Ornamentorum benedictio.*
281. *Regulares ad funus vocati.*
282. *Processio per parochiam.*
283. *Ordinarius loci. — Notoriè delinquens. — Missa in mari.*
284. *Japonenses missionarii.*
285. *Augustiniani quoad ordines.*
286. *Indulgentiæ sine communione.*
287. *De communione paschali.*
288. *Gradus literarii.*
289. *Dispensatio in voto castitatis.*
290. *Ornamentorum benedictio.*
291. *Regulares extra claustra.*
292. *De Jubilatis.*
293. *Sepultura apud regulares.*
294. *Confessio annua.*
295. *Servitus Indorum.*
296. *Ordo in capitulo.*
297. *Confraternitas Goana.*
298. *Conservatores.*
299. *Consecratio Episcopi Paraguai.*
300. *Capitulum Gen. Ord. Minorum.*
301. *De eodem.*
302. *De Patre Provinciæ.*
303. *De præcedentia.*
304. *Matutinum.*
305. *Matrimonia Guaranica.*
306. *De jure positivo prædicando.*
307. *Ritus Sinenses.*
308. *Gradus Manilenses.*
309. *Missionariorum mutatio.*
310. *Sepultura apud regulares.*
311. *Donationis approbatio.*
312. *Causa Angelopolitana.*
313. *Facultates vicennales.*
314. *Concordia Fratrum.*
315. *Declarationes S. Congr.*
316. *Ritus Sinenses.*
317. *Bina in die celebratio.*
318. *Episcopi Paraguai consecratio.*
319. *De eodem.*
320. *Abusus Goani.*
321. *Statuta Capituli Ord. Minor.*
322. *Sinæ idiotæ.*
323. *Monasterium Chilense.*
324. *Ex-Jesuitæ.*
325. *Quæsita quædam.*
326. *De initiandis in Ord. Præd.*
327. *Quæsita dilata.*

Digitized by Google

328. De Provincialibus Ord. Præd.
329. De præsentatura.
330. De Alternativa.
331. Parochi Dominicani.
332. De Sinis idiotis.
333. Privilegiorum ampliatio.
334. Missionarii Congenses.
335. Fragmenta post missam.
336. Decretum Card. Palloti.
337. De Bethleemitissis.
338. De B. Rosa.
339. Rosarii confratres.
340. De B. Rosa.
341. De eadem.
342. Negotiatio interdicta.
343. De Vicariis Apostolicis.
344. De parochis orientalibus.
345. De Vicariis Apostolicis.
346. De eodem.
347. Ritus Sinenses.
348. De B. Rosa.
349. Facultates vicennales.
350. Jura Coronæ Portugalliæ vindicantur. Sedes Episcopalis Quebekensis.
351. De B. Rosa.
352. De missa in altari in quo expositum est Ven. Sacramentum.
353. Sepultura apud regulares.
354. Controversiæ supprimuntur.
355. Scripta de Missionibus.
356. Informationes de statu libero.
357. Brevium trias.
358. De Synodo Tunkinensi.
359. De Vicariis Apostolicis.
360. De eodem.
361. De eodem.
362. Liberum iter ad orientem.
363. Ordines sine titulo.
364. Observanda decreta S. Congr.
365. De Vicariis Apostolicis.
366. De eodem.
367. De eodem.
368. De Bethleemitis. -- De ignorantiæ invincibilis prætextu.
369. De B. Francisco Solano.
370. Processus de non-cultu.
371. Dismembratio Custodiæ.
372. De Alternativa.
373. De eodem.
374. Ecclesia S. Salvatoris.
375. Ecclesia de Pernambuco.
376. Ecclesia Januariensis.
377. De Alternativa.
378. De eodem.
379. Ecclesia S. Ludovici.
380. Ritus Sinici.
381. Privilegia Ex-provincialium.
382. Alternativa.
383. Electio Provincialis.
384. De S. Josepho.
385. Juramentum præstandum a missionariis.
386. Emptio cellæ.
387. Decreta pro pace.
388. De S. Josepho.
389. Administratio Sedis vacantis ubi non est Capitulum.
390. Officium de S. Xaverio.
391. Electio superiorum.
392. De S. Josepho.
393. Instantia cujusdam missionarii.
394. Gradus Quitenses.
395. Gradus Manilenses.
396. P. Verbiest commendatio.
397. De Indis quoad ordines.
398. De Seminario missionariorum.
399. De Commissariis.
400. De sclavorum mercatu.
401. De Commissariis Franciscanis.
402. De Alternativa.
403. Nullitas professionis.
404. Monitorium:
405. Gradus Chilenses.
406. De præcedentia.
407. Privilegia universitatum.
408. Seminaria.
409. Salutatio concionantis.
410. Seminaria.
411. Bethleemitæ.
412. Visitator Mercedarius.
413. Universitas Guatemalæ.

Digitized by Google

414. *Numerus magistrorum.*
415. *Fratres associandi.*
416. *Dotatio approbata.*
417. *S. Lodovicus Beltran.*
418. *Facultates vicennales.*
419. *Ecclesia de Nankin.*
420. *Ecclesia de Pekin.*
421. *Numerus magistrorum.*
422. *Collegium S. Ferdinandi.*
423. *Collegium Cuzquense.*
424. *Gradus literarii.*
425. *Numerus magistrorum.*
426. *Gradus literarii.*
427. *Ejiciendi incorrigibiles.*
428. *Gradus literarii.*
429. *Provinciæ Sinarum.*
430. *De Vicariis Apostolicis.*
431. *Jurisditio in Tunkinum.*
432. *Privilegia revocantur.*
433. *De Vicariis Apostolicis.*
434. *Lusitania sub nomine Hispaniæ.*
435. *Seminaria Angelopolitana.*
436. *Probationes de statu libero.*
437. *Quarterones & Puchueles.*
438. *Hospitium pro Americanis.*
439. *Sedis Tucuman. translatio.*
440. *Subsidium contra Scotos.*
441. *De consanguineis.*
442. *Unus definitor.*
433. *Patrocinium S. Joseph.*
444. *De præcedentia.*
445. *Ordo S. Hippolyti.*
446. *Vicarius sede vacante.*
447. *Dispensatio in radice.*
448. *Procuratores Augustiniani.*
449. *Dubia quædam.*
450. *Dispensatio ad matrimonium.*
451. *Congregatio S. Hippolyti.*
452. *De eodem.*
453. *Bethleemitæ.*
454. *Patriarcha Antiochenus.*
455. *Præcedentia.*
456. *Episcopi de Quebek dubium.*
457. *Indulgentiæ pro defunctis.*
458. *Missionarii Æthiopiæ.*
459. *Vice-Provinciales Augustiniani.*
460. *Ritus sinici.*
461. *Sedes vacans in Philippinis.*
462. *Regulares curati.*
463. *De filiis infidelium baptizandis.*
464. *Missa votiva de B. V.*
465. *Manuale.*
466. *De jure præcedendi.*
467. *De illegitimis.*
468. *Causa Carthaginensis.*
469. *V. Provinciales Augustinani.*
470. *Visitatores Apostolici.*
471. *De pallio Archiepiscopi.*
472. *Bethleemitarum privilegia.*
473. *Alternativa revocata.*
474. *Facultates vicennales.*
475. *Bethleemitarum ordo.*
476. *Numerus magistrorum.*
477. *Ritus Sinici.*
478. *Decretum Card. Tournon.*
479. *Visitatores Apostolici.*
480. *Bethleemitæ.*
481. *Conventus parvi.*
482. *Confraternitates Sinarum.*
483. *Conventus parvi.*
484. *Ritus Sinarum.*
485. *Alternativa revocatur.*
486. *Capitulum Bethleemitarum.*
487. *Officium S. Josephi.*
488. *Indulgentia pro Indis.*
489. *Sepulti apud regulares.*
490. *Visitator Minorum.*
491. *De eodem.*
492. *Privilegia revocata.*
493. *Transitus ad Carthusiam.*
494. *Ecclesia* de Belen.
495. *Carmelitæ Brasilienses.*
496. *Numerus magistrorum.*
497. *Festum S. Antonii.*
498. *Numerus Magistrorum.*
499. *Ordo S. Hippolyti.*
500. *Universitas* de Caracas.
501. *Carmelitæ Brasilienses.*
502. *Visitator Franciscanus.*
503. *Facultates Episcoporum.*
504. *Facultates non suspensæ.*

505. *Beth-*

Digitized by Google

505. *Bethleemitæ.*
506. *Indulgentiæ pro Tunkino.*
507. *Presbiteri Hospitalarii.*
508. *Lauretana peregrinatio.*
509. *De S. Turibio.*
510. *De S. Francisco Solano.*
511. *Officium Translationis Domus Lauretanæ.*
512. *Seminaria missionariorum.*
513. *Laurea Carmelitarum.*
514. *Augustiniani Excalceati.*
515. *Mons-pietatis.*
516. *Decretum Card. Tournon.*
517. *Augustiniani Manilenses.*
518. *Bethleemitæ.*
519. *Patres provinciæ.*
520. *Bethleemitæ.*
521. *Presbiteri S. Hippolyti.*
522. *Facultates vicennales.*
523. *Vocales ad Capitulum.*
524. *Jus præcedendi.*
525. *Alternativa.*
526. *Sacerdotes Hospitalarii.*
527. *Officium Sanguinis D.*
528. *Commemoratio de S. Josepho.*
529. *Patres provinciæ.*
530. *De cantu gregoriano.*
531. *Conventus parvi.*
532. *Officium S. Ignacii.*
533. *De Familiæ Christi collegio.*
534. *Bethleemitæ.*
535. *Congregatio S. Petri.*
536. *Visitator Minorum.*
537. *Seminaria missionum.*
538. *Provincia S. Didaci.*
539. *Ordo Servitarum.*
540. *Conventus parvi.*
541. *Decretum Card. Tournon.*
542. *Dispensatio ad matrimonium.*
543. *Residentia Episcopi Sanctæ Crucis.*
544. *Ordo S. Hippolyti.*
545. *Officium de S. Ignacio.*
546. *Pastorales literæ.*
547. *Presbiteri S. Hippolyti.*
548. *Gradus Manilenses.*
549. *Bethleemitæ.*
550. *Congregatio Familiæ Christi.*
551. *Officium de 5. Plagis.*
552. *Confraternitates Carmelitanæ.*
553. *Conventus 40. Martyrum.*
554. *Translatio festorum.*
555. *Congregatio Familiæ Christi.*
556. *Doctrinarii Augustiniani.*
557. *Privilegia magistrorum.*
558. *Incorrigibiles.*
559. *De asylo.*
560. *Juramentum missionariorum.*
561. *De tertiariis.*
562. *Decretum Capituli Ord. Sancti Augustini.*
563. *Transitus ad aliam provinciam.*
564. *Servitus Indorum.*
565. *Missio in Thibet.*
566. *Ritus Sinici.*
567. *Juramentum.*
568. *Facultatum communio.*
569. *Festum Præsentationis.*
570. *Ritus Malabarici.*
571. *Decretum V. Halicarnassæi.*
572. *Quæstio Arch. S. Dominici.*
573. *Ritus sinici.*
574. *Ecclesia Guatimalensis.*
575. *Sabbathi abstinentia.*
576. *Dispensatio ad matrimonium.*
577. *Liber P. Norberti.*
578. *Indulgentiæ Bonaërenses.*
579. *De eodem.*
580. *De eodem.*
581. *De eodem.*
582. *De eodem.*
583. *De eodem.*
584. *De eodem.*
585. *De eodem.*
586. *Festum titulare.*
587. *De eodem.*
588. *Jurisdictio Episcoporum.*
589. *Decretum Inquisitorum.*
590. *Novi Episcopatus.*
591. *Universitas in Hispaniola.*
592. *De S. Francisco Xaverio.*
593. *Facultates vicennales.*

Digitized by Google

594. *De Cruciata.*
595. *Festa reformantur.*
596. *De Doctrinis.*
597. *Facultas vicennalis.* — *Postulata Episcopi Tucuman.*
598. *Beneficia Indiarum.*
599. *Confirmationis Sacramentum.*
600. *Dubia quædam resolvuntur.*
601. *B. Virgo* de Guadalupe.
602. *Patronatus Immaculatæ Conceptionis.*
603. *Officium Immaculatæ Conceptionis.*
604. *Bullæ promotionis.*
605. *Postrema facultatum vicennalium prorogatio.*

BRE-

Digitized by Google

BREVIARIUM

ORDINATIONUM APOSTOLICARUM

Ad Indias pertinentium cum Adnotationibus.

ORDINATIO I.

MArtinus V., incertum quo anno conceſſit Henrico Infanti pro Corona Portugalliæ quidquid per oceanum conquireret a promontorio *Boxador* (I) uſque ad Indiam, addita indulgentia plenaria (II) pro conquiſitoribus qui promovendis cœptis occumberent. Meminit Conſtitutionis hujus Emmanuel de Faria (*a*): eſtque prima, quod ſciam, facta de Indiarum re, poſtquam indica hujus temporis navigatio per oceanum inſtituta fuit, nam alia ejuſdem Pontificis edita anno 1421. apud Fariam in Eccleſiæ Ceptenſis erectione verſatur, quæ nulla ratione ad Indias ſpectat, prout modò accipiuntur. Fontenelle (*b*) Veneris planetæ incolas per noctem ſomniavit Indis Granatenſibus colore ſimiles. Indos appellat Mauriſcos Granatenſes. Unde & oram Mauritaniæ barbaricam ceptamque ad Mare mediterraneum appellare pronum eſt Indiam. His concinunt plures Scripturæ interpretes in 1. Machab. 8. 8. nam & Cariam & Ioniam Minoris Aſiæ regiones Indiis annumerat Berruierus (*c*) cum Harduino ſuo. Sed hæ ſunt appellationes minus propriæ, certè alienæ à ſenſu inſtituti noſtri proprio. Præſens verò conceſſio quatenus aliena bona conquiſitoribus attribuit, eo modo intelligenda quo Alexandrina donatio anni 1493. 4. Maji, de qua ſuo

(a) *Far. tom. 1. Aſ. Port. P. 1. c. 1. n. 7.*
(b) *Fonten. Entr. ſur la plur. des Mond. IV. Soir pag. 277. Ed. Amſtel. 1742.*
(c) *Berrui. Stor. del Pop. di D. l. 7. c. 7. N. T.* – *Vid. infra Ord. 156.*

ſuo loco : fuitque data ab anno 1429. ad 1431. quo vivere deſiit Martinus, nam data eſt dum Henricus Infans de conquirendo cogitabat, & Nicolaus V. infra anno 1454. teſtatur, Henricum a viginti quinque ante annis conquiſtam cogitaſſe.

ADNOTATIONES.

(I) *Boxador.* Extat hoc promontorium ultra Mauritaniam & Canarias ſub gradu 25. aut 26. lat. bor. In quo proinde ſtatui licet Indiarum, ut nunc accipiuntur, metam ex Declaratione Gregorii XIII. facta 11. Oct. 1579. Imo poteſt inſtitui dimenſio a promontorio *Non*, quod infra Ord. 6. nominatur, & propius boream & Canarias jacet è regione inſulæ Gomeræ.

(II) *Indulgentia plenaria.* Ex quo fit palam, belli & navigationis pro Indiarum conquiſitione ſuſceptæ cauſam non eſſe imperii amplificationem, ſed pietatem chriſtianæ religionis promovendæ, nam indulgentiarum conceſſio ex cauſa profana non fit. Similis conceſſio facta eſt ſæculo IX. a Joanne Papa VIII., ut habes in ejus Epiſtola 66. ad Epiſcopos in regno Ludovici Francorum Regis conſtitutos ibi (*a*): *Illi* qui cum pietate veræ religionis in belli certamine cadunt, requies eos æternæ quietis excipiet contra paganos atque infideles ſtrenuè dimicantes.... Interceſſione B. Petri Apoſtoli..... quantum fas eſt abſolvimus, precibusque illos *commendamus.*

ORDINATIO II.

EUgenius IV. Regi Portugalliæ novi orbis conquiſitionem, ſeu conquiſtam permiſit; ut habet Mariana lib. 26. Hiſtor. Hiſp. cap. 3. Vide infra anno 1494. 7. Jun.

ORDINATIO III.

UT Fabianus de Bacchia Ordinis Minorum ad Indias proficiſcens poſſet non ſolum chriſmate ab Epiſcopo benedicto ſignare fideles, ſed etiam ipſum chriſma conficere (1), conceſſit Eugenius IV. apud Wadingum ad annum 1400., ut refert Benedictus XIV. dicens (*b*): *Si qua* fides Wadingo.... Eugenius IV. veniam dedit chriſma *conficiendi.*

ADNOTATIONES.

(1) *Chriſma conficere. Certum eſt*, ait Caſtropalao (*c*), materiam hujus ſacramenti (confirmationis) neceſſariam eſſe chriſma ab Epiſcopo benedictum. Sic docent ferè omnes Doctores teſte Suarez.... præſertim ex Floren-

(a) *Apud Hard. t. VI. Concil. P. 1. col. 46.*
(b) *Lib. 7. De Syn. Diœc. cap. 8. n. 1.*
(c) *Caſtrop. De Sacram. Confirm. Punct. 2. num. 7.*

Digitized by Google

rentino sub Eugenio IV. in Decreto fidei, ubi definiens materiam confirmationis inquit: *Est* chrisma.... per Episcopum *benedictum*. Ergo materia hujus sacramenti episcopali benedictione præparari necessario debet. Hinc meo judicio evidenter infertur, non posse simplici sacerdoti committi a Pontifice chrismatis benedictionem, quia Pontifex non potest materiam ullius sacramenti mutare. Deinde episcopalis benedictio pro conficiendo chrismate ex institutione Christi habetur; Christus enim, teste Fabiano Papa in Epistola ad Episcopos orientales, docuit Apostolos modum conficiendi chrisma, quem Ecclesia semper servavit. At Ecclesia simplici sacerdoti nunquam confectionem *commisit*.

E regione Diana (*a*), & apud illum Scotus, Sotus, Cajetanus, Victoria, Escobar, Baunius putant, non esse usque adeo certum, chrisma esse benedicendum ab Episcopo quin possit Pontifex dispensare. 1. Quia si Pontifex potest committere simplici sacerdoti administrationem sacramenti confirmationis; quidni etiam possit committere chrismatis benedictionem, quod est minus? 2. Quia ratio potissima sententiæ contrariæ est Patrum & Conciliorum authoritas Episcopum requirens ad benedicendum & consecrandum chrisma. At eâdem authoritate requiritur Episcopus ad confirmandum. Ergo si in hoc casu licet interpretatio de ministro ordinario, quidni liceat in primo?

Neque obstat quod Pontifex rarius dispensaverit facultatem benedicendi quam confirmandi, si vel semel est dispensatum. Nam causa non dispensandi, vel dispensandi rariùs, esse potest minor necessitas, cum facilius haberi possit chrisma ab Episcopo benedictum, quam Episcopus ad confirmandum. Favor autem in sententiam contrariam derivatus ex dubio, quod Benedictus insinuat per verba, *si qua fides Wadingo*, satis rependitur favore sententiæ nostræ accrescente ex eo quod non impugnat dum refert. De Concilio Florentino, & de Fabiani epistola vide infra anno 1571. 2. Aug. Ord. 133. Object. 1. & 2.

Et quod ad Concilium attinet, sive Decretum fidei in Concilio promulgatum, idem Pontifex Eugenius IV. qui author est decreti, fuit quinque post annis relatæ dispensationis seu privilegii author. Id verò argumento est, non fieri impossibilem ex decreto dispensationem facultatis, ut possit sacerdos simplex chrisma cum Fabiano de Bacchia conficere.

ORDINATIO IV.

UT Alphonsus V. Portugalliæ Rex possit quoscumque Saracenos, Paganos, ac regna, ducatus, & dominia, possessiones, ac mobilia, & immobilia bona, per eos detenta atque possessa conquirere, illorumque personas in perpetuam servitutem redigere, ac bona sibi & successoribus applicare. Concessit Nicolaus V., ut refert ipse Ord. seq., intelligendaque con-

(a) *Diana P. 8. tr. 1. R. 12. Coordinatus tom. 3. tr. 1. R. 10.*

Digitized by Google

conceſſio ut Alexandrina citata Ord. I. De ſervitute aut mancipatione Afrorum vide infra anno 1683.

ORDINATIO V.
Anno 1454. 25. Jan.

PRæcedentem confirmat Ordinationem Nicolaus V., declaratque extendi ad quæcunque alia de infidelium ſeu paganorum manibus acquiri poſſint. Conquiſtæ jus prorogat à capitibus Boxador & Non uſque per totam Guineam & ultra verſus illam meridionalem plagam. Præterea decernit, cum ad perficiendum opus ſit opportunum, ut Portugalliæ Reges cum infidelibus & ſaracenis de quibuſcunque paciſci valeant: merces quæſcunque, dummodo armaturarum genera non ſint, deferre & ea vendere: eccleſias & alia pia opera fundare: quaſcunque voluntarias perſonas, eccleſiaſticas & ſæculares, quorumvis etiam mendicantium Ordinum regulares, de ſuperiorum tamen ſuorum licentia tranſmittere: ipſæque perſonæ poſſint quorumcunque in dictis partibus exiſtentium, vel eò accedentium confeſſiones audire, in omnibuſque præter Sedi Apoſtolicæ reſervatos caſibus debitam abſolutionem impendere, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare: quod in gratiam eorundem Regum concedi declarat. Chriſti fideles omnes inhibet, ne ſaracenis a jure prohibita deferre, aut per ejuſmodi maria navigare præſumant. Qui verò contrarium fecerit, ultra pœnas contra deferentes arma & alia prohibita ſaracenis à jure promulgatas, quas incurri vult ipſo facto (a) ſi perſona ſit ſingularis, excommunicationis ſententiam incurrat, ſi communitas interdicto ſubjaceat eo ipſo: nec contra facientes ab excommunicationis ſententia abſolvi, nec interdicti relaxationem apoſtolica, vel alia quavis authoritate obtinere poſſint, niſi ſatisfecerint. Extat apud Antunez lib. 3. De Donat. Reg. cap. 8. poſt num. 89., incipitque *Romanus Pontifex*.

ORDINATIO VI.
Anno 1456. 7. Mart.

CAliſtus III. confirmat præcedentem Bullam Nicolai V., conceditque ut ſpiritualitas & omnimoda jurisdictio ordinaria, dominium, & poteſtas in ſpiritualibus à capitibus Boxador & Non uſque per totam Guineam & ultra illam meridionalem plagam uſque ad Indos, ad Militiam & Ordinem Chriſti ſpectet; ita ut Prior Major (1) omnia beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, ſæcularia & regularia conferre, necnon cenſuras & pœnas proferre, omniaque alia quæ locorum Ordinarii abſque differentia facere poſſit ac debeat. Decerniturque loca eſſe nullius diœceſis. Extat apud eundem Autunez loc. cit. Incipit *Inter cetera*.

AD-

(a) *Vid. Ord.* 213. *Adnot.* 3. *anno* 1607. 7. *Maii*.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(1) Author *Geographiæ Portugallicæ* (*a*) inquit: *A principio* habuit ordo Christi Vicarium seu Priorem Statûs clericalis cum jurisdictione ecclesiastica in omnibus terris Ordinis comprehensis conquistis. Tenuit dignitas hæc usque ad Joannem III., quo rege erecta ecclesia S. Mariæ de Funchal in insula Madera in episcopalem, deinde in metropolitanam, Vicariatus *suppressus est*.

ORDINATIO VII.
Anno 1481. 22. Jun.

Sixtus IV. confirmat litteras Nicolai & Calixti, & conventionem (1) regum Catholici & Lusitani, qua huic asseritur possessio & quasi possessio in omnibus commerciis, terris, & permutationibus, sive resignatis Guineæ cum suis mineris, seu aurifodinis, insulis *de la Madera*, *de Porto-sancto*, Deserta, *de los Azores*, *Florez*, & quibuscumque aliis ab insulis *de Canarias* ultra & in conspectu Guineæ, exceptis duntaxat insulis *de Lanxarote*, *la Palma*, *Fuerte-ventura*, *la Gomera*, *del Fierro*, *la Graciosa*, *la Gran Canaria*, *Tenerife*, & omnibus aliis insulis *de Canarias*. Extat apud eundem Autunez ibid. Incipit *Æterni Regis*.

ADNOTATIONES.

(1) *Conventionem*. Pacti erant ante biennium in oppido Alcantara Reges Catholici Ferdinandus & Isabella (*b*) cum Lusitano, ne is oras Africæ ad oceanum lustrare, conquirere, & possidere prohiberetur in posterum. Sed parum firmam oportuit esse pacem, & pontificiam pacis confirmationem, si verum habet Faria dum refert hoc eodem anno 1481. triginta non minus Castellanorum naves mercium causa ad Guineæ portus applicuisse, non cessuras nisi majore Portugallicæ classis vi commisso prælio abigerentur. At est qui de hujus facti veritate dubitet (*c*).

ORDINATIO VIII.

Alphonsum de Bolaños Minoritam apostolica instruxit authoritate Sixtus IV. ad religionem in Canariis insulis, & Africæ, Asiæque oris maritimis propagandam. Quod cum incredibili fructu præstaret, Pontifex concessit ut sexdecim socios ejusdem Ordinis è quatuor Hispaniæ provinciis in laboris societatem assumeret, quamvis petita à præsulibus facultas negaretur. Refert Natalis Alexander Sæc. XV. cap. 1. a. 9.

ORDI-

(a) *Geogr. Portug. tom. 1. pag.* 534.
(b) *Mariana. Hist. de Esp. lib.* 24. *cap.* 20.
(c) *Histor. des Voi. tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 1. *pag.* 52.

Digitized by Google

ORDINATIO IX.
Anno 1484.

JOanni II. Portugalliæ Regi concessit Pontifex, ne quis alius Princeps posset ab occidente ad orientem conquisitionem facere: utque bello parta ab alia Natione Portugalliæ cederent. Sic habetur apud Trevultianos (*a*).

ADNOTATIONES.

Dum hæc à Sede Apostolica impetravit Joannes, non animadvertit, inquit Author Historiæ Generalis Navigationum (*b*), orientis conquisitionem fieri posse per occidentem, ut deinceps per Magallanem aperta & pene constrata via factum est: quo salvâ Ordinatione præsente jus integrum Castellanis præ Lusitanis esse potest in orientem ultra & citra Philippinas & Moluccas. Vide infra Ord. 13. anno 1493. 25. Sept., & Ord. seq. Adnot. 3.

ORDINATIO X.
Anno 1493. 4. Maii.

ALexander VI. accepto nuntio Christophorum Colon certas insulas & terras firmas invenisse (I), quas Reges Catholici Ferdinandus & Isabella subjicere & ad fidem catholicam reducere proposuerant, ut tanti negotii provinciam alacrius susciperent, motu proprio omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas versus occidentem & meridiem, ducta linea a polo arctico ad antarticum, sive sint versus Indiam, sive versus quamlibet aliam partem, quæ linea distet a qualibet insularum (II); quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y Caboverde*, centum leucis versus occidentem, ita quod omnes insulæ & terræ firmæ repertæ & reperiendæ a præfata linea versus occidentem & meridiem (III), quæ per alium Principem christianum non fuerint possessæ usque ad diem Nativitatis Domini proximè præteritum, à quo incipit annus præsens (IV) millesimus-quadragentesimus-nonagesimus-tertius; quando aliquæ prædictarum insularum fuerunt inventæ, cum omnibus illarum dominiis, juribusque, nominatis Regibus eorumque successoribus in perpetuum donat (V). Illisque mandat, (VI) ut ad prædicta loca viros probos doctosque ad instruendum incolas in fide & bonis moribus destinare debeant. Ac quibuscumque personis etiam regalis imperialisque dignitatis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna (VII) ipso facto incurrenda inhibet, ne ad ea loca pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa accedere præsumant absque

(a) *Mem. de Trev. ann. 1746. artic. XXVI.*

(b) *Histoir. des Voiag. tom. 1. lib. 1. cap. 2. pag. 15.*

Digitized by Google

que Regum Catholicorum licentia speciali. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Romæ. Anno 1493. 4. Nonas Maii. Extat in Bullar. Cherub. Incipit *Inter cætera*.

ADNOTATIONES.

(1) *Invenisse*. An Colonus in Novum Orbem venerit primus Europæorum, dubium est quod Pontifex decidere non vult, sed sub verbo *accepimus* inventi fidem relinquit penes exponentes factum, qui etiam possunt intelligi de inventione præmonstrata maximè cum etiam præjactis operæ rudimentis tanta manet eum gloria qui perfecit.

Sunt qui inventum ante Colonum prædicant ab Antonio Zeni Veneto anno 1381. Scriptores Angli inventionem tribuunt (*a*) Madoc cuidam Guineti Walliæ Principis filio, qui anno 1109. ad Floridam appulsus structâ turri totius regionis adierit possessionem. Est qui ante Salomonem fuisse notum scribat, statuens Ophir in Peruvio, eo maximè quia Ophir regio eadem est cum Sepharvain, Phervain, Peroüain ut inflectere amat Joannes Mill apud Trevultianos (*b*). Quæ opinio minus esset contemnenda, si *Perù* nomen esset moderna Novi Orbis inventione prius. Colonus ipse terræ cavitates in Hispaniola ut-ut repertas Salomonis aurifodinas esse credere habuit.

Sunt qui Colonum alienas tabulas sortitum Novum Orbem cogitasse credant, sive confectæ atque amica manu suppeditatæ illæ sint a Martino Andalouza Cantabro, ab ignoti nominis Lusitano, sive ab Alphonso Sanchez de Huelba in Bætica nato. Cunctis felicior extitit à Regio Hispaniæ Senatu judicata fraus Americi Vespucii, quem cum male haberet quod Ligur Colonus etiam continentis audiret inventor, eam laudem tribuere induxit animum ipse sibi, eo successu ut Novo Orbi suo nomine imposito, Veteri imponere lucratus sit (*c*). Causam vicit in Regio Senatu contra Vespucium Colonus, vel Coloni posteritas; sed cum Alphonso litem habet apud scriptores etiam nunc P. Maurillo (*d*) ex plurium quos laudat sententia pro certo habet, inventoris primam laudem Alphonso tribuendam. Ejusdem sententiæ est Gomara (*e*). Nec abludit Ill. Huetius (*f*), qui & Acostam (*g*) & Garcilasum laudat. Et quidem non apparet qua ratione Colonus, dum tot Principum curias circumcursat, si quis vellet classis adornandæ suppeditare sumptus, potuerit esse tam securus de navigationis successu & fructu, nisi prælucente aliqua unde unde habita notitia.

Congerit Herrera (*h*) plurium rationum capita, quibus in eam cogitatio-

(a) *Mem. de Trev. anno 1711. Art. CXXII.*
(b) *Ann. 1706. A. VI. Vide Calmet in Genes. Dis. in Reg.* Ophir.
(c) *Solorz. l. 1. De Jur. Ind. cap. 4. a n. 5.*
(d) *Murillo lib. 9. Geogr. Histor.*
(e) *Gomara, Hist. de las Ind. cap. 13.*
(f) *Huet tom. 1. De Dem. Ev. prop. IV. n. 6. pag. 109. Edit. Neap. 1730.*
(g) *Acost. l. 1. Hist. Nat. de las Ind. c. 19. Garcil. Hist. Ingar. cap. 3.*
(h) *Herr. Decad. 1. lib. 1. ep. 2. & 3. & cap. 16.*

Digitized by Google

tationem venire potuit; illis tamen si fidem faciunt de globi terraquei figura, minimè conficitur ad occidentem esse insulas vel regiones opum indicarum, auri & argenti, prodigas. Et tamen Colonus de regionum opulentia, nec tantum de existentia promissa fecit, ut ipsemet Herrera testatur, dum ait: *Holgó* mucho Colon de las hojuelas de oro, porque deseaba que los Reies viessen que lo havia, y que no eran vanas sus *promessas*. Id quod etiam à sociis exprobratum esse Colono, dum successus itineris desperari cœpit, cecinit Carrara (*a*): *Cum* tamen inter nos an sint dubitetur & Indi. = Sint esto, qualesque sibi per somnia visos = Luxuriare auro gemmisque effulgere Ductor = *Jactitat*.

Si tamen quæras, quomodo Sanchez, vel quicunque fuerit inventor primus de regionum opulentia certior sit factus, ut eam notam Colono faceret moriturus; difficultate caret, casu vel tempestatibus accedentem vidisse laminas collo indigenarum appensas, quales in accessu primo vidit Colonus ipse. Trevultiani (*b*) fabulis annumerant quod de nauta Coloni præcursore proditum est. Estque apud eosdem (*c*) qui putet hanc fabulam turpem esse calumniam ab Hispanis excogitatam ad obscurandam inventoris exteri hominis famam. Nihil tamen suggerunt quo calumnia vel fabula reputari debeat, nisi quod alibi scribunt de sententia lata in Regio Indiarum Senatu. Ea verò lis pro Colono contra Vespucium, non contra præcursorem navicularium, de quo non agebatur, dirempta fuit; nec de Novi Orbis, sed de continentis inventione sermo erat.

P. Charlevoix, qui & ipse de Trevultianis aliquandiu fuit, ait (*d*) lineam æquinoctialem nunquam esse transmissam à Colono: eam tamen transmittere oportebat vestigia aliena sequentem, nam præcursor vulgo dicitur ad Brasiliam appulisse. At præterquam quod Brasilia potest facile confundi cum regione propinqua, maximè dum limites nondum erant constituti, pronum est ut homo nauticæ gnarus se duci faventibus auris boream versus permiserit, ut postea proram retorqueret ad austrum lineam transmissurus, ni antea quod quærebat reperisset.

P. Antonius Maria de Lugo (*e*) eo maximè conjecisse Colonum ait terrarum occidentalium existentiam, quia in Madera frequentissimos expertus erat ventos occidentales. Quasi non possent ventorum fluenta, sicut aquarum, in ipso mari consurgere procul à terra, vel quin sit ibi terra, unde flant.

(II) *A qualibet insularum*. Eligendi copia quæ hîc à donante fit, fit utique donatario. Unde liberum esset Regi Catholico, quantum est ex præsente Constitutione, lineam dimensionis ducere centum leucis à qualibet Azorum insula: & postquam punctum dimensionis inchoativum ex conventione facta in Turre Syllana anno sequente 1494. 7. Jun., ad insulas Capitis Viridis determinatum est, potuit linea duci pactâ distantiâ ab insula

(a) *Carrar. l. 6. Columbi, seu De Invent. N. Orb.*
(b) *Mem. de Trev. 1736. A. 38.*
(c) *1752. A. 29.*
(d) *In Fastis N. O. anno 1500.*
(e) *In Addit. ad Diction. Hist. Portat. Ed. Neap. 1754. Verbo* Colombo.

Digitized by Google

ſula Salis, quæ propius orientem jacet inter Heſperides; pro pace tamen in congreſſu anno 1682. in Pace-Julia celebrato propoſitum eſt à Caſtellanis, quod punctum figeretur, non in Salis inſula, quam olim dum lis erat de Moluccis prætulerant Luſitani, modò averſantur, nec in inſula S. Antonii, quæ cæteris occidentalior eſt, & hac ratione in præſenti quando lis eſt de Braſilia, Luſitanis commodior; ſed in inſula S. Nicolai inter utramque media. Diſplicuit medium hoc Luſitanis, & pronum eſt ut & terminus quilibet diſpliceat, cum conſtet ductâ lineâ poſt centum leucas Alexandrinæ conceſſionis, additis etiam bis centum & ſeptuaginta ex conventione Turris-Syllanæ, quamvis punctum figatur in inſula Heſperidum Americæ propinquiſſima, parum de Braſilia reſtare Luſitanis, minus certè quam quod occupant, quibuſcumque tabulis fides habeatur, ſive caſtellanis, ſive hollandis impartialibus, ſive etiam Luſitanis factis à ſuo Joanne Texeira exhibitis in congreſſu. Vide infra anno 1746. 6. Dec. Ord. 590.

(III) *Verſus occidentem & meridiem*. Vulgo creditur totum orbem ab Alexandro per hanc Conſtitutionem eſſe diviſum; ita ut hemiſpherium orientale, qua parte chriſtiano Principi non ſubeſſet, Luſitanis; Caſtellanis occidentale cederet. Falsò tamen & temerè, nam conceduntur Luſitanis bello parta navigantibus à ſtata linea ad orientem & meridiem, & Caſtellanis ad occidentem & meridiem pariter navigantibus. Id quod in citato Pacis Juliæ congreſſu à Caſtellano Judice Commiſſario D. Ludovico Cerdeño & Monzon ſcitè obſervatum eſt. Nempe regiones etiam orientales ab alio chriſtiano Principe actualiter non poſſeſſæ, ſi à Caſtellanis reperiantur per occidentem, ut de Moluccis & Philippinis factum eſt, debent Regi Catholico cedere ſalva præſente Conſtitutione. Idem verò jus in ſuam vicem favet Luſitanis in inſulas & terras occidentales, ſi Caſtellanos eò per orientem navigando prævieniſſent. Idque magis elucet in Conſtitutione data hoc anno 25. Sept. de qua infra Ord. 13. Nec eſt abs re quod ad vitandas catholicorum Principum diſcordias providerit Pontifex, ut adverſis proris hìc per orientem, ille per occidentem transfretaret, licet terminus ſolum primo accedentis & occupantis poſſeſſione diſcerneretur.

(IV) *A quo incipit annus*. Incipit annus à die Nativitatis Domini ad diem Nativitatis octavam ritu eccleſiaſtico prorogata.

(V) *Donat*. Quanvis hæc donatio verbo ſit abſoluta, re tamen eſſe conditionatam cenſent (a) Suarez, Cardinalis de Lugo, Salmaticenſes, Conink, Bañez, Platel. Quia, inquiunt, conceſſio quantumvis ampla & abſoluta ſit verbo, reſtricta debet intelligi ad terminos juris & æqui, ut in *tract. De Legibus*, *de Juſtitia & Jure* docent: quod maximè verum eſt quando per indefinitam donationem læderetur jus quod tertius aliquis habet in re donata, ut in præſenti fit, nam Indi etiam infideles veri ſunt domi-

(a) *Suar. D. 18. De Fid. ſ. 1. n. 7... Lugo D. 13. De Fid. n. 102... Salm. tr. 11. Decal. P. 1. n. 9.... Conink D. 18. De Fid. n. 160... Dom. Banez Q. 10. De Fid. art. 10. dub. 4. Concl. 5. ad 3... Platel. P. 3. cap. 1. Synopſ. §. 7. n. 294. pag. 187...*

Digitized by Google

domini rerum ſuarum, nec dominio aut juriſdictione privandi ſunt, ut declaravit Paulus III. anno 1537. 23. Maij, & 2. Jun. Ord. 57. & 59. infra ſuo loco videndis.

Solorzanus (*a*), Avendaño, Diana putant nihilominus donationem eſſe re ſicut & verbo abſolutam, neque eam excedere poteſtatem Pontificibus a Domino factam, & adverſantes culpat Avendaño quod Conſtitutionem quam interpretantur, non legerint. Legentibus tamen id liquido conſtat quod nemo negat, donationi nullam verbo conditionem eſſe appoſitam. Sed neque inficias ibit tetricus Avendaño, donationi quibus-quibus vocibus conceptæ ſubeſſe conditiones plures; id quod contractibus aliis, votis, legibus, obligationibus tum activis, tum paſſivis, diſpenſationibuſque commune eſt.

Verum quidquid de poteſtate donantis ſit, de qua non diſputo, voluntatem non fuiſſe infidelium terras & bona abſolutè donare Catholicis Regibus ſuadetur 1. ex citata Pauli III. Conſtitutione, qua diu poſt Alexandri donationem declaratur, Indos etiam infideles non eſſe rebus ſuis privandos. Privari tamen poſſent ſi dominium rerum indicarum eſſet per antecedentem donationem abſolutè tranſlatum. 2. Quia id ab Alexandro conceſſum eſt, quod Regi Catholico licebat omnino. Saltem ea fuit Hiſpanorum mens, ut refert Herrera (*b*), dum ſub felicem Coloni reditum recurſus ad Pontificem parabatur. At Regi non licebat regionum indicarum acquiſitio, niſi certis conditionibus & tituli acceſſione honeſtaretur. 3. Ex ipſorum Regum Catholicorum mente, qui diu etiam poſt Alexandri donationem putarunt, res Indorum etiam infidelium ad Indos pertinere: idque ſæpe manifeſtarunt legibus pro Indiarum regimine latis.

Nominatim leg. 2. tit. 1. lib. 4. Recopilationis Indiarum dicitur: *Haia* entera ſatisfaccion de que (los Deſcubridores) no les haran (à los Indios) perjuicio en ſus perſonas y bienes: y que por ſu virtud y verdad ſatisfaran à la obligacion que tenemos de que aſſi *se haga*. Et leg. 6. ibid.: *Se eſcuſe* eſta palabra *Conquiſta*, porque no ocaſione ò dê color, paraque ſe pueda hacer fuerza ò agravio à los *Indios*. Et leg. 10.: *Los deſcubridores* no tomen ſus bienes, ſino fuere por reſcate, ò dandoſe los ellos por ſu libre *voluntad*. Quodſi in lege ejuſdem tituli finali indicitur conquiſitoribus, ut terrarum poſſeſſionem pro Rege adeant, intelligendum juxta legem 1. t. 7. l. 4. de terris vacantibus, quales in America plures erant, & modò ſunt: *En eſtas* y en las demas poblaciones tierra adentro elijan el ſitio de los que eſtuvieren vacantes, y por diſpoſicion nueſtra ſe puedan occupar ſin perjuicio de los Indios y de los naturales, ò con ſu libre *conſentimiento*. Quod ipſum de paſcuis præſcribitur leg. 26. ibid.

Ex harum legum æquitate noſce quam injurius hiſpano regimini ſit ſcriptor ille (*c*), qui poſtquam retulit Puritanos barbarorum terrulas quaſdam

(a) *Solorz. l. 1. Polit. cap. 11... Diana P. 6. tr. 4. R. 18... Avend. tit. 1. Theſaur. Ind. c. 1.*

(b) *Herr. Decad. 1. lib. 2. cap. 4.*

(c) *Hiſtoir. & Commerce des Colon. Angl. dans l'Amer. 1755. pag. 130. & ſeq.*

Digitized by Google

dam pretio comparasse, subdit: *Longe* abest ut ab Hispanis jus naturale sic observatum sit. Cum possent Americæ possessa modico pretio, maluerunt cædibus, & multo barbarorum sanguine comparare. Rationem sic agendi quæresis in machiavelismo, cui gens servit, & quo tota illius vertitur *gubernatio*. Si regiminis habenda ratio, nullum hispano prudentius & æquius. Si privatorum observantiæ, non usque adeo puri ab injuriis sunt Anglicani coloni: nec tantus est Hispanorum reatus, si facta non tam supra verum exaggerentur.

Donatio igitur eatenus à Pontifice facta est Regi Catholico quatenus si bello alioquin justo sive ad propulsandam injuriam propriam vel alienam, sive ad amovenda impedimenta evangelicæ prædicationis, ad quam jus indefinitum habet Pontifex, Indi essent debellandi, bellum susciperet Rex Catholicus, cui potiùs quam a catholico regiones debellatæ concederent. In idem recidit quod de concessa solum fidei & evangelii protectione passim tradunt Authores, è quibus Platelius hæc habet (*a*): *Alexander* VI. aliique Pontifices Indos non subjecerunt regibus Castellæ & Lusitaniæ; sed his solum concesserunt potestatem prædicatores ad Indiæ regna mittendi, illosque ab injuriis infidelium vindicandi, & consequenter eos (si ab injusta fidelium vexatione desistere nollent) sibi subjugandi in quantum justè id possent facere. Ecclesia quidem habet jus evangelium ubique prædicandi, & resistentes per se vel per suos ad officium compellendi. Sed inde solum sequitur, infideles posse cogi indirectè & per accidens ratione injuriarum evangelii præconibus & cultoribus ab ipsis iniquè *illatarum*.

Porro causas justas bellum Indis infidelibus inferendi, eos debellandi, & consequenter debellata possidendi, sex enumerat acerrimus bellatorum impugnator Bartholomæus Casas seu Casaus Episcopus Chiapensis (*b*). 1. Si christianorum terras occupant. 2. Si fidem Christi, templa, sacramenta, vel sacras imagines peccando temerant. 3. Si Christi nomen, Sanctorum, vel Ecclesiæ scienter blasphemant. 4. Si scienter impediunt prædicationem. 5. Si ipsi nos aggrediantur. 6. Ad innocentes liberandos; quorum scilicet lege divina demandatum est tutamen. Ait tamen ibid. & iterum *ad object.* 10. *Sepulvedæ*, majora nasci mala ex bello quam ex innocentum oppressione: ideoque abstinendum à bello, si pro causa sit sola innocentum liberatio.

De cætero putat Episcopus (*c*), donationem Alexandri esse absolutam, qua Regibus Castellæ & Legionis confertur jus imperiale supra Reges Indiarum. Cum quo, inquit, stat quod hi maneant & sint suarum rerum & regnorum domini, pendentes Imperatori tributum aliquod ad fidei protectionem & rectam gubernationem conveniens. Et *ad* 12. *Sepulvedæ object.* reposuit, mentem Alexandri fuisse, ut Indis primo prædicaretur evangelium, deinde subjicerentur.

In

(a) *Plat. P. 3. Syn. c. 1. §. 7. n. 294.* (b) *Chiap. Apol. contra Sepulvedam.*
(c) *Ibid. & prop. XVII.*

Digitized by Google

In quibus non videtur Episcopus bene sibi constare. Si enim Pontifex caret authoritate adversus infideles paganos, ut *ad* 2. *object.* habet, & quia caret authoritate, neminem potest Indiarum Regem constituere, quomodo potest constituere Imperatorem? Si nequit alteri conferre jus exigendi tributum regale; quomodo potest conferre jus exigendi tributum imperiale? Et quare non posset hoc tributum vi & bello extorqueri ultro non solventibus?

Præterea inter bona regum paganorum primum est independentia aut suprematia. At huic per imperialem illam dignitatem præjudicium paratur. Igitur si hoc bonum licet fidei gratia tollere vel usurpare, licebit & tollere alia. Tandem dum facultas conceditur, ut Indi subjiciantur post evangelium prædicatum, est sermo de subjectione voluntaria, an de subjectione per arma? Si primum, id ipsum licet ante evangelium prædicatum, quin sit opus concessione pontificia. Si secundum rursus quæritur, an evangelium prædicatum supponatur simul admissum, an rejectum? Primum nemo dixerit, quod per fidem admissam fiat potestas subjugandi paganos, qui si fidei reluctarentur, subjugari non poterant. Si secundum, cur potius rejicientes evangelium prædicatum, quam impedientes prædicari, subjugari possunt? Et quo jure in rejicientes evangelium non subditos Pontifex potestatem erexit?

Dicendum ergo, concessionem seu donationem Alexandri, & similes, fuisse re conditionatam, ut Rex Catholicus fidei protector accedente titulo debellaret, & debellata possideret. Contigit verò in decursu, ut ex injuriis evangelio, innocentibus indigenis præsertim parvulis, & Castellanæ genti irrogatis, tituli ad bellandum & debellandum abundaverint passim. Quodsi justitiæ fines transgressus est aliquando Castellanorum aliquis error fuit & facti & privatus, nec à Pontifice nec à Rege probatus, ut patet ex compensatione seu reparatione damnorum Atabalibæ seu Atahualpæ nepti nomine *Coya*, dum erat Marchionissa *de Oropesa* à Philippo III. facta in judicio, quæ tunc visa est sufficiens, ut refert Hurtado (*a*). Quod si quis æqualitatem desideret in facta compensatione, animadvertat oportet Atabalibam merito potuisse debellari, cum contra jus gentium deliquit missos idolo sacrificando, & de reliquis sacrificium parando, ut refert Sandoval (*b*), & quia contra fratrem & primogenitum & hæredem regni rebellaverat (*c*).

Dixerit quis, concessionem eo sensu factam esse inutilem, quia quando fit injuria vindicanda, quivis vindicare potest. Utilis tamen est concessio, tum quia novus titulus accedit aliunde existentibus; tum quia licet cuilibet fas sit injuriam dum sibi aut alteri fit auxilio indigenti, dum fit inquam actu loco & tempore, propulsare; cum tamen actu non fit, sed periculum est ne fiat, vel fit in loco distante quò plures ad vindicandum convenire possunt, potest Ecclesia alteri præ altero provinciam dare, vel quia fide sanior est, vel ad vitandas catholicorum discordias.

VI. *Il-*

(a) *Hurtado D. 75. De Fide. §. 22.* (b) *Sandoval, lib. 13. Hist. Car. V. §. 30.*
(c) *Herr. Dec. 5. l. 3. cap. 17.*

Digitized by Google

(VI) *Illisque mandat*. Regem Catholicum per hæc verba constitui Papæ legatum in spiritualibus etiam, censent Ludovicus Miranda, Fr. Joannes Baptista, Freitas, Rodriguez, Veracruz, Focher, & alii apud Frasso (*a*). D. Garcia Perez de Araciel in *Memoriali super vacantibus Indiarum* qualitatem Legati fundat non tantum in Bullis Pontificum, sed in consuetudine, dum ait: *V. M. consideratur* in Indiis, non tantum ut patronus, sed etiam ut delegatus Apostolicæ Sedis, cui Suæ Sanctitatis in omnibus causis ecclesiasticis, tum bullis, tum consuetudine commissæ sunt *vices*. Idque probat ex eo quod S. Pius V. ad Regem Catholicum scripserit, ut pro-regibus Toledo & Henriquez quædam injungeret ad evangelii prædicationem spectantia: quod non scriberet, nisi Rex haberetur pro Legato.

Et P. Avendaño scandalum sine causa eo Delegati aut Legati nomine Principi laico attributo (*b*) est passus. Quid verò & quantum ex delegatione illa Regi Catholico conveniat de potestate in ecclesiasticam rem, ex aliis constitutionibus & ex legitima consuetudine definiendum est: maximè cum Legati, qui non emanant, sed constituuntur à Pontifice, definitas non habeant à jure facultates, ut tradit Barbosa (*c*). Illud videtur certum, ex eo quod S. Pius V. ad Regem Catholicum scripserit, ut quædam ad evangelii prædicationem spectantia admonitos vellet pro-reges, non benè inferri ab Araciele qualitatem Legati. Idem ferè quod ad Regem Catholicum à S. Pio V. infra Ord. 121., & ad Sebastianum Portugalliæ Regem Ord. 115. scriptum pariter est ad pro-reges Goanum & Mexicanum, ad Archiepiscopum & ad Regium Consilium seu Senatum, ut videre erit Ord. 113. & seq., quin ex eo cunctis sit tribuenda Legati qualitas. Quod vero ex jure scripto non habetur, haberi potest ex consuetudine, quæ consulenda est.

(VII) *Sub excommunicationis latæ sententiæ pœna*. Pœnam hanc esse per desuetudinem tacitè abrogatam, communis est sententia apud Regii Fisci Patronum Frasso (*d*). Idque favet, non tantum Hispanis eò convenientibus absque Regis Catholici licentia, quidquid dicat Solorzanus (*e*), sed cujuscumque nationis sint; diu enim est à quo nemo se putat hac censura ligatum, nemo qui ligatos censeat advenas, aut id genus pœnam exigat. Pro ecclesiasticis censuris alia media navigantes arcendi à portubus Indiarum adhibere coacti sunt Reges, utinam efficaciora.

Et de Gallis quidem sub Carolo V. Imperatore, quo tempore à re hispana magis erant alienati, in cameracensibus induciis conventum est anno 1556., ne absque consensu Imperatoris aut Regis ejus filii possent ad Indias navigare mercium commutandarum causa, vel Indiarum terras armis conquirere & occupare. Ita referunt Freitas & Sandoval, quos Petrus Bergeron apud Trevultianos (*f*) accusat, quod factam conventionem græca fide retulerint, qua solum habetur ne Gallis sit liberum ad Indiarum

rum

(a) *Frasso, De Reg. Ind. Patron. cap. 25.*
(b) *Avend. Auctar. P. VIII. num. 454.*
(c) *Barb. Lib. 1. Jur. Eccl. cap. 1. nu. 24.*
(d) *Frasso, De Reg. Ind. Patr. c. 66. n. 85.*
(e) *Solorz. tom. 1. De Ind. Gub. l. 2. c. 25. n. 74.*
(f) *Mem. de Trev. 1736. Art. 39.*

Digitized by Google

rum Hiſpanienſium portus applicare, aut in illis negotiari clam Rege Catholico, dummodo ne quod damnum paretur aliò quò libitum ſit vel commodum navigantibus.

Nempe conventio prout à Bergerone refertur, exprimit Indias Hiſpanienſes, quas hiſtorici accuſati, licet non exprimant, ſupponunt, cum conſtet Reges Hiſpaniarum de Hiſpanienſibus tantum Indiis eſſe ſollicitos, cum de claudendis Indiarum portubus paciſcuntur. Extat in Jure Hiſpano-Indico titulus integer *De los Paſſageros*, cujus, & conventionis cameracenſis, & ordinationis hujus pontificiæ, idem eſt argumentum: in quo dum nulla excommunicationis, & conſtitutionis apoſtolicæ, ut ſit aliàs occurrit mentio planè ſignificatur, abrogatam uſu reputari quatenus ſententiam continet excommunicationis adverſus eò locorum navigantes.

(VIII) *Incarnationis anno* 1493. Hinc elucet quod a P. Henrico Florez (*a*) obſervatum eſt, in ratione temporum Incarnationem ſæpe accipi pro Nativitate, quæ Incarnationis conſectarium & manifeſtatio quædam eſt. Conſtat enim tum ex præcedenti conſtitutionis hujus contextu, tum ex rerum geſtarum ordine & hiſtoria, datam eſſe conſtitutionem menſe Majo anno à Nativitate 1493. Si tamen annorum ratio ineatur ab Incarnatione, quæ contigit 25. Martii, Majus ille menſis ad annum ſequentem 1494. ſpectat. Paſſim tamen in Conſtitutionibus Apoſtolicis accipitur Incarnatio prout à Nativitate diſtat. De quo vide Papebrochium (*b*) qui ait: *Bullæ* ſtrictè dictæ ſaltem nunc inchoant annos à 25. *Martii*. Sed hæc Incarnationis epocha, prout in Bullis adhibetur, non ab Incarnatione novem menſibus Nativitatem præcedente, ſed à die Incarnationis anniverſario tribus menſibus Nativitatem conſequente: ut palam fit Bullarum exemplis ibidem à Papebrochio relatis. Id quod etiam conſtat noviſſima Conſtitutione Clementis XIII. *Apoſtolicum paſcendi*; cum ſit enim certò data menſe Januario anni 1765., ſcilicet anno Clementini Pontificatus ſeptimo, ut in textu Conſtitutionis ejuſdem habetur, dicitur nihilominus data anno ab Incarnatione 1764., nempe ſecundum ſtilum numerandi Incarnationis annos à die Incarnationis anniverſario tribus menſibus Nativitatem conſequente; ſi enim computentur ab Incarnationis die novem menſibus præcedente, vertebatur utique Januarius, non anni 1764., ſed ſequentis 1765.

ORDINATIO XI.

Anno 1493. 4. Maii.

UT Rex Catholicus omnibus (I) & ſingulis gratiis, privilegiis, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, litteris, & indultis, Regi Portugalliæ conceſſis (II) gaudere poſſit; non obſtantibus contrariis quibuſcumque. Incipit *Eximiæ*, & habetur apud Solorzanum tom.

(a) *Florez, Tom.* 2. *Hiſp. Sacr. in Prol.* (b) *Papebroch. in* [illegible] 313.

tom. 1. de Ind. jure, & Gubern. lib. 2. cap. 24. num. 24., & meminit Herrera Dec. 1. lib. 2. cap. 6.

ADNOTATIONES.

(I) *Omnibus & singulis gratiis*. Hinc infert D. Abreu (*a*), Regi Catholico jus competere patronatûs in cunctis Hispaniensium Indiarum Ecclesiis, quia Regi Portugalliæ in regionibus suæ demarcationis jus patronatûs concessum est a Calixto III. 15. Mart. 1456. Hanc Calixti constitutionem de patronatu alias non vidi citatam: nec memini quod contineatur in *Formula Juramenti à missionariis ex præscripto Seren. Portugalliæ præstandi*, ubi citantur aliæ ejusdem argumenti. Fortè respicit Abreu ad Constitutionem Calixti supra Ord. VI. relatam, cujus integer tenor est apud ibi citatum Antunez. In illa tamen nihil de jure patronatus habetur; sed jurisdictio & spiritualitas conceditur, non Regi, sed Militiæ & Ordini Christi, non in regionibus indefinitè portugallicæ demarcationis, sed à capitibus *Boxador* & *de Non*, usque per totam Guineam & ultra illam meridionalem plagam usque ad Indos. Quodsi potestatem in spiritualibus comprehendere velis jus patronatus, & competere Regi ex quo devenit Militiæ & Ordinis Christi Magister, non solum patronatus, sed omnimoda potestas & jurisdictio in spiritualibus, quarum sit capax, ex communicatione præfata Regi Catholico esset præstanda.

Aliam esse concessionem factam Magistro Ordinis Christi ad jus patronatus propius accedentem, suadetur ex eo quod Philippus III. Hispaniæ & Portugalliæ Rex circa annum 1620., jam constitutis episcopatibus ajebat, ut refert P. Cordara (*b*), sibi ut Magistro Ordinis de Christo jus esse ab Apostolica Sede constituendi legitimos neöphitorum parochos. Quidquid de hoc sit, jus patronatus in indica ditione certum habet Rex Catholicus ex constitutione Julii II., de qua suo loco. Estque novissime recognitum à Benedicto XIV. in Concordato anni 1753. 20. Febr. ubi declaratur, in regnis Granatensi & Indiarum ad Regem Catholicum pertinere jus nominandi ad beneficia. Et in litteris Apostolicis, quæ ad Episcopos recèns promotos in dies expediuntur, dum mentio incidit de regio patronatu, semper additur: *Cui* non est hactenus *derogatum*. Vide infra anno 1508. 28. Jul., 1753. 20. Febr., & 1763. 18. Jul.

(II) *Concessis*. Non additur *Et concedendis*, ut fit aliàs. Unde quæ deinceps Regi Portugalliæ concessa sint, quantum est ex præsente Constitutione, communia non sunt. An verò fundamentum habeat aliunde ejusmodi communicatio, ut quæ Indiæ orientali concessa sunt privilegia, ea sibi occidentalis vendicari possit, dubium est de quo infra anno 1579. 10. Febr.

OR-

(a) *Abreu*, *De las Vacantes de Ind. Artic.* 1. *P.* 2. (b) *Cordara*, *Hist. Soc. J. Part. VI. p.* 265.

Digitized by Google

ORDINATIO XII.

P. Boil instituitur Papæ Vicarius in Novo Orbe: quò cum duodecim sociis, datus est Colono comes in secunda navigatione, ut rem christianam inter indigenas promoveret. Ita D. Franciscus Lopez de Gomara, qui ait (*a*) Vicarii socios fuisse clericos, quos Herrera (*b*) appellat religiosos, regulares intelligens. Hic est Bernardus ille Buil, seu Boil, ex Benedictino monacho Montis-Serrati factus de Ordine Minimorum, qui apud Trevultianos (*c*) nominatur Indiarum Patriarcha. Certè facultatem habuit censuras fulminandi, contra Colonum exertam, sive propter nimiam severitatem in Castellanos milites, sive ut alii malunt apud Herreram (*d*), quia sibi ac suis parcè de annona providebatur.

Petrus Martyr de Angleria, sive de Anghiera, Jamaicæ Abbas, & Regum Catholicorum Chronographus discordiarum causam refert in Legati zelum, ne insulani crudeliter ab Hispanis tractarentur (*e*). Fr. Joannes de Torquemada (*f*) inquit: *Estuvo* el dicho Fr. Buil dos años en la Española, y lo mas de este tiempo se le pasśó en pendéncias con el Almirante, y no (segun parece) por volver por los Indios, y procurar su libertad y buen tratamiento, sino porque castigaba con rigor à los Españoles por males que hacian à los naturales, y por otras culpas que *cometian*. Et admonitiones factæ Colono de suavitate cum militibus servanda, ad Torquemadæ suspicionem propiùs accedere videntur. Quidquid sit, Legatus in Hispaniam exacto biennio clàm regressus est. Et hic fuit exitus primi hujus in Novo Orbe apostolatûs.

De Bernardo Boil plura vide sis in Vita S. Francisci de Paula, authore Fr. Isidoro Toscano (*g*), ubi dicitur propter sanctitatem & doctrinam electum esse Novi Orbis Apostolum, Archiepiscopum, Patriarcham, & Summi Pontificis Alexandri VI. in illis regionibus ubi prima jecit fidei semina, Vicarium, ac demum post reditum in Hispaniam Episcopum Gerundensem. Illud est certum, dum Oceanum trajecit, jam mutasse cucullum.

ORDINATIO XIII.
Anno 1493. 25. Sept.

DOnatio Alexandri VI., de qua supra Ord. X. ad "omnes & singulas insulas & terras-firmas", quæ navigando vel itinerando occidentem versùs vel meridiem, sint vel fuerint, sive in partibus occidentalibus, vel meridionalibus, & orientalibus, & Indiæ (1) existant, extenditur. Inhibetur-

(a) *Gomara, Hist. de las Ind: cap. 20.*
(b) *Herr. Dec. 1. lib. 2. cap. 5.*
(c) *Mem. de Trev. 1708. Art. 122.*
(d) *Herr. loc. cit. cap. 12.*
(e) *Petr. Martyr apud Solorz. tom. 1. De Indiar. jur. lib. 3. cap. 6. num. 59.*
(f) *Torquem. lib. 18. Monarch. Ind. cap. 6.*
(g) *Vita di S. Fr. di Paola, l. 3. cap. 10. p. 252. & seq.*

Digitized by Google

beturque quibuscumque personis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne ad partes prædictas ad navigandum, vel piscandum, vel inquirendum ire vel mittere præsumant (II) absque licentia Hispaniarum Regis. Incipit *Dudum*, & habetur apud Solorzanum tom. I. De Ind. Jur. & Gub. l. 2. c. 6.

ADNOTATIONES.

(I) *Orientalibus & Indiæ*. Hinc amplius elucet, quod supra Ord. X. observatum est, mentem Alexandri non fuisse orbem bifariam dividere, ut pars orientalis Portugalliæ, occidentalis Castellæ cederet, cum Castellanis concedantur in orientalibus etiam & in India per occidentem & meridiem reperta. Cujus vulgaritatis inexcusabilior cunctis est Solorzanus (*a*), penes quem solum, quod sciam, est textus præsentis Constitutionis. Neque animum eo magis induxit Alexander ut impositum est Brietio (*b*), figere punctum ad lineam primi meridiani ducendam, de quo nulla tunc erat cogitatio, sed figere punctum ad lineam ex qua liberum esset Castellanis navigare & conquirere. Fixumque fuit, non post tercentum leucas, ut vult Brietius: non post tercentum & quadraginta, ut habet Solorzanus, sed post centum; nam additio leucarum biscentum & septuaginta post primas centum, non ab Alexandro facta, sed ex partium conventione, ut supra dictum est, & constabit anno sequente.

(II) *Præsumant absque licentia*. An mare sit liberum, an jure dominii clausum, ut sine licentia transfretari nequeat, lis est famosa inter Grotium Batavum & Seldenum Anglum de qua mentio fit apud Trevultianos (*c*). Si textus amas, vide Solorzanum (*d*). Sed lis est non textuum congerie finitura. Armis discussa est aliquando Batavis prælio navali decertantibus & Anglis, quibus in causa succumbentibus & submersis, victor quasi pro funere ludicro cecinit = Summa tenent Batavi, teneant ima æquoris Angli. = Divisum imperium sic juvat esse maris. =

ORDINATIO XIV.
Anno 1494. 7. Junii.

DEnuò decernitur, unde liceat Castellanis & Lusitanis navigatio. Author est Fr. Dominicus Texeira Augustinianus in Vita D. Gomezii Freirè de Andrade Senioris (*e*) scribens: *Ducta* linea ab insula S. Antonii una ex iis quæ nominantur *de los Azores*, ut ab Alexandro VI. decretum erat duabus Bullis, alia data Majo 1493., alia 7. Jul. 1494., per secundam additis Portugalliæ tercentum leucis ad occasum præter centum illas quæ conceduntur in *prima*. Texeira sequitur à longe Marianam (*f*) in Historia hispanicè scripta dicentem: *Resulto* de las navega-

cio-

(a) *Solorz. lib. 1. cap. 6. n. 69.*
(b) *Briet. ann. 1493.*
(c) *Mem. de Trev. 1746. A. 35.*
(d) *Solorz. l. 3. de Ind. jur. c. 3. a n. 27.*
(e) *Texeirà, P. 2. lib. 3. n. 121. p. 474.*
(f) *Mar. lib. 26. cap. 3.*

Digitized by Google

ciones de Colon y de Americo cierta differencia entre Castilla y Portugal à causa que el Portugues pretendia pertenecelle por concession de los Pontifices, y en particular de Eugenio IV. todo el descubrimiento del nuevo mundo. El Rei de Castilla alegaba en contra una Bulla de Alexandro VI., en que en el año de 1493. le concedio que tirada con la imaginacion una linea de polo à polo cien leguas mas adelante de las islas Hesperides, que hoi sellaman de Cabo-Verde, todo lo que de aquella linea se descubriesse al poniente, fuesse suio, y que al Portugues quedasse todo lo demas. La qual concession modificó despues con otra Bula, en que mandó que la dicha linea de la demarcacion se señalasse otras trescientas-y setenta leguas mas adelante hazia el poniente, y esto para que el Brasil de nuevo descubierto se comprendiesse dentro de la conquista de *Portugal*.

Multis à vero deviant historici laudati: quod malum satis commune est Europæis scriptoribus alioquin eruditis, dum rebus indicanis operantur. Insula S. Antonii non est una Tertiarum vulgo *de los Azores*, sed earum quæ à Viridi Promontorio nomen habent. Nec Alexander illam determinavit, sed determinandam reliquit unam earum, quæ in maris tractu quem insulæ *de los Azores & de Caboverde* occupant sitæ sunt. Quo non significatur easdem esse insulas *de los Azores* cum insulis *de Caboverde* juxta Pontificis Alexandri mentem, ut nonnullus autumavit, sed aliqua indeterminatè insula designatur earum omnium quæ sub utroque nomine continentur, non aliter ac si quis indeterminatè loqueretur de aliqua Balearium aut Echinadum insula.

Ad centum leucas Alexandrinæ primæ concessionis additæ non sunt tercentum & septuaginta, ut scribit Mariana, neque tercentum ut Texeira. Neque in Brasiliam ventum erat, quando limites primæ concessionis ad occidentem promoti sunt; nam Brasilia primùm est inventa à Vincentino Yañex Pinzon pro Castella 26. Jan. 1500.: deinde à Petro Cabral pro Lusitania 24. Aprilis ejusdem anni, ut vide apud Trevultianos (*a*), & prius animadverterat D. Ludovicus Cerdeño (*b*). Non ergo mota est demarcationis linea anno 1494., ut recèns nota Brasilia restaret Lusitano. Nec dissensio illa orta est ex Americi Vespucii navigationibus, quem Novus Orbis non vidit usque ad annum 1497. vel seriùs, ut notatur in Bibliotheca Pinelli (*c*). Ac tunc quidem visus est ut vector sub Alphonso de Ojeda Castellano, nam exploratorem non egit nisi sequente sæculo. Brasiliam non lustravit Americus ante Cabralem pro Portugallia, ut impositum est Bergeroni (*d*) confundenti cum posterioribus navigationes Americi auspiciis Regis Castellæ institutas.

De Constitutione Eugenii IV. per Marianam allegata dubito an sit per errorem posita pro Constitutione Martini V. data in favorem conquisitionis, non Novi Orbis diu post reperti, & nondum noti, sed India-

(a) *Mem. de Trev. Ann. 1739. Art....*
(b) *Cerdeño*, Manifiesto Legal, *&c.*
(c) *Epitome de la Bibl.Or.&c. tom.2.col.574.*
(d) *Bergeron apud Trevult. 1736. Art.38.* *Vide Maffeum, lib. 2. Rer. Ind.*

diarum. Cujuscunque sit illa Constitutio, ad asserendam Americæ ditionem importuniùs ratione temporis adducitur quam ficta inventio Vespucii. Illud non est dubitandum, quin præsens Alexandri constitutio supposita sit, nisi error sit in data; & quæ Bulla dicitur à Texeira, fuit tantùm conventio Regum, quæ ab oppido *de Tordesillas* famam habet, in qua præter dicta illud cavetur ac disponitur apud Herreram (*a*), ut Castellanis integrum sit navigare rectà per maria demarcationis Lusitanicæ & vice versa; utque regiones usque ad diem vigesimum ejusdem mensis Junii intra primas bis-centum & quinquaginta de 370. leucas inventæ, in Lusitaniæ, & inventæ forte intra centum-& viginti reliquas, in Castellæ ditionem concederent. Hoc tamen non tollit quominus conventio hoc die 7. Jun. 1494. facta inter partes, & pro Bullâ habita, deinceps fuerit apostolica authoritate munita, ut alibi significat Gómara.

ORDINATIO XV.
Anno 1497. 1. Jun.

ALexander VI. Portugalliæ Regem Emmanuelem infidelium expugnationem cogitantem & ejus hæredes de civitatibus dominiisque, quæ illi se subjicere velle contingeret, investit (1). Illaque prædicto Regi Vicariatus Christi authoritate donat. Inhibetque quibuscunque Regibus, quibus jus quæsitum non foret, jubetque ne se opponere præsumant. Extat apud citatum Antunez lib. 3. De Donat. Reg. cap. 8. post num. 89. Incipit *Ineffabilis*.

ADNOTATIO.

(1) *Se subjicere velle contingeret*. Explicat Pontifex sensum donationis verbo tenus absolutæ, de qua supra Ord. X. Adnot. V., & unam de conditionibus in ea implicitis. Nempe donat infidelium terras & regna, si subjici velint se, vel potius regnorum se spontè dedentium investituram confert. Donat, idest, donationem vel acquisitionem alio titulo justificatam sancit, & sanctam auctoritate apostolica quasi canonizat: quod proprissimum est opus Vicarii Christi. Ex quo similiter infertur, non frustra a Pontifice donari rem alio titulo, v. g. justi belli, competentem donatario, sicut non donatur frustra regnum, quod subjicere se vult.

ORDINATIO XVI.
Anno 1501. 15. Nov.

UT Reges Catholici ab Indiarum incolis, assignata priùs & cum effectu juxta ordinationem Diœcesanorum ecclesiis dote sufficiente ex regalibus bonis, decimas percipere valeant. Incipit *Eximiæ*.

AD-

(a) *Herr. Dec. 1. lib. 2. cap. 10.*

ADNOTATIO.

Negat hujus Constitutionis veritatem Doctor Corrasco (*a*) Panamensis Senator, & Principis Schillacensis Peruani Proregis Assessor, qui reprehenditur à Solorzano quod supinè ignoraverit extare in regiis archiviis originalem. Extiterit quidem; quandoquidem id totus affirmat Solorzanus; sed jam non extat, nam in lite super Indiarum decimis à tempore Solorzani orta inter Ecclesias & Religiones, quæ Regio Senatui per sæculum & ultra negotium facessivit, sæpe requisita nunquam in lucem prodire visa est.

Sed nec est novum, aut præsenti Constitutioni singulare, quod è tabulariis disparuerit, nam & disparuerunt alia non minoris momenti documenta, nominatim Constitutio Leonis X. de Patronatu, & alia de quibus Hontalba (*b*). Ac de nostra quidem in memoratæ litis compositione facta per Ferdinandum VI. 24. Febr. 1750. mentio fieri dicitur in omnibus Ecclesiarum erectionibus. Et fit quidem in aliis expressa, ut in Erectione Mexicanensi (*c*), ubi dicitur: *Secundùm* tenorem Bullæ Alexandri, per quam Regibus Hispaniæ fuit facta concessio *decimarum*. Meminit etiam expresse Synodus Guamangana (*d*) sub Ill. Castilla, ubi dicitur per Alexandri constitutionem, factas esse decimas de Regis patrimonio, & bona regalia devenisse. In aliis Erectionibus, ut in Tucumanensi, non fit expressa Alexandrinæ Constitutionis mentio, fit tamen implicita & virtualis, quatenus in illa decimis non sufficientibus assignata est vel integrata à Rege dos Ecclesiæ, consignari jussis ex ærario quingentis millibus aureorum marupetinorum, scilicet in vim Alexandrinæ Constitutionis, qua id præscribitur.

DUBIUM EMERGENS.

Utrum decimæ Indiarum in hodierno statu bona sint ecclesiastica, an regalia? Sive spiritualia, an temporalia?

SUppono, anno 1512. 8. Martii inter Ferdinandum V. & Joannam ejus filiam ex una parte, & D. Fr. Garciam de Padilla Episcopum S. Dominici in Hispaniola, D. Petrum Suarez Episcopum Conceptionis, & D. Alphonsum Manso Episcopum S. Joannis ex alia transactam esse capitulationem, qua præter alia habetur (*e*): *Que sus* Altezas les hacen donacion para siempre jamàs de los diezmos, que à sus Altezas perteneeen, è los dichos obispos por si, y por sus successores, y en nombre de sus Iglesias y Clerecia prometen desde ahora que guardaran lo suso dicho (rogar à Dios por los Reies y sus Reinos) y lo adelante *contenido*.

Hanc

(a) *Corrasco, ad leges Recopil. Cap. 5. §. 2. num. 14. V.* Pro contraria.

(b) *Hontalba, Dictaminis §. V. Vide Ord.* 598.

(c) *Erect. Eccl. Mex. apud Hard. tom. X. Concilior. col.* 1747.

(d) *Synod. de Guamanga, Cap.* 28.

(e) *Apud Frasso, t. 1. De Patr. c. 19. a n. 1*

Digitized by Google

Hanc concordiam inquit Abreu (*a*), nullam esse, & apocrypham & falsò supponentem. *Apocrypham* quidem, licèt enim concordiam quandam hujus argumenti se vidisse testetur Solorzanus, oportet esse aliam ab ea quæ vulgo circumfertur, in hac enim non extat pactum cantandi divina officia juxta ritum Hispalensis Ecclesiæ quod illi attribuit Solorzanus. *Nullam*, defectu solemnitatis & causæ, & legitimitatis in contrahentibus & quia improprie nominatur in contextu *transactio & concordia*. *Falsò supponentem* quia supponit, ecclesiarum erectiones factas jam esse anno 1512. Eandem concordiam refutari à Frasso cap. 19. à num. 1. testatur D. Ramirus Valenzuela in Additionibus ad Solorzanum (*b*). Hoc tamen est falsum, nam ibi Frasso latè refert, transcribit & explicat concordiam; de refutanda verò, neque verbum.

Impugnationes Abreüanæ testimonium Solorzani occulatum non elidunt. Non prima, nam Solorzanus non testatur, pactum illud extare in concordia verbis totidem, sed potest intelligi quod extet quoad substantiam. Sic autem extat, quatenus in Concordia dicitur: *Que* el Arzobispo de Sevilla.... pueda exercer las cosas que como à Metropolitano le *pertenecen*. Ex eo verò quod Hispalensis Ecclesia facta sit indicarum metropolitana, imitanda erat in cantu; in Ecclesiis enim denuò fundatis, quandiu aliud non præscribitur, constat servandos esse ritus Metropolitanæ, & hoc esse de juribus metropolitanis unum, ut multis exornat ibidem Solorzanus (*c*).

Neque obstat, quod disparuerit è tabulariis Concordia, tum propter dicta supra de Bulla Alexandri circa decimas, tum propter ea quæ habentur in Processu memoratæ litis, seu in *Memoriali*, ut ajunt, *Actibus aptato*, in quo sæpè fit mentio memoratæ modò Concordiæ, ut ibid. fol. mihi 97. dicitur à Causidico Francisco Fernandez Madrigal: *Aunque* se ha buscado en los libros de la dicha secretarìa (del Perú) la capitulacion y assiento ortogado por los Señores Reies D. Fernando y Doña Juana y los tres primeros obispos.... no se halla que esté assentada en los dichos libros, y el Lic. Antonio Leon Pinelo dice que no lo està en ninguno de las dos secretarias del Consejo, y que el original pára en su poder. De eadem Concordia extat mentio & compendium apud Herrera (*d*).

Secunda impugnatio ex capite validitatis desumpta validior non est, nam contrahentes erant ex una parte Reges, pater & filia, penes quos erat jus omnimodum regni, jus administrationis penes patrem, proprietatis penes filiam. Ex altera erant episcopi quotquot numerabat ea tempestate Novus Orbis. Neque requiras Capitulum Ecclesiarum, quæ tunc primò instituebantur. Causa potuit esse ut Ecclesiis & Ecclesiasticis promptiùs & securius suppeditaretur dos & congrua sustentatio. Neque alienum est *Concordiæ*, aut etiam *transactionis* nomen à conventione facta inter par-

(a) *Abreu, De las Vac, art. 2. a n. 533.*
(b) *Valenz. Addit. ad Solorz. l. 4. Pol. c. 4. n. 11.*
(c) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 5. fine.*
(d) *Herr. D. 1. lib. 8. cap. 10.*

partes, sin minus discordes & litigantes, potentes saltem discordare & litigare super attinentia decimarum. Præterquam quod voces illæ non adhibentur in Instrumento, sed hæ: *Capitulacion*, *ordinacion*, *assiento*.

In eodem Instrumento supponitur, tres Ecclesias erectas jam tunc esse, quarum scilicet Pastores ibi nominantur. Distinguenda tamen est duplex Ecclesiarum erectio. Alia, quando in titulum eriguntur, & hoc jam tunc esse factum, constat ex Episcoporum facta jam institutione. Alia quando scriptura conficitur, quia officia & redditus Ecclesiæ ordinantur & distribuuntur: quod etiam vocari solet erectio, maxime in jure Indico. Ejusmodi erectiones nondum erant perfectæ, sed eodem die & anno facta est prima pro Ecclesia S. Dominici, reliquæ deinceps.

Contra legitimitatem & fidem ejusdem scripturæ, ut est apud Frasso, objicit (*a*) anonymus quidam, quod videtur facta Palentiæ, cum revera facta sit Burgis; quod juxta illius tenorem Reges videntur comparuisse coram Notario, quod absonum est; quod a nullo secretario legalizata est, nec contrahentium Episcoporum sigillis munita: quod tres Episcopi successoribus suis, multoque minus Episcopis de *Tierra firme* deinceps creatis præjudicium aut legem ferre non potuerunt.

Re tamen vera nullibi significatur, scripturam factam esse Palentiæ, sed Burgis coram Notario Apostolico, qui à secretis erat Episcopo Palentino, Regio cum exercitio consiliario, negotiis Novi Orbis præposito, & hac ratione libero à residendo Palentiæ. In toto Concordiæ textu species nulla est, Reges comparuisse coram Notario, quasi ad ejus domum vel officium diverterint, sed Notarium fuisse præsentem cum Episcopo Palentino, in cujus manibus ut ibi dicitur contractum est coram Reginæ Secretario pro teste cum aliis Senatoribus: quos omnes & quales malè caperet privati hominis vel officialis publici diversorium: & commodè intelligitur quod tota res in Regia transacta sit. In eodem Instrumento dicitur esse subscriptum ab Episcopis, à testibus, & à Notario ipso sigillatum: quo quid aliud requiritur ad legalitatem & fidem?

Verum est, quod in Concordia ad litteram nulla fit mentio nisi de Episcopis trium Ecclesiarum, nulla de Episcopis continentis, nisi quatenus Episcopus S. Joannis de *Puerto Rico* jurisdictionem ad continentem habet extentam. Illam tamen ratam habuerunt juxta Cap. *Cum nos pridem De iis quæ fiunt à Prælato*, quotquot capitula & Ecclesiæ Hispano-Americanæ & in Philippinis sunt, quoad decimarum redonationem certis conditionibus modificatam, ut satis extendit erectionum tenor. Certè in Mexicana loc. cit. postquam asseritur, decimas per Alexandri Bullam ad Regem pertinere, additur: *licet* ad præsens per eandem Regiam Majestatem ad alimenta nobis sint, cum his tamen qualitatibus *donatæ*. Et inferius dicitur, quod dispositio erectionis quoad decimarum divisionem *fundamentalis* & quasi primaria lex esse debet, qua omnes & singulæ Archiepisco-

(a) *Resp. jurid. por el Conv. de S. Ana y Rel. Carm. de Mex. cap. 2. art. 2. n. 105. Vide Herreram Decad. 1. lib. 8. cap. 12.*

Digitized by Google

piscopatus & Provinciæ Ecclesiæ Cathedrales *regantur*. Quod erectionis statutum cum reliquis approbatum à Sede Apostolica fuit per Ordinationem, de qua infra anno 1589. 27. Oct. Quod notandum est pro iis qui beneplacitum apostolicum requirunt ad similes concordias & transactiones; quanquam si beneplacitum aliunde non constaret, supponendum esset tot annis postquam transacta res est ex doctrina tradita à Castropalao (*a*). Et erectio quidem Mexicanensis Ecclesiæ multo ante Solorzanum cum suis statutis ordinata est. Per quod occurritur dicto Anonymo asserenti, in erectionibus sex Ecclesiarum Metropolitanarum & 32. Cathedralium nullam fieri mentionem de Alexandri Bulla, nec per 138 annos factam esse ante Solorzani editionem.

Supposito ergo decimas Indiarum esse Regi ab Ecclesia donatas, & redonatas Ecclesiis à Rege, quæritur an sint in hoc statu bona laïcalia, an spiritualia? Esse laïcalia tenet Abreu Opere *De Vacantibus*, lic. Cueva Senatus Indici olim Fiscalis, & lic. Cuellar Ecclesiarum partis in memorata super Decimas causa patronus, aliique multi apud Frasso (*b*). Esse spiritualia tenent pariter multi etiam Regalistæ apud eundem Frasso ibid. Quorum sententiam præfert Solorzanus & Quitensis Auditor Lagunez (*c*). Eandem fusè tenet & mordicùs Anonymus supra citatus multa miscens causæ, cujus patrocinium suscipit, minus necessaria, & meritò Regalistis displicitura. Rationes utrimque productas discutiendo referam.

§. I.

Rationes pro Decimarum temporalitate.

Prima. Decimæ Indiarum ex quo Regi per Pontificem donatæ sunt, factæ sunt regales, temporales, & laïcales. Sed eam qualitatem retinent Ecclesiæ redonatæ. Ergo in hoc statu temporales sunt. In majoris comprobationem citat Frasso multos è jure civili textus, quorum pauci sunt è re. Citat P. Molina (*d*) non de cumulo decimarum, sed de *tertiis* quas Hispani vocant, docentem 1. Regi donatas à Pontifice præcisas esse à sacerdotiis & à bonis ecclesiasticis. 2. Jus illas accipiendi non esse spirituale & ecclesiasticum, sed laïcum & sæculare, Regiæ Coronæ proprium, sive appropriatum. 3. Cum concessa sint jus illud & bona Regi sine restrictione, aut prohibitione alienationis, facta concessione, non minus competere Regi de præfato jure disponere, quam de aliis Coronæ juribus aut rebus. 4. Quidquid per errorem praxis obtinuerit, eos qui quocunque titulo à Rege partem jurium earum decimarum obtinuerint, non teneri ad contributionem subsidii quod Regibus de bonis ecclesiarum solvitur. Citat Salgadum (*e*) dicentem: *Jus* percipiendi decimas vel alios fructus ac proven-

(a) *Castrop. Tract. 12. Disp. un. Punt. 15. §. 2. num. 13.*
(b) *Frasso, Tom. 1. cap. 18.*
(c) *Lagunez, Part. 2. De Fructib. cap. 7.*
(d) *Molina, Tom. 3. De Just. D. 663. n. 9.*
(e) *Salgado, Par. 1. De Supplic. c. 1. n. 141.*

Digitized by Google

ventus ecclesiæ concessum Regibus efficitur regalia ipsorum. Ac propterea cognoscit Rex de his juribus, sive tractetur de jure sive de *facto*.

Minor propositio non tot allegationibus probatur à Frasso, probari tamen potest, quia licèt verum sit aut esset, jura regalia Ecclesiæ redonata ex mutatione personæ denudari à temporalium qualitate, & devenire ecclesiastica, quando donatio est absoluta, ut tenet cum aliis Salgado (*a*); manent tamen sæcularia, quando donantur in feudum, vel administrationem, vel in usum, ita ut directum dominium restet apud donantem. Quod verò sic Ecclesiis redonatæ sint decimæ suadetur 1. quia Senatus Regius cognoscit de hujusmodi decimis, utcumque causa tractetur, sive in petitorio, sive in possessorio, ut ex Covarrubia testatur Abreu, & nemo nescit. Cum verò non satis constet de speciali Pontificis ad cognoscendum delegatione aut privilegio, dicendum videtur, jurisdictionem fundari in bonorum decimalium qualitate: & consequenter animum Regis decimas redonantis non fuisse donationem absolutam.

Suadetur 2., quia post factam a Regibus redonationem, à successoribus sibi persuasum est decimas ad se tanquam bona regalia pertinere; sic enim loquuntur Carolus I., Philippus II. & IV. in Jure Indico (*b*): *Por* quanto pertenecen à nos los diezmos ecclesiasticos de las Indias por concessiones apostolicas, *mandamos*, &c. Et novissimè sic loquitur Ferdinandus VI. (*c*): *Como* dueño que soi de los diezmos de las Indias...... atendiendo à que estan incorporados en mi Real Corona con pleno dominio è independentia de las Iglesias, las que solo tienen derecho por la Bulla de Alexandro VI. citada en la ereccion de ellas à que de mi real erario se les assigne dote sufficiente, y subministre la congrua sustentacion de sus *ministros*. Et infra: Perteneciendo à mi real patrimonio el dominio pleno, absoluto, è irrevocable de los diezmos de mis reinos de las Indias, como effectos incorporados en la Regalia de la Corona por concession *apostolica*. Et licet Ferdinandi decretum quo prædicta continentur, a Carolo III. successore anno 1766. cassatum fuerit, nihil tamen declaratum præfato in decimas juri & dominio contrarium. Neque hæc procedunt ex suppositione quod Burgensis Concordia sit nulla aut apocrypha; nam in litis processu, quæ Ferdinandi authoritate per eam Cedulam transigebatur, sæpè fit illius mentio sine aliqua nullitatis nota: imo per omnia tanquam vera supponitur.

Secunda ratio. Jus percipiendi decimas Indiarum sæcularizatum est, & factum de regio patrimonio. Ergo etiam modò retinet eandem qualitatem. Ergo etiam modo est sæculare. Antecedens constat ex tenore donationis apostolicæ, cujus similitudo per omnia cum facta de decimis Granatensium Ecclesiarum nota est in jure & historia Novi Orbis. De Granatensi verò donatione facta per Innocentium VIII. sic loquitur Rex Catholicus litteris datis Murciæ 31. Maji 1488., quas refert Rodericus Suarez (*d*):

Su

(a) *Salgado*, *P.* 3. *De Prot. c.* 10. *n.* 289.
(b) *Lei* 1. *tit.* 16. *lib.* 1. *Recopil. de Ind.*
(c) *Cedula de* 24. *de Febr.* 1750.
(d) *Rod. Suarez*, *Alleg.* 28. *initio*.

Su Santitad nos hizo gracia de todos los diezmos, que los moros que viven y moraren.... ovieren de dar para que sea nuestro o de quien nos *quis ieremos*. Ubi sermonem esse oportet, non de decima laïcali maurorum, cujus dispositio nihil ad Pontificem pertinebat; sed de decima ecclesiastica à mauris debita jam baptizatis.

Primam consequentiam probat Frasso (*a*); quia Reges Catholici Ferdinandus & Joanna bona regio patrimonio incorporata non potuerunt alienare in præjudicium successorum, quia sunt dos Reipubblicæ, & quia Reges in augiratione jurant non alienare (*b*). Sed quamvis hoc verum sit de alienatione, quæ per gratuitas donationes exorbitantes fit, non tamen de ea quæ fit per contractum onerosum, maxime si boni publici causa interveniat, alioquin illusorii essent tractatus omnes celebrati à Principibus ad terminandum lites & bella, per quos provinciæ & oppida de gente in gentem transferuntur & alienantur. Imo & per donationem gratuitam alienare possunt Reges, si non lædatur notabiliter regnum attenta illius amplitudine, alioquin Reges vassallis essent conditione pejores. Et ita docent plurimi (*c*), & supponitur lege 3. tit. 10. lib. 5. Recop. Castell., ubi præscribitur modus prædictæ alienationis peragendæ. Redonatio verò Ecclesiis absolutè facta & esset onerosa, per quam privarentur jure, quod nunc habent, ut suppleatur dos ex ærario, & est talis per quam regnum non nimis læderetur, præsertim cum de regalibus donis in Ecclesiarum dotem erogandis tantum accrescat ærario, quantum de decimis redonetur. Unde non benè probatur consequentia illa ex defectu potestatis.

Ex defectu voluntatis probari potest, nam cum regalia bona sint usque adeo qualificata, non censentur alienari per donationem, nisi quatenus opus est ad justitiam, veritatem, & utilitatem donationis. Ad hoc autem non requiritur alienatio quoad jus dominiumque, sed sat est quoad usum, administrationem, & fructum. Nam quoad veritatem sat est donari fructus, qui nomine decimarum propriè intelliguntur. Ad utilitatem sat est quod per donationem avertatur periculum ne dos desit Ecclesiis, & Ecclesiasticis congrua sustentatio: & quo dotis traditio promptius, & perceptio faciliùs fiat. Ad justitiam, quod per præfatam donationis modificationem nihil depereat Ecclesiæ de jure quod habet in propriis functionibus & officiis spiritualibus radicatum, quodque omnes fatentur esse pariter spirituale, ad alimenta ministrorum hinc illinc suppeditanda. Imò verò sic potiùs consulitur prædicti juris indemnitati; quandoquidem cætera bona regalia undecumque provenientia obligata manent pro Ecclesiarum dote, & Ecclesiasticorum alimentis. Accedit, eam fuisse mentem Ecclesiarum manifestatam in Erectione Mexicanensi, cujus normam sequuntur omnes, saltem quotquot in Nova Hispania sunt, ibi: *licèt* ad præsens per eandem Regiam Majestatem ad alimenta sint (decimæ) *donatæ*.

§. II.

(a) *Frasso*, *Cap.* 18. *num.* 35.
(b) *Leg.* 5. *tit.* 15. *Partit.* 2.

(c) *Apud Antunez*, *lib.* 2. *De Don. Reg. cap.* 4. *à n.* 3. *Et Molin. De Primog. c.* 3. *n.* 18.

Digitized by Google

§. II.

Rationes pro ſpiritualitate decimarum in Indiis.

Prima. Quod decimæ redonatæ ſunt pro dote vel dotatione eccleſiarum; at dotis dominium per illius donationem tranſit in donatarium, ut cum à patre datur filiæ cauſa nuptiarum. Hæc tamen ratio non perſuadet, nam quod de decimis donatur ſunt fructus diſtributi, qui ex quo diſtribuuntur, habent rationem dotis donatæ, & quorum dominium ſine dubio transfertur ad Eccleſiam per donationem aut diſtributionem. Transfertur, inquam, jus diſponendi de fructibus donatis ea ratione qua penes eccleſiam eſt jus diſponendi de fructibus beneficiorum. Hoc autem jus aliud eſt à jure decimas in ſpecie exigendi.

Secunda. Quod decimæ debentur eccleſiæ jure divino. Ergo non poſſunt ſæcularizari. Sed nec valet hæc ratio; nam decimæ debentur jure divino & naturali in ſpecie vel in æquivalente, quatenus pro ſuſtentatione ſint miniſtrorum altaris. Quodſi de ſuſtentatione miniſtrorum altaris per legitimam authoritatem aliunde provideatur, decimæ non per Eccleſiæ diſpoſitionem, ſed mutatione materiæ de jure divino eſſe deſinunt. Et alioquin neminem poſſet Eccleſia a decimis ſolvendis eximere, etiam præſtita cautione de ſuſtentatione miniſtrorum.

Tertia. Quod Bulla Cœnæ anathematizat eos qui decimales cauſas avocant ad tribunalia laïcorum: quod ſecus fieret, ſi bona eſſent ſæcularia, aut temporalia. Sed Bulla Cœnæ rectè intelligitur de decimis non rite alienatis ac ſæcularizatis.

Quarta. Quod decimarum in Hiſpania temporalizatio fundatur in ſententia Covarrubiæ, & hic in Molinæo authore impio. Sed quidquid de Molinæo ſit, quamvis Covarrubias illum adhibeat teſtem gallicanæ praxis (*a*), propriam tamen ſententiam & decimarum temporalizationem fundat in donatione Pontificis, ut videre ibi eſt. Nec is eſt vir Cl. Covarrubias, ut in verba Molinæi juret, aut impiorum ſententias ſequi amet.

Quinta. Jus decimale ſpirituale non eſſe, fuit error hæreticorum apud Suarez (*b*). Sed error hæreticorum fuit qui in his Viclefi propoſitionibus continetur, quæ ſunt 16. & 18. ex damnatis: *Domini* temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia: Decimæ ſunt puræ eleemoſinæ, & poſſunt parochiani ad arbitrium ſuum propter peccata ſuorum prælatorum eas *auferre*. Quod nihil habet commune cum caſu noſtro. Error etiam eſt nullum jus eccleſiæ noviſſe præter quam in gratiæ & verbi miniſterio. Sed neque hoc dicitur, nam præter alia jus ad congruam ſuſtentationem ex decimis vel aliunde percipiendam habet, radicatum in altaris & clavium miniſterio, & hac ratione inalienabile: à quo diſtinguendum eſt jus decimas exigendi in ſpecie, & jus diſponendi de fructibus vel bonis unde-

(a) *Covarrub. Cap. 3. Pract. §.* Tertio quoties. (b) *Suar. Tom. 1. De Relig. lib. 1. cap. 9.*

Digitized by Google

decumque in sustentationem datis, quorum illud est alienabile in favorem ejus qui ecclesiam de suo sustentandi suscipiat onus: hoc verò integrum cedit ministrorum sustentationi.

Sexta. Quod liber Joannis Castillo *de Tertiis* in quo regalizatio defenditur jussu Alexandri VII. in Indice Romano proscriptus est. Sed ex Thoma Hurtado refert Fr. Dominicus Lossada (*a*), & Episcopus Accitanus relatus à Lic. Quiros (*b*), *Que* haviendose publicado en Madrid en 1656. (tempore scilicet Alexandri VII.) por el Nuncio el Indice de los libros prohibidos por la Congregacion de Roma con consentimiento del Supremo Tribunal de la Inquisicion, en cuio Indice se contienen los libros de los Juristas, que tratan del tribunal de las fuerzas, y de *Retentione Bullarum*, ut sunt Allegationes Larreæ, Solorzano, Salgado, & alii (in his aliis est Castillo), el Fiscal del Consejo de Castilla supplicò al Santissimo suspendiesse la proscription: *Et Sua Sanctitas annuit*. Mitto quod non constat, librum Castilli proscriptum esse propter ea, quæ de Tertiarum conditione, seu qualitate continet, & quod de Indiarum decimis specialis est ratio, quia specialis est concessio pontificia.

Septima. Quod concessio juris decimandi & decimarum declarata est inutilis quoad jus, quia scilicet hoc est laïcis incommunicabile, ut decidit Rota (*c*). Sed loquitur Rota de concessione facta à Capitulo Ravennatensi, non de Pontificia. Et ratio, qua decisio nititur, potest intelligi de jure independente & absoluto, non de dependente & cum onere dotandi Ecclesiam.

Majus negotium facessere videtur Ordinatio, de qua infra anno 1511. 8. Aug., in qua Pontifex asserit, Episcopis Indiarum competere decimas cum omni jure Episcopis in Castellæ regnis competente. Sed de hoc ibi Ord. 24. Adnot. 2., & Ord. 18. Adnot. 1.

ORDINATIO XVII.
Anno 1503. 2. Nov.

CONcessa Regibus Castellæ confirmat Pontifex. Mentio fit in Tabulis chronologicis Indiarum P. Claudii Clementis S. J. Estque facta ordinatio, si verum habet, à Julio II. postridie quam electus est Pontifex. Et pronum est ut salutatus de more Regum Catholicorum nomine ab Oratore Hispano voluntatem adversus eos ostenderet officiosam, quæ pro concessorum confirmatione sumatur.

OR-

(a) *Lossada, Chronol. Priv. Ind. in Animadv. contra Vanespen.*

(b) *Episc. de Guad. Fr. Mig. de S. Joseph.* V. Franc. Salgado. -- *Quiros in Novo Promot. Prol. contra Atagon.* --

(c) *Rota apud C. Petra, Tom. 4. Comment. ad CC. Ap. pag.* 293.

ORDINATIO XVIII.

Anno 1504. 16. Nov.

TRes episcopatus (I) in insula Hispaniola instituti sunt, scilicet in Hyuguata (II), Magua, & Bayuna. Mentio fit in eisdem tabulis, & in Compendio Historiali P. Emmanuelis Rodriguez S. J. ad finem Operis inscripti *Relacion del Marañon* y *Amazonas*.

ADNOTATIONES.

(I) *Tres episcopatus*: Sive unus Archiepiscopatus & Episcopatus duo. Tot enim censuit Julius II. instituendos precibus annuens Isabellæ Reginæ Catholicæ ad Sedem Apostolicam delatis, ut refert Herrera (*a*). Sed quia litteræ de institutione post obitum Reginæ, qui contigit 26. Nov. 1504, acceptæ sunt in Hispania, neque ulla in eis fiebat mentio de ecclesiarum patronatu, dilata est executio primum, ac deinde mutata dispositio committente Rege per suum in Romana Curia oratorem Roxas, ut Regibus Castellæ assereretur Indiarum patronatus instar Granatensis, utque à regiis ministris lites dirimerentur de diœceseon limitibus, de quibus inter prælatos non conveniret, utque aurum, metallaque, brasile, & margaritæ decimarentur Regi in solidum cum tertiis decimarum de reliquis fructibus. Hæc habet Herrera.

Sed quid sibi vult ista tertiarum & decimarum nova postulatio postquam Alexander Julii prædecessor cumulum totum regalizaverat? Fortè meditabatur Rex Catholicus Concordatum, quod deinceps cum primis episcopis sub alia forma perfecit, ut supra relatum est, idque agebat apud Pontificem quod postea per alias ordinationes & usum firmatum est cum aliqua varietate, non enim tertia decimarum pars Regi penditur, sed de tertia, alibi de quarta duæ novenæ in signum & recognitionem regiæ protectionis & suprematiæ reservantur.

(II) *Hyuguata*, *Magua*, & *Bayuna*. Est cui visa sunt hæc nomina episcopatuum *in partibus*. Falsò tamen, sunt enim provinciarum nomina in Hispaniola, de quibus vide infra Ord. 22. anno 1508. 28. Jul.

ORDINATIO XIX.

Anno 1506. 23. Jan.

UT Archiepiscopus Braccharensis, & Episcopus Viseensis authoritate apostolica confirment pacem (I) inter Regem Catholicum Ferdinandum & Emmanuelem Regem Portugalliæ, quam ipsi Reges expetebant, ut à certis locis ad alia cuique navigare liceret. Lis exorta erat super cer-

(a) *Herr. Dec. 1. lib. 6. cap. 19.*

Digitized by Google

certis insulis Lasamillis (II) postquam utrique parti positi erant limites ad navigandum per oceanum. Extat apud Autunez lib. 3. de Donat. Reg. cap. 8. post num. 89. Incipit *la que*.

ADNOTATIONES.

(I) *Confirment pacem*. Pacem scilicet seu concordiam initam in Turre Syllana, quæ per recentes in America acquisitiones & progressus vacillabat, connitente Lusitano eas suis finibus contineri. Et sic verum habet quod inquit Gomara (*a*) *los Reies* Catholicos con acuerdo del Papa les dieron otras 270. *leguas*. Non enim apparet Pontificem antehac approbationem apostolicam adjecisse conventioni cum supposita sit Bulla, quam Texeira putavit datam 7. Jun. 1494.: de quo supra Ord. XIV.

(II) *Lasamillas*. Quæ sint hujus nominis insulæ, prorsus ignoro. Sed videtur apud Antunez, à quo textum præsentis ordinationis accepi, per typorum errorem positum *Lasimillas* pro *las Antillas*, ad cujus nominis insulas mens litigantium erat arrecta per id tempus, nam circa Hesperides jam diu cessaverat lis, ac de Moluccis nondum erat mota. Quid circa Antilias amore pacis hic confirmatæ, aut confirmari jussæ, statutum sit, non novi. Cum tamen ab eo tempore Lusitani jus ad illas inclamare desierint, cognovisse videntur, non eo usque protendi posse suæ demarcationis fines.

ORDINATIO XX.
Anno 1506.

AD hoc tempus refert Herrera (*b*) inter mandata quædam Regis Catholici de recta Indiarum gubernatione spirituali illud: *Que* se cumpliesse el Breve del Pontefice acerca que se bautizassen todos los hijos de los *infieles*. Quid vero de hoc difficili argumento decreverit Pontifex, numquid deciderit de exquirendo vel de non expectando parentum infidelium consensu, nec ex Herreræ laconismo, nec aliunde rescire potui. Vide infra Ord. 456. anno 1703. 3. Maji. Circa hoc tempus, aut non multo post annum 1506. Card. Ximenius in Hispania Mauros infideles quodammodo adegit, ut se & filios baptizari sinerent, ut habet Benedictus XIV. lib. 3. De Beatif. & Canoniz. SS. cap. 17. num. 11.

ORDINATIO XXI.
Anno 1506.

INstitutus est Ordo Indicanorum. Meminit D. Heliot, vel quisquis est author Operis Gallici *Histoire des Ordres monastiques* (*c*) ubi dicitur:

(a) *Gomara, Histor. de las Ind. cap. 102.*
(b) *Herr. D. 1. lib. 6. cap. 20.*
(c) *Histoire des Ordres, &c. tom. 1. ch. 46. p. 340.*

Digitized by Google

tur: *Indicanorum* ordinem Franciſcus Modius, aliique nonnulli Authores ajunt eſſe Carmelitani Ordinis germen, inſtitutumque anno 1506. Julio II. Pontifice Maximo. Putat Alexander Roſſ, inditum Indicanorum nomen, quia miſſionibus in Indias recens inventas obeundis erat Ordo conſecratus, & idololatrarum Novi Orbis converſioni. Veſtibus utebantur pullis & tunicis albis loco manicarum apertis ad extrahenda *brachia*.

ORDINATIO XXII.
Anno 1508. 28. Jul.

CUm Catholici Reges, inquit Julius II. ignotis etiam terris crucis vexillum intuliſſent, ſubjugaſſentque inſulas & loca plurima, & inter cæteras maximi pretii & populatiſſimam unam, illique Novam-Hiſpaniam (I) nomen impoſuiſſent, Nos unam Metropolitanam Ayguacenſem, & duas Cathedrales Maguenſem, & Bayunenſem (II) Eccleſias ereximus. In eadem Conſtitutione concedit, quod nullus Eccleſias (III) magnas abſque expreſſo Regis conſenſu conſtrui facere poſſit. Concedit item Regi jus patronatus (IV), & præſentandi perſonas idoneas ad Ayguacenſem, Maguenſem, & Bayunenſem, & alias quaſcumque metropolitanas & cathedrales eccleſias, & monaſteria, & ad dignitates in eiſdem eccleſiis poſt pontificales majores, & in collegiatis principales, & ad quæcumque alia beneficia vacantia, videlicet Summo Pontifici ad conſiſtorialia intra annum propter longam maris diſtantiam, & Ordinariis ad inferiora beneficia, ita ut ſi Ordinarii perſonam præſentatam intra decem dies (V) inſtituere neglexerint, illam inſtituere valeat quilibet Epiſcopus ad requiſitionem Regis. Extat apud Fraſſo (*a*) & apud Solorzanum (*b*). Incipit *Univerſalis*.

ADNOTATIONES.

(I) *Novam-Hiſpaniam*. Intellige Hiſpaniolam, nam Mexicum quod Novam Hiſpaniam appellamus, nonniſi diu poſt, anno 1520. per Corteſium innotuit; nec ſi jam innotuiſſet, inſulis erat annumerandum, etiamſi aliquando Inſulæ appellentur regiones continentis longè ſitæ ad occidentem, ut vide apud Menochium in illud Iſaiæ 11., *Ab inſulis maris*, ubi ait: *Sic vocatur* Græcia, Italia, Hiſpania, & tota occidentalis *plaga*. Et in cap.41. 2. ait: *Inſulas* vocat Inſulanos, hoc eſt, gentes remotas trans mare ſitas, quales reſpectu Judæorum erant Græci, Itali, & *Hiſpani*. Et primæ poſt inventum Novum Orbem relationes Inſulanorum nomen incolis attribuunt indiſcriminatim. Et in erectione Eccleſiæ Tucumanenſis Tucumania à S. Pio V. inſulis annumeratur, ut vide infra anno 1570. 14. Maj. Provinciis de Yucatan antequam Mexico fuit Novæ Hiſpaniæ nomen; ſed in præſente Ordinatione accipi pro Hiſpaniola, ſuadet tum inſu-

(a) *Fraſſo, cap. 1. De Reg. Ind. Patr.* (b) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 2. n. 19.*

Digitized by Google

insulæ qualitas, tum quod in ea tres ecclesiæ primitivæ, quæ per eandem erectionem eriguntur constitutæ sunt.

(II) *Metropolitanam Ayguacensem*. Ayguacensem Ecclesiam, aut Hyugatensem ut alias ab aliis nominatur, & cui ex utroque nomen verius & proprius fit, Hyguacensem, collocat Herrera (*a*), quem sequitur Charlevoix (*b*) in Xaragua ad plagam Hispaniolæ occidentalem: Bayunensem in Bainoa, quæ est Guahava ad occidentem *de la Vega*, nec longe a Xaragua. Addit Herrera, metropolim in Xaragua fuisse constitutam, quia in ejus insulæ prosperitate caput erat. Sed hac ratione constituenda potius videtur in Hyguei provincia, quæ ad orientem & meridiem protenditur, in qua vel juxta quam urbs princeps Sancti Dominici sita est, & erat jam anno 1504. quo de erigendis ecclesiis preces ad Pontificem delatæ sunt. Nec est verisimile, metropolitanam ecclesiam fuisse constitutam in provincia, quæ maximè distat à capitali in ditione christianorum primaria. Quodsi tempore infidelitatis major fuit Xaraguæ prosperitas, jam hæc loco cesserat anno 1503., quo Princeps Anacaona cum regno periit, & ad principum ecclesiarum erectionem minima ratio habetur de infidelium prosperitate sub christianis non permanente, vel aliò à christianis translata, ut videre fuit in erectione metropolis in Peruvio, non Cuzqui, ubi Regia erat Ingarum, sed in Civitate Regum Lima à christianis fundata. Minus etiam verisimile est, civitati vel provinciæ S. Dominici esse negatum vel Episcopum, Bainoæ verò, ubi minus erat necessarius propter sedis metropolitanæ vicinitatem, concessum.

Crediderim ergo, Maguensem ecclesiam in Magua, quæ est *la Vega*, Bayunensem in Bainoa, seu Guahava, & Ayguacensem sive Hyguacensem in Hyguei, ad quam prope spectat provinciam urbs S. Dominici esse constitutas; præsertim cum ratio nominis minus faveat Xaraguæ. Sed hæc etiam erectio, ut & ea quæ facta est quatuor ante annis, executione dilata primum, deinde ob Indorum diminutionem, sine quibus Indiarum provinciæ nihili sunt, in aliam mutata est.

(III) *Ecclesias magnas*. Et parvas addit Jus Indicum (*c*) ibi: *Que no se erija Iglesia Cathedral, ni Parroquial, Monasterio, Hospital, Iglesia votiva, ni otro lugar pio ni religioso sin licencia expressa nuestra*. Idque etiam exprimitur in præsenti Julii II. constitutione in expositione precum ibi: *Quod nulla Ecclesia, Monasterium, aut Locus pius, tam in prædictis jam acquisitis, quam aliis acquirendis insulis & locis absque eorumdem Ferdinandi Regis & Joannæ Reginæ, ac Regum Castellæ & Legionis pro tempore existentium consensu, erigi aut fundari possint*. Et licèt aliquando fuerit permissum erigi religiosas domos cum consensu Proregum, aliorumve ministrorum, ut anno 1591. quo 11. Martii ad Gubernatorem Tucumaniæ data est Matriti Scedula, ut potestatem faceret erigendi domos Societatis; hæ tamen permissiones revocatæ sunt per citatam

(a) *Herr. D. 1. l. 8. c. 10.* (b) *Charlev. Histoir. de S. Domingo. P. 1. lib. 5. pag. 309.*
(c) *lib. 1. tit. 6. leg. 2. Recop. Indiar.*

Digitized by Google

tam legem ibi: *Sin embargo* de qualquiera permission que se huviere dado à nuestros Virrejes, ò otros ministros, que en quanto à esto la revocamos, y damos por ninguna, y de ningun valor *ni effecto*.

Per hæc tamen non videtur prohiberi ospitium in privata domo etiam cum oratorio privato & interiore ubi religiosi unus & alter vivant, non ordine & more communitatis, sed ut incolæ privati, dum regiam permanendi facultatem expectant, si nulla extruatur monasterium redolens fabrica, donec à Rege probetur, juxta legem 1. tit. 3. lib. 1. Recop. Indiar. Illud certè permissum est ab Episcopo & Gubernatore Bonaërensi in suburbio Sancti Petri, ut constat eorum litteris ad Regem Catholicum datis 16. & 20. Febr. 1736. & à Gubernatore & Episcopo Tucumanensibus in urbe S. Salvatoris de Jujui, nec improbatum ab Auditorio Platensi, ut fides fit in quadam Provisione Regia data 3. Jun. 1758. Sed & est certum id esse recens improbatum novo Regii Senatus consulto, eo quod regia facultas præcedere debet etiam ad hospitium & residentiam privatam. Et quidem in causa fundationis Collegii Societatis in Hispania in oppido Vitoria, etiam ut unus vel alter religiosus ibi resideret privatim, donec collegialis residentia permitteretur, ad Regem fuit recurrendum, qui residentiam privatam concessit decreto dato 30. Nov. 1737. confirmato per aliud anni sequentis 1738.

(IV) *Jus patronatus*. Nihil est in regalibus Indiarum tam sanctum, quam ut jus hoc in solidum salvum sit Regi. Et quia Pontifex circa annum 1533. Ferdinando Cortesio jus patronatûs concessit (*a*) in Ecclesias, marchionatûs *del Valle*, Rex Catholicus usum prohibuit, jussitque litteras apostolicas ad Senatum Indicum remitti, quippe subreptitiè obtentas, nec à Summo Pontifice concedendas, si de præjudicio regalibus illato certior esset factus à supplicante.

(V) *Intra decem dies*. Et ita observari è Vicepatronis mandatum est in Jure Indico (*b*): *Si los* preludos ne quisieren instituirlos dentro de diez dias, recurran al prelado mas *cercano*.

ORDINATIO XXIII.
Anno 1510. 8. April.

UT Reges Castellæ exempti sint à solutione decimarum auri, argenti, & cujuscumque metalli. Mentio fit in Tabulis P. Cl. Clementis D. 3. Quoad decimas aliorum fructuum Regem non esse exemptum declarat Jus Indicum (*c*): *Es nuestra* voluntad y mandamos, que todas las haciendas y grangerias, que en las Indias tenemos y por tiempo tuvieremos, los officiales de ellas hagan pagar y paguen el diezmo segun y de la forma que lo pagan los demas *vecinos*. Quanquam & hæc solutio libera est & supererogatoria stante prima concessione decimarum Regibus ab Alexandro VI. facta; ex suppositione tamen redonationis jam hoc tem-

(a) *Refert Herr. D. 5. lib. 2. c. 8.* (b) *Lib. 1. tit. 6. l. 36.* (c) *Lib. 1. t. 16. l. 16. Rec. Ind.*

Digitized by Google

tempore intentæ, & biennio post firmatæ, opus fuit exemptione, vel exemptionis declaratione, tum ne Rex de metallis decimaret, tum ut dum ab aliis decimaretur, metallorum decimæ Regi reservarentur secundùm ordinationem sequentem.

ORDINATIO XXIV.
Anno 1511. 8. Aug.

SUpprimitur erectio Ecclesiarum Ayguacensis, Maguensis, & Bayunensis, & ex integro eriguntur tres episcopales (I) sub Metropolitana Hispalensi, prima in civitate S. Dominici, secunda in civitate Conceptionis ejusdem insulæ, tertia in loco principe insulæ de Boriquen, seu S. Joannis *de Puerto Rico*, cui postmodum annexæ sunt Margarita, & Provinciæ Cumana & Guayana in continente, ut habetur in Synodo hujus Diœcesis (*a*). Eadem Ordinatione, vel alia ejusdem datæ, conceduntur Episcopis (II) decimæ & primitiæ omnium fructuum cum omnimoda jurisdictione spirituali & temporali, cunctisque juribus & præeminentiis, quæ Castellæ episcopis competunt jure & consuetudine, exceptis auro, argento, & fossilibus, gemmis, & lapidibus pretiosis, de quibus nullam partem Episcopis competere declarat Pontifex. Ita habet Herrera (*b*), & Compendium Histor. P. Emm. Rodriguez S. J.

ADNOTATIONES.

(I) *Tres episcopales*. Vincentius Petra postea S. R. E. Cardinalis (*c*) in *Commentariis ad Constitutiones Apostolicas* habet sequentia: *Tali* potestate usi sunt pluries Romani Pontifices neddum erigendo Ecclesias Metropolitanas in civitatibus, ubi non aderant Episcopi, dum ad fidem conversæ fuerunt, ut in Indiis orientalibus actum fuit in Archiepiscopatu Goënsi, in occidentalibus in Archiepiscopatu S. Dominici Limani (corrige S. Dominici, Limano, &c.) seu urbis Regum, & in Mexicano, provinciisque Novi Orbis; sed etiam in locis ubi aderant episcopi, elevando aliquam Ecclesiam Episcopalem in *Archiepiscopalem*.

In omnibus exemplis productis à vero deficit Cl. Author, nam Ecclesia Goënsis, & Ecclesia S. Dominici, & Limana, & Mexicana, & quotquot Metropolitanæ sunt in provinciis Novi Orbis, factæ sunt archiepiscopales ex episcopalibus, ut infra suis locis constabit: ut appareat quantulum faveant viri etiam doctrina & eruditione præstantes rerum indicarum studio. Sola S. Dominici Ecclesia, si nobiscum sentias esse eandem cum Ayguacensi, facta est in Novo Orbe Archiepiscopalis primùm; sed facta est per erectionem modò suppressam, & nunquam executioni mandatam.

(II) *Con-*

(a) *Const. Synod. de Puerto Rico sub Ill. Lopez de Haro. anno 1647. cap. 65.*

(b) *Herr. D. 1. lib. 8. cap. 10.*

(c) *C. Petra, tom. 5. ad Const. 3. Pii II. n. 14.*

Digitized by Google

(II) *Conceduntur decimæ.* Quid de decimis à Julio Pontifice conceditur Episcopis, si ab Alexandro prædecessore jam erant in solidum concessæ Regi? Potest intelligi de concessione confirmatoria, seu de confirmatione redonationis fructuum decimalium, quam ab anno 1506., ut ex Herrera colligere licet, meditabatur Rex Catholicus, quamque perfecit anno sequente 1512. per Concordiam Burgis celebratam, ubi dicitur: *Primeramente* que sus Altezas, porque los dichos obispos tengan à cargo rogar à Dios por sus vidas y Reales Estados, è por sus animas quando de este mundo partieren, è de los Reies que en sus Reinos succedieren, è de los fieles christianos, que descubriendo y ad quiriendo las dichas insulas murieron, les hacen merced, gracia, y donacion desde ahora para siempre jamas de los diezmos à sus Altezas pertenecientez en las dichas Islas, y han por bien que los lleven segun y en la forma que à SS. Altezas pertenecen, y los han llevado por concession è donacion que de ellos les hizo el Papa Alexandro VI... Item, que los dichos obispos han de llevar los diezmos conforme à la Bula concedida por N. M. S. Padre (Julio II.), y no han de llevar diezmos, ni otra cosa alguna de oro, ni plata, ni otro algun minero, ni de perlas, ni de piedras preciosas: y que lo que les perteneciere conforme à la Bula, lo lleven en frutos como en Castilla, y no en dinero como se ha llevado alcun *tiempo*.

Potest etiam intelligi Pontifex decimas concedere per præsentem ordinationem episcopis, idque ea ratione, jure, & modo quo Castellæ episcopis competunt, si nollet Rex aliunde dotem ecclesiis, & congruam sustentationem ministris consignare, nec concordiam quam meditabatur perficere: quod tunc erat integrum. Aut certè tandem facta est erectio Ecclesiarum Novi Orbis cum clausulis, quæ sunt de stilo communi, per quas non derogatur jus speciale quod fortè in particularibus ecclesiis obtineat.

ORDINATIO XXV.

JUlius II. declaravit qualitatem aut formam habitus externi coronatorum seu clericorum. Mentio fit in sæpius citato Burgensi concordato, ubi dicitur: *Por virtud* (I) de la Bula de N. S. P. Julio II. concedida para la declaracion del habito, que han de tener los coronados, los dichos obispos hagan luego la declaracion de esta manera: Que traigan corona abierta tan grande como un real castellano al menos, y el cabello de dos dedos bajo de la oreja, que se algo maslargo siguiendo mui poco hazia atràs, y la ropa de encima sea tabardo ò capuz cerrado, ò loba cerrada ò abierta qual quisiere, con tanto que sea la ropatan larga, que al menos con un palmo llegue al empeine del pie, y que assi la ropa de encima como las otras apparentes no sean coloradas, ni verdes claras, ni amarillas, ni de otra color (II) *dehonesta*.

AD-

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *En virtud*. Hinc patet, unde vim habeant Regum Catholicorum leges quæ plurimæ ſunt de rebus eccleſiaſticis Indiarum, ut hæc materia integros Recopilationis titulos abſorbeat, & totum ferè librum primum, præter ea quæ poteſtatis œconomicæ propria ſunt. Scilicet feruntur hæ leges *in virtute* juris eccleſiaſtici alicujus in decretis pontificiis, aut conciliaribus emicantis, ſcripti, aut uſu & conſuetudine præſcripti, in ceremonialibus, aut etiam obligationibus juſtitiæ, vel juris divini & naturalis, quorum executionem urget nihilominus Princeps ut plurimum rogando & hortando, interdum etiam mandando & ordinando.

Et hinc dirimitur dubium quod pluribus alii tractant, an regiæ ſchedulæ, ut appellant, *de Ruego y Encargo* de rebus eccleſiaſticis & ſpiritualibus ad eccleſiaſticos & religioſos directæ vim habeant obligantem in conſcientia? Habent planè, quatenus obligationem inculcant eccleſiaſticis aliunde imminentem. De quo vide Solorzanum (*a*). Nempe Rex nomine & re Catholicus eſt Advocatus & Protector Eccleſiæ, cujus cauſam agit, dum eccleſiaſticorum canonum executionem indicit. Vide M. Henricum Florez (*b*) qui in eandem rationem habet ſequentia: *Poteſt* occurrere caſus quo epiſcopi ad celebrandam ſynodum adſtringantur a Principe, putà ſi publicis eccleſiaſticorum vitiis mederi negligerent....... Non quod ſpiritualis ſit regia juriſdictio, ſed quia juri ſupremo addicta eſt eccleſiæ protectio: & in illo caſu ut legum à SS. Patribus conſtitutarum executores *operantur*. Citatque Iſidorum (*c*) & Auguſtinum contra Creſconium.

Porro aliena non eſſe a Principe Chriſtiano hujuſmodi officia, conſtat ex provincia data per Nicolaum II. S. Eduardo Anglorum Regi, ut refert Ealredus in ejus Vita apud Natalem Alexandrum (*d*) per hæc verba: *Vobis* verò & poſteris veſtris Regibus committimus advocationem & tuitionem ejuſdem loci, & omnium Angliæ Eccleſiarum, ut vice noſtra cum conſilio Epiſcoporum & Abbatum conſtituatis ubique quæ juſta *ſunt*. Et quoad cauſas & lites ad præſentationes & jura regii patronatus extat ſpecialius privilegium Philippo II. à Gregorio XIII. conceſſum, quod refert Hontalba (*e*) *Para que los* de ſu Conſejo y Camara conozcan, como antes lo hacian y les pertenecia à los ordinarios de todas las cauſas y litigios, que pudieſſen occurrir cerca de las preſentaciones y derechos del Real *Patronazgo*.

(II) *Color deſhoneſta*. In eundem ſenſum clericorum cultum moderatur Concilium Limenſe III. ut ſequitur (*f*): *Habitus* externus clericorum decens ſit, nihil profanum, nihil ambitioſum præſeferat Veſtes neque verſico-

(a) *Solorz. T. 2. De Ind. Jur. l. 4. c. 12. n. 36.*
(b) *Flor Eſpana Sag. tom. 6. tr. 6. c. 2. n. 19. & 20.*
(c) *Iſidor. l. 3. ſent. cap. 51.*
(d) *N. Alex. Hiſt. Eccl. ſæc. XI. c. 1. art. 9.*
(e) *Hontalba, 9. V. Dictam.*
(f) *C. Lim. ann. 1583. Act. 3. cap. 16.*

Digitized by Google

ſicolares neque ſericæ ſint, neque aut breviores aut ſtrictiores, neque contra prolixiores, aut ſplendidiores quam decet, ſed pro eccleſiaſtica gravitate talares. Removeantur ergo à clericorum uſu nova quædam inventa indumentorum & ornatus, quæ milites non clericos decent, qualia ſunt quæ patrio more vocare ſolent *lechuguillas*, *polainas*, *puñetes*; *guarniciones de ſeda*, *fajas en los manteos*, *alamares*, *monteras*, *pantuflos o zapatos de ſeda*, *follages en las calzas ò muslos*, *aunque ſean de paño*.

ORDINATIO XXVI.
Anno 1514.

FActa eſt Abbatialis Eccleſia Jamaicæ. Ita P. Cl. Clemens in Tabulis Chronol. Ind. Decad. 3. Et eſt unica, quod ſciam, in Novo Orbe Eccleſia eo titulo decorata, brevî duraturo. Primus Abbas fuit Petrus Martyr de Anghiera ſive de Angleria Italus, qui tamen non videtur Eccleſiam ſuam, neque Novum Orbem niſi ſcriptis ſalutaſſe. Nec Abbas eſt renuntiatus, niſi aliquot poſt Abbatiæ erectionem annis, nempe poſt Caroli V. in Hiſpaniam adventum, ut refert Nicolaus Antonius (*a*). An verò jure aliquo, an ſola dignitate, vel nomine hæc Abbatia ſit inſtituta, ignotum mihi eſt.

ORDINATIO XXVII.
Anno 1514.

ERigitur prima in Novi Orbis continente Sedes epiſcopalis Darienſis in Sanctæ Mariæ *de la Antigua*. Etſi continentis pars ad ora fluminis Orinoci jam erat obnoxia Epiſcopo Sancti Joannis *de Puerto Rico*, ſi extenſio juriſdictionis illius ad Cumanam & Guayanam, de qua ſupra Ord. XXIV., non fuit epiſcopatûs erectione poſterior. Meminit Herrera, Decade 1. lib. 10. cap. 7.

ORDINATIO XXVIII.

LEo X. privilegia quædam conceſſit primo Darienis Epiſcopo Ill. Joanni Quevedo aliàs Cavedo. Sed illa quæcumque ſint, fuerunt perſonalia, ut ſine diſpendio diſparuerint. Refert Fr. Franciſcus Diaz in *Relatione Miſſionum Indiarum occidentalium* apud Fr. Dominicum Loſſada (*b*). Etiam Prælato, cui perſonaliter conceſſa ſunt, defuiſſe tempus utendi, teſtis eſt ipſe in diſceptatione habita coram Cæſare cum lic. Caſas nondum Epiſcopo Chiapenſi ſuper Indorum conditione, quam refert Herrera (*c*). In illa ſic ajebat Epiſcopus: El *Rei Catholico* vueſtro avuelo mando hacer una armada, para ir à poblar la tierra firme de las Indias,

(a) *Nic. Ant. Append. ad Biblioth. Nov. tom. 2. pag. 327.*

(b) *Loſſada Chronol. Privil. Ind.*

(c) *Herr. D. 2. l. 4. cap. 4. anno 1519.*

dias, y supplicó à N. M. S. Padre, me criasse obispo de aquella primera poblacion, y dexados los dias que he gastado en la ida y en la venida, cinco años he estado alla, y como fuimos mucha gente, y no llevamos que comer mas de lo que huvimos menester para el camino, toda la demas gente se nos murio de hambre, y los que quedamos, por no morir como aquellos, en todo este tiempo ninguna otra cosa hemos hecho que ranchear y comer.... y en lo que toca à los Indios, segun la noticia que de los de la tierra en que estado tengo, y de los de las otras tierras, que viniendo camino vî, a quellas gentes son siervos *à natura*.

Horum primum de negotio gesto apud Indos, pro modestia loquentis dictum accipe. Secundum de Indorum servili natura cum moderatione intelligendum. Quoad primum constat, Episcopi missionem & aliorum sacerdotum, non fuisse inutilem ex numero baptizatorum tum infantium, tum adultarum fæminarum, quem refert Herrera. Quoad secundum, ex licentiati Casas responsione colligitur, Episcopum Indos fecisse à natura servos secundùm sententiam Aristotelis initio Politicorum. At Aristoteles cum D. Thoma ibi potest intelligi, & sic interpretatur Acosta (*a*), de servitute quadam, non herili, sed politica aut œconomica, quatenus congruum est & naturæ conforme, ut rudiores à sapientioribus regantur, dirigantur, corriganturque: quod servitutis genus cadit etiam in filium, cum sit dominus omnium (Ad Galat. 4.).

Hic corrigendus venit Solorzani error pluries repetitus, tum in Politica, tum in Opere latino. Ibi (*b*) ait: *El Obispo* del Darien Fr. Thomas Ortiz en aquellas porfiadas y repetidas disputas, que sobre este punto tuvo con el Obispo de Chiapa, en presencia del Señor Emperador Carlos V. y de sus Consejos, se atrevio à decir y affirmar que (los Indios) eran siervos *à natura*, contando de ellos y de su incapacidad tantos vicios y torpezas, que parece persuadian se les hacia beneficio en quererlos domar, tomar, y tener por *esclavos*. Citatque Herreram (*c*) pluribus in locis, ex quibus error innotescit.

Nempe confundit Solorzanus Thomam Ortiz Dominicanum cum Joanne Quedo Franciscano, Episcopum Sanctæ Marthæ cum Episcopo Darienis, disputationem habitam anno 1519., quo mortuus est Episcopus Darienis, cum habitis diu post inter Ill. Casas, & Joannem Genesium de Sepulveda. Episcopi Dariensis disputatio cum Lic. Casas necdum Episcopo, necdum Ordinem Prædicatorum ingresso, finem habuit hora brevi (*d*). Neque usque a Deo sententiæ de Indorum servitute adhæsit Dariensis, quin illam aliquando reprehenderit, ut cum Franciscus Becerra plures manu captos in Darienem asportavit anno 1515., *contradiciendo* el Obispo la saca de ellos, porque decia que no tenia por licito este *aprovecha-*

(a) *Acosta, De Nat. N. O., seu De Procur. Indor. salute, lib. 3. cap. 16.*

(b) *Solorz. tum alibi, tum lib. 1. Pol. c. 9. & l. 1. c. 1.*

(c) *Herr. D. 2. l. 4. c. 4. & 5. Et D. 3. l. 8. c. 10.*

(d) *Herr. D. 2. l. 4. c. 5.*

Digitized by Google

vechamiento. Ex quo etiam infertur, per conditionem à natura servilem; quam Dariensis Episcopus Indis attribuit coram Imperatore, aliud significare voluisse quam servitutem herilem & emptitiam quam antea improbaverat ipse.

Fr. Thomas Ortiz multa Indorum vitia (*a*) ad Regium Senatum retulit ex America redux juxta Herreram & Gomaram (*b*), anno 1525., ut censet Ægidius Gonzalez Davila, vel anno 1527. ut corrigitur a P. Echard Dominicano (*c*). Sed quocumque ex his anno factum sit, P.Casas Hispaniam non cogitavit ab anno 1522. ad 1530., quo jam Ortizius Americam repetierat nunquam rediturus in Hispaniam. Nunquam igitur Chiapensis cum Ortizio de Indorum conditione congressus est.

ORDINATIO XXIX.
Anno 1514. 6. Jun.

COnfirmat & extendit Leo X. in favorem Regis Portugalliæ conquistarum patronatum ad quascumque ecclesias Africæ, & aliarum provinciarum ultra mare in terris acquisitis & acquirendis. Mentio fit in *Formula* Juramenti à missionariis præstandi juxta decretum Seren. Portugalliæ *Regis*. Incipit Constitutio *Dum fidei*.

ORDINATIO XXX.

PEr id tempus ad instantiam Regis Lusitaniæ per suum in Romana Curia oratorem Tristanum de Acuña factam, concessit Leo ad promovendam in Africa & Asia religionis causam, tertias decimarum ad ecclesiarum fabricam designatas, ac de reliquis ecclesiarum redditibus decimam partem. Sed post triennium ab exactione cessatum est, erogatis à Clero centum-& quinquaginta mille cruciatis. Refert Mariana, Hist. Rer. Hisp. lib. 30. cap. 23.

ORDINATIO XXXI.
Anno 1514. 2. Nov.

COntinet donationes, concessiones, privilegia, patronatus, & concordata cum Regibus Castellæ circa conquistas à Nicolao V. Calixto III. Sixto IV. & aliis. Ita habetur in cit. *Formula Juramenti*. Incipitque *Præcelsæ*. Et Constitutio Sixt. IV. hic insinuata ea est fortè quam supra retuli anno 1484.

OR-

(a) *Vide infra Ord.* 59. (b) *Herr. D.* 3. *l.* 8. *c.* 10. *Gomara*, *c.* 217. (c) *Echard*, *Tom.* 2. *Scriptor. O. P. pag.* 83.

Digitized by Google

ORDINATIO XXXII.
Anno 1516. 31. Mart.

COnſtitutio *Dum fidei*, de qua nuper Ord. XXIX. declaratur. Mentio fit in cit. *Formula* qua tamen non exprimitur, nec aliunde ſcire datum eſt, quid contineat declaratio. Incipit *Dudum pro parte*.

ORDINATIO XXXIII.
Anno 1517.

POntifex Inquiſitores fecit Epiſcopos Indiarum, delata in poſterum erectione Tribunalis Inquiſitionis. Ita P. Emmanuel Rodriguez S. J. in *Compendio Hiſtoriali*. Licet Herrera infra citandus dubium ingerat, an hæc fuerit ordinatio pontificia, an Generalis in Hiſpania Inquiſitoris. Eâ cujuſcumque ſit, non novum Epiſcopis munus eſt impoſitum, ſed integratum quod habent jure communi. Id ipſum Rex Catholicus ab anno 1506. ordinaverat, ut refert Herrera (*a*). Hinc poſſunt Epiſcopi etiam poſt erectum S. Inquiſitionis Tribunal cauſas Indorum judicare; quamvis Inquiſitores in America jus dicant, ut revera dicunt, ſicut & in Hiſpania, privativum reſpectu Epiſcoporum. Ratio eſt, quia jus Epiſcoporum adverſus Indos, quod habent lege communi, non fuit imminutum inſtitutione Inquiſitionis, pro ſolis Hiſpanis ſeu Europæis facta, non pro Indis, ut notavit Herrera (*b*), & Jure Indico decernitur (*c*) ibi: *Por eſtar prohibido à los Inquiſitores Apoſtolicos proceder contra los Indios, compete à los Ordinarios eccleſiaſticos ſu caſtigo*. Et ſic obſervatur: ut appareat Exteri neſcio cujus, quem Gumilla (*d*) carminat, moroſitas, qui fidem Indorum concepto ex Inquiſitionis ſeveritate metu & terrore niti cauſatur, cum verum ſit Indorum pleroſque neque ſi Inquiſitionis tribunal eſt audiviſſe. Author eſt Herrera (*e*), Cardinalem Toletanum Inquiſitorem Generalem hoc anno deſtinatis in Novum Orbem Epiſcopis provinciam dediſſe in hæreticos & apoſtatas inquirendi. Ex quo relinquitur in medio, an Epiſcopi hanc provinciam ſuſceperint jure ordinario, an delegato. Et proximum vero eſt, ut utroque. Vide Ord. 129.

ORDINATIO XXXIV.
Anno 1518. 24. Januar.

ERigitur in Epiſcopalem Eccleſia Yucatanenſis, aliàs *de Cozumel*, alias de Santa Maria *de los Remedios*. Ita D. Gonzalvus de Paz in Tabula undecim Eccleſiarum Cathedralium Novæ Hiſpaniæ. Primus Epiſcopus

(a) *Herr. D. 1. lib. 6. cap. 20.*
(b) *Herr. c. 19. Deſcript. ind. Occ.*
(c) *Lib. 6. t. 1. l. 35. Recop. Indiar.*
(d) *Gumilla, Orinoco Illuſtr. P. 1. cap. 16. pag. 252.*
(e) *Herr. D. 2. l. 2. c. 16.*

Digitized by Google

pus designatus est Fr. Julianus Garcés, non Joannes Garcés, ut habent Herrera (*a*), & Solorzanus (*b*), cujus nominis fuit religiosus ejusdem Ordinis cum Juliano, & coævus in America, sed Conversus, & à barbaris de Cumana anno 1513. occisus. Verùm erectio præsens evanuit, cui occasionem fecerat error putantium, Yucatanum jam hoc tempore esse locum aut regionem idoneam constituendæ Sedi.

ORDINATIO XXXV.

Anno 1521. 25. April.

RElatis concessionibus à Nicolao IV., Joanne XXII., Urbano V., Eugenio IV., & aliis Romanis Pontificibus factis nonnullis tunc expressis Fratribus (1), qui ad terras infidelium destinati erant, verbum Dei proponendi, absolvendi ab excommunicatione, baptizandi, pœnitentiam, eucharistiam, extremam unctionem ministrandi, & Episcopis non existentibus confirmationis sacramentum, & minores ordines conferendi; capellas, & altaria, necnon calices & paramenta benedicendi, ecclesias vel cemeteria reconciliandi, eisdem de ministris providendi; indulgentias, quas Episcopi impertiendi, & alia quæcumque faciendi, quæ ad augmentum divini cultus, ad conversionemque infidelium ipsis viderentur expedire; necnon utendi chrismate sacro & oleo antiquis usque ad tres annos cum novum haberi non posset; dispensandi ut noviter conversi uxores lege divina non prohibitas retinerent; ac de causis matrimonialibus cognoscendi, quæ aliàs ad Summum Pontificem essent deferendæ; omnium fidelium in terris prædictis existentium confessiones audiendi; vota commutandi, excommunicatos à canone vel alio modo absolvendi, non jejunandi si jejuniorum tempore vitæ necessaria haberi non possent, & participandi indulgentiam in terram sanctam proficiscentium. Relata etiam extensione ab iisdem Pontificibus facta ut Seraphici Ordinis professores omnes ad dicta loca transire volentes præmissis omnibus gratiis gaudere possent, prout ipsis Fratribus pro Fratrum prædictorum vita indultum erat, Joanni Clapion, & Francisco de Angelis Minoritis ad Indianas insulas, aliasque Caroli V. provincias se conferentibus, & ad eorum vitam quatuor aliis deputandis prædictis gratiis uti posse, motu proprio concessit Leo X. Voluit autem ne ea quæ ad ordinem & episcopalem dignitatem pertinent, ullus eorum exercere posset, nisi in provinciis ubi episcopus non fuerit. Non obstantibus quibuscumque. Incipit *Alias felicis*. Extat in Bullar. Roderici (*c*).

ADNOTATIONES.

(1) *Tunc expressis fratribus*. Est ergo privilegium personale quod jam diu cessavit, maximè cum hæc limitatio in expositione facti seu in constitu-

(a) *Herr. D. l.* 3. *c.* 11.
(b) *Solorz. lib.* 2. *Pol. c.* 1.
(c) *Roder. Bulla* 3. *Leonis X. Et Veracruz in fine* Speculi Conjug.

Digitized by Google

ſtitutionis exordio & relatione contenta, replicetur à Leone in ſua conceſſione ad perſonas nominatas & ad quatuor alias deputandas contractâ, quarum obitu expiravit facultas. Id obſervari olim fecit D. Joannes Cevicos Vicarius Generalis Archiepiſcopi Manilienſis apud Fr. Dominicum Loſſada Ordinis S. Franciſci Indiarum commiſſarium, qui contendit tamen, privilegium hoc perſonale eſſe realizatum, & donatum perpetuitate ab Adriano VI., non quod Adrianus privilegium prædeceſſoris expreſsè recuderit, ſed quatenus omnimodam authoritatem, de qua ſuo loco, indefinitè conceſſit, quam Leo ad tunc expreſſos Fratres contraxerat.

Sed licèt hoc verum ſit de privilegiis in prima parte præſentis ordinationis relatis, & de propria Leonis conceſſione, in quibus expreſſa fit perſonarum determinatio, falſum tamen eſt de privilegiis eiſdem prout contentis in extenſione relata, ibi: *Ut Seraphici Ordinis profeſſores omnes* &c. ubi dicitur, omnibus Franciſcanis concedi quod quibuſdam, & prout quibuſdam ad eorum vitam erat indultum. Videndum ergo eſt in relatis Conſtitutionibus quæ privilegia ſint indefinita, nam hæc niſi poſteriore aliquo jure interciderint, quantum eſt ex præſenti ordinatione, ſpirant adhuc.

Certè ex Pontificibus à Leone nominatis Joannes XXII. conſtitutionem fecit, ſive eadem ſit ad quam alluditur in præſenti ordinatione, ſive alia ejuſdem argumenti & virtutis, qua *Fratribus* Minoribus in quaſcumque mundi partes proficiſcentibus pro exercitio miſſionum conceſſus fuit uſus juriſdictionis quaſi epiſcopalis in illis locis, ubi catholici non erant *Epiſcopi*, ut ſunt verba Benedicti XIV. (*a*). Quam conſtitutionem adhuc uſu vigere conſtat ex decreto S. Congregationis ibidem à Summo Authore relato, edito 5. April. 1704. in cauſa Marochitana Ven. Servi Dei Joannis de Prado, quo approbata fuit validitas proceſſus conditi à quodam Fr. Mathia miſſionario, quanquam ab Ordinario ſolo conficiendus erat, ſcilicet quia per dictam Joannis XXII. conſtitutionem Franciſcani in dictis locis ſunt quaſi Ordinarii, quibus ea licent quæ Epiſcopis, exceptis quæ ad poteſtatem ordinis ſpectant.

In Hiſtoria Concilii Tridentini (*b*), ubi ſermo fit de opinione judicantium facultatem adminiſtrandi Sacramentum confirmationis, non poſſe delegari presbyteris eam de ſuo non habentibus, ſic habet Card. Palavicinus: *Fu altresì* d' Adriano in cio che ſcriſſe avanti il pontificato, ma pervenuto à quel grado ſeguì le veſtigia del anteceſſore, & ad iſtanza di Fra Giovan Clapion è di Frate Franceſco degli Angeli (amendue confeſſori di Carlo V., è l'ultimo dipoi Cardinale) concedette à Frati Minori facolta di miniſtrare un tal ſacramento nelle Indie ove mancano i Veſcovi: il qual privilegio authentico ſi conſerva nel monaſtero di S. Franceſco di Siviglia: & è, piu veramente confirmazione de' privilegi conceduti da vari Pontefici *antecedenti*. Et recentior quidam profeſſor Tirnavien-

(a) *B. XIV. lib. 2. De Beatif. &c. cap. 2.* (b) *Palavic. lib. 8. num. 47.*

Digitized by Google

viensis P. Joannes Baptista Prileszki S. J. sic habet (*a*): *De Adriano* VI. scribit Lucas Wadingus in Annalibus Minorum, quod anno 1521. 25. April. ad petitionem FF. Clapionis & Francisci de Angelis indulserit, ut in Indiis ubi non sunt episcopi, sacerdotes ex ordine S. Francisci confirmare possent chrismate ab Episcopo consecrato, hujusque concessionis exemplar authenticum in cœnobio Hispalensi ejusdem Ordinis asservari *addit*. In quibus animadverte 1. Constitutionem Adriano per errorem attributam esse præsentem Leonis X., qui anno 1521. 25. Aprilis vivus adhuc sedebat Pontifex moriturus eodem anno Kalendis Decembris. 2. Confirmationis conferendæ facultatem non esse Fratribus quibuscumque ad instantiam duorum, qui nominantur in Constitutione, sed motu proprio concessam duobus illis & quatuor aliis, quantum est ex præsentis ordinationis transumpto, quod ad manum est. An revera Clapion & de Angelis Caroli V. Confessarii, quorum secundus biennio post renuntiatus Ordinis Minister Generalis, deinde (*b*) Cardinalis cognomento *de Quiñones*, Americam, quo se conferebant, ut in textu ordinationis habetur, reipsa transmiserint, mihi valde dubium est.

ORDINATIO XXXVI.
Anno 1521.

SEdes episcopalis Darienis translata est Panamam. Meminit Herrera (*c*) ad marginem scribens: *Fr. Vincentius Peraza renuntiatur Episcopus Panamensis*. Et Frasso inquit: *En la* (*ereccion*) de Nuestra Señora de la Antigua del Darien, que hoi está en Panamá por D. Fr. Vicente Peraza en Burgos à 1. de *Diciembre* 1521. Neque multum distat Charlevoix (*d*). Verum Herrera (*e*) ad annum 1526. refert, Sedem Episcopalem adhuc præstare in Sanctæ Mariæ *de la Antigua*, nec à Rege probari mutationem. In *Descriptione Indiarum occidentalium* dixerat, paulo post annum 1519., scilicet post primi Episcopi obitum translatum esse. Certè ante annum 1531. jam Panamæ fixa erat sedes (*f*).

ORDINATIO XXXVII.
Anno 1522. 9. Maii.

EXpositio per Carolum V. desiderio promovendi religionem præsertim in partibus Indiarum, petitioneque facta ut ex omnibus Ordinibus FF. Mendicantium (1), præsertim Minorum regularis observantiæ eò aliqui transmitterentur, decernit Adrianus VI., ut omnes Mendicantes præsertim Minores à suis prælatis nominati, qui voluerint sponte ad Indias Indos convertendi & instruendi causa, possint se transferre, dum talis suffi-

(a) *Prileszki, Tract. de Sacram. n.* 389.
(b) *Vide Marc. de Lisb. P.* 3. *Chron. lib.* 8. *cap.* 42.
(c) *Herr. D.* 3. *lib.* 1. *cap.* 16.
(d) *Charlev. Histoir. de S. Dom. lib.* 6. *pag.* 438.
(e) *Herr. D.* 3. *l.* 10. *cap.* 9.
(f) *Herr. D.* 4. *l.* 10. *cap.* 5.

Digitized by Google

ſufficientiæ ſint, ut Regi & Regio Senatui ſint grati (II). Vult ut Rex numerum aſſignet. Conceditque ut prælati Fratrum, & alii quibus ipſi commiſerint, in partibus ubi Epiſcopi non fuerint creati, vel ſi fuerint, intra duas dietas (III) ipſi vel ipſorum officiales (IV) inveniri non poſſint, tum quoad Fratres & Religioſos ad hoc opus deputatos, tum quoad Indos ad fidem converſos, tum quoad alios chriſticolas ad id opus eos mittentes, omnimodam (V) Pontificis Summi authoritatem in utroque foro habeant, tantam quantam ipſi judicaverint opportunam pro converſione & manutentione Indorum (VI). Et quod prædicta authoritas extendatur ad omnes actus Epiſcopales (VII), qui non requirunt ordinem epiſcopalem, donec per Sedem Apoſtolicam aliter fuerit ordinatum (VIII). Datum Cæſarauguſtæ (IX). Extat apud Alphonſum de Veracruz (*a*), Incipit *Exponi nobis*.

ADNOTATIONES.

(I) *Ex omnibus Ordinibus Fratrum Mendicantium*. Dubitatum fuit, an hîc comprehenderentur Clerici Regulares Societatis Jeſu, quia licet verè religioſi eſſent, & mendicantes, ut declaravit S. Pius V. Conſt. *Dum indefeſſæ*. 7. Jul. 1571., Fratres audire nolebant opinione vulgi. Sed quid quid de hac opinione ſit, in eadem Conſtitutione Piana Fratribus, nec tantùm Mendicantibus annumerantur. Et in Jure Hiſpano-Indico (*b*) extat lex ut ſequitur: *Por que* ſe ha dudado, ſi los religioſos de la Compañia de Jeſus podian ſalir à las doctrinas de los Indios ſegun ſu regla, y parecio que por la Bula de Adriano VI. lo podian hacer como los demas religioſos ordenamos que aſſi ſe haga y *cumpla*.

(II) *Ut Regi & Regio Senatui ſint grati*. Etiam hinc authoritatem habent leges indicæ, quibus tam multa præſcribuntur circa religioſos, & eorum miſſiones, tranſitum, numerum, qualitates, & miniſteria, nominatim ea (*c*): *Encagarmos* y mandamos, que los Commiſſarios.... haian dedar razon en el Conſejo de las Indias de las perſonas, nombres, edad, naturaleza, y calidades de los religioſos, paraque entienda ſi ſon los que conviene para el effecto à que van, y ſi pueden alli ſer *utiles*.

(III) *Intra duas dietas*. Dieta eſt diei unius iter. Eſtque duplex, vulgaris & legalis. Legalis continet viginti-mille paſſus, ſeu ſeptem ferè leucas trium milliarium in ſingulas. Conſtat ex leg. 1. ff. *Si quis cautionibus*, ibi: *Viginti* millia paſſuum in ſingulos dies dinumerare jubet *Prætor*. Vulgaris dicta eſt iter, quod uno die vulgo fit: quod variè computatur, nunc pro decem leucis, nunc pro duodecim. Vulgaris dicitur dieta contrapoſitivè ad legalem quamvis in legibus aliquis ſit dietarum vulgarium uſus, ut in Jure Caſtellano (*d*): *y que* eſtas dietas ſean de diez leguas y no mas, eſto es, camino de diez *horas*, ut Hiſpani terra itinerantes communius computant, nam ſpeciale eſt in nonnullis provinciis, ut in Tucu-

(a) *Veracruz*, *ad finem* Speculi conjug.
(b) *Lib.* 1. *tit.* 15. *leg.* 27.
(c) *Lib.* 1. *tit.* 14. *leg.* 4.
(d.) *Leg.* 18. §. 2. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop. Caſtell.*

Digitized by Google

Tucumaniæ præfectura ad aliquos effectus sex-mille ulnas in singulas dimetiri leucas: idque servatur in terræ dimensionibus, cum merces, ut ajunt, à Gubernatore Regis nomine fit.

Quando verò aliud verbo, aut consuetudine non exprimitur, communior est sententia, dietam accipi pro vulgari, ex *cap. Præsenti*, *De Præbendis in 6.* sic habente: *loca* verò intelliguntur vicina eidem curiæ in præmissis, quæ remota ultra duas dietas legales (quas hoc casu sic specialiter volumus computari) à loco ubi moratur ipsa curia, non *existunt*. Ubi Glossa V. *Specialiter* addit: *Si hoc* est speciale, ergo ipsius contrarium est *generale*. Nihil tamen obstat quominus dieta accipiatur pro legali cum intersit, ut in favoribus canonicè ampliandis. Et ita sentiunt aliqui apud P. Marquez (*a*). Quibus adde tu si favores ii sint, per quos jus alterius non lædatur, nec aliquid illorum interveniat, quibus etiam in favoribus præscribitur restrictio, de quo vide Suarez lib. 8. De Legibus, cap. 28.

(IV) *Ipsorum officiales*. Cum plures esse possint Episcopi officiales, seu vicarii, nempe generales, & foranei, in spiritualibus, & in contentiosis, quibus nunc majores, nunc minores facultates propriæ sunt, vel concedi possunt, ii officiales in præsenti ordinatione sunt intelligendi, qui facultates necessarias communicare possint pro tempore vel casu Fratribus, vel qui facultatem habeant per se agendi in præsentia, quod Fratribus in eorum absentia conceditur; quamvis vicarii foranei sint. Quod si officiales ii sint qui nec possint per se operari, nec facultatem ad operandum pro re nata conferre, illorum præsentia aut propinquitas quoad præsens attinet, impertinens est.

(V) *Omnimodam authoritatem*. Quantumvis generalis & indefinita sit concessio hæc, non comprehendit ea quæ rarò & difficilè conceduntur, si talia sint ut credantur in specie neganda fore, nam regula juris est Cap. 81., *De Regulis juris*, *quod in generali* concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie *concessurus*. Et ita censet Fr. Joannes Baptista Minorita (*b*), cujus verba sunt: *Per illa* verba *Omnimodam authoritatem* non venit intelligendum quidquid Papa potest ... Sed illa intelligit quæ communiter Papa suis legatis commendat, & ea quæ non semper sed aliquando committit, quæ viri cordati judicabunt in particulari, ut absolvere ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, dispensare in voto castitatis, & in impedimentis matrimonii de jure humano. Hæc & similia absque dubio conceduntur, quia hæc committi solent legatis, & sæpè indiget hæc Ecclesia hujusmodi facultatem ad manum *habere*.

(VI) *Opportunam pro conversione & manutentione indorum*. *Ut quando* (prosequitur idem author) esset utile alicui ad vitandum peccatum, ut plus diligat ministros evangelii, & ut quietius vitam agat cum conjuge, quæ causæ non sufficerent ad utendum hac facultare cum fratribus, vel cum

(a) *Simon Marquez S. J. lib. 2. Brasiliæ Pontif. L. 4. l. 7. Vide Azebed. in leg. 20. t. 7. l. 1. Recop., & Greg. Lop. in leg. 4. tit. 16. Part. 2.*

(b) *Fr. Juan B. in Adver. pro Confes. Indor. fol. 139.*

Digitized by Google

cum aliis, quia ultra causam rationabilem requiritur quod cedat in bonum Indorum directè vel indirectè. Quod est maximè notandum propter Hispanos, quibuscum nullo modo dispensandum est nisi in ordine ad bonum *Indorum*. Cum autem præsentis concessionis causa sit finalis, non tantum conversio Indorum, sed manutentio, quantum est ex hac parte perstabit concessio, etiam post exactam infidelitatem: si ut conserventur & perseverent in fide, opportuna sit, quia ut tradit J. C. Pignatelli (*a*), *Dum* non cessat adæquata ratio privilegii, sed remanent aliquæ reliquiæ ipsius, neque etiam cessat *privilegium*.

(VII) *Ad omnes actus episcopales*. Hinc patet quod supra inferebat Fr. Joannes Baptista, per omnimodam authoritatem hac constitutione collatam non concedi quidquid Papa potest, nam ab omnimoda Papæ authoritate non fit extensio ad actus episcopales, cum ii potissimum in illa comprehendantur. An verò concedatur facultas administrandi sacramentum confirmationis, tonsuram conferendi & minores ordines, dubitaverit quis. Et quidem quo ad loca extra limites parochiarum & episcopatuum sita solum obstare videtur quod ejusmodi actus raro conceduntur non episcopis, excipiendi propterea in generali concessione juxta regulam juris supra positam. Quam exceptionem firmat non usus etiam inter Franciscanos, ad quos principaliter dirigitur concessio, quamvis de praxi confirmationem administrandi à nonnullo adhibita memoria est, ut vide infra anno 1753. 2. Martii.

Sed licet nullus fuisset hujus facultatis usus, est qui reponat (*b*), privilegia quæ in damnum tertii non cedunt, non cassari per non usum, de quo vide Castropalaum (*c*). Ac de raritate dici potest, non esse tantam, cum Leo X. supra Ord. 35. à pluribus Pontificibus affirmet non uni concessum, & infra sæpè occurrant ejusmodi facultates. Sed obstat responsio Congregationis Concilii anno 1574. 18. Martii apud Card. Petra (*d*), qua proposito dubio an Abbas Casinensis habens ex privilegio apostolico ut possit ea omnia quæ spectant ad Episcopum, exercere, præterquam chrisma conficere & sacros ordines conferre, possit sacramentum confirmationis administrare; censuit non posse, cum ea quæ sunt ordinis, requirant specialem mentionem, ut intelligantur inferioribus prælatis concessa.

(VIII) *Donec per sedem Apostolicam aliud non fuerit ordinatum*. Nondum quidquam, quod sciam, est aliter ordinatum quo ad loca extra limites episcopatuum constituta, pro quibus concessionem non esse revocatam, testis dum favet regularium privilegiis idoneus est C. Petra (*e*), ac supponere videtur Benedictus XIV. (*f*), qui postquam statuit adhuc vigere Constitutionem Joannis XXII., ut supra dictum est Ord. 35. Leonis X., subdit: *Similis* potestas data fuit ab Hadriano VI. Fratribus Ordinum Men-

(a) *Pignat. tom. 4. C. 152. num. 9.*
(b) *P. Eug. Lopez Studii Neo-Cordub. in Tucum Cancellar. in M. S.*
(c) *Castrop. D. 4. P. 18. De Privil.*
(d) *C. Petra tom. 5. ad Const. 4. Calixti III. S. 2. n. 85.*
(e) *Petra, tom. 4. ad c. 2. Greg. XI. n. 27.*
(f) *B. XIV. De Serv. Dei Beatif. & lib. 2. c. 2.*

Mendicantium, præſertim verò Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ, ut in locis videlicet Indiarum, in quibus nondum fuerant fundati epiſcopatus, vel ſi fundati fuerant, intra ſpatium duarum dietarum, nec epiſcopi, nec eorum officiales in locis ipſis poterant reperiri, ut inquam poſſent juriſdictionem epiſcopalem exercere, exceptis iis quæ ordinem requirunt epiſcopalem, Fratrum præſules vel alii Fratres, quibus à ſuis præſulibus eſſet *commiſſum*. Ubi vides, poteſtatem ab Adriano factam per præſentem ordinationem factæ à Joanne XXII. adhuc vigenti comparari ſine revocationis nota.

Intra limites epiſcopatuum multa ſunt aliter ordinata circa ea ad quæ præſens extenditur conſtitutio. Ac primo Paulus III. Adriani omnimodam confirmavit (*a*) quidem ablata dietarum reſtrictione, ſed imperat conditionem de conſenſu epiſcoporum. Præterea in deciſione litis angelopolitanæ, & pluries alibi ſupponuntur, vel decernuntur plurima in omnimoda contenta, quæ jam non licent. Ex quibus liquidum eſt, ut minimum valde imminutam eſſe facultatem Adriani ordinatione collatam, quamvis de expreſsà totius revocatione non conſtet.

Affirmari videtur revocatio hæc in Schedula Regis Catholici data 4. Sept. 1701. (*b*) paulo poſt publicationem Recopilationis legum indicarum, cujus tenor eſt: *En.* 24. *de Sept. de* 1698. à inſtantia de Fr. Franciſco Ayeta de S. Franciſco Procurador General de las Provincias de Indias declaró el Rei por Cedula, que ſe enten dieſſe con los Obiſpos de Nueva Eſpaña lo que ſe havia reſuelto por Cedula de 16. de Octubre de 1695. dirigida al Arzobispo de Lima, en que ſe le encargó, que quando por ſu perſona no pudieſſe viſitar las doctrinas de los religioſos, embiaſſe a la viſita religioſos de las miſmas ordenes, y no ſacerdotes ſeculares; y por otra de 25. de Octubre de 1694. ſe encargó à los Prelados delas Provincias del Perú y de Nueva Eſpaña, que en obſervancia de lo que en ella ſe inſerta ſe abſtuvieſſen de poner vicarios foraneos en los partidos de ſus dioceſis, reſpecto de que las informationes para los matrimonios les pertenecian à los religioſos doctrineros en virtud de los Breves de Adriano VI., y Paulo III., no ſolo para fuera de las dos dietas, ſino para dentro de ellas, uſando de la omnimoda que para ellas ſe las havia concedido. y ahora Fr. Bernardo Ronuros Franciſcano Procurador de la provincia de Lima ha repreſentado, que aunque obedecieron las Cedulas citadas algunos Ordinarios, otros no las han pueſto en execucion, y me ſuplicó que las mandaſſe executar en el Perú. y haviendoſe viſto en mi Conſejo de Las Indias attentamente las dichas Cedulas, y oido al Fiſcal de el, teniendo preſente en quanto al primer punto, que trata de las viſitas de los religioſos, la diſpoſicion del Derecho Canonico y del Concilio Tridentino con las concordantes y declaraciones de las Congregaciones de Cardenales, y el Cap. I. del Concilio II. Limenſe, que dan la forma de las viſitas generales, aſſi de ſeculares, como

(a) *Vide infra Ord.* 55.

(b) *Extat in Adverſariis M. S. Peugenii Lopez, ex authentico, ut ait, Tabulari Nov. Cordub. Collegii S. J. in Tucum.*

mo de regulares, y que de bajo de esta misma regla está prevenido por la lei 28. tit. 15. l. 1. de la Recopilacion de Indias, sin que en unas ni en otras se limite la jurisdicion de los Ordinarios en subdelegar las visitas de religiosos en los casos que previene el derecho. y por lo que mira al segundo punto sobre la eleccion de vicarios foraneos, se ha reconocido que la omnimoda que se cita en la Cedula por los Breves de Adriano VI. y Paulo III., esta revocada por Gregorio XIII. y Paulo V., y otros Pontifices. y considerado todo en el Consejo se ha acordado, que no ha lugar la pretension de Fr. Bernardo Ronuros, y revocar como por la presente revocò lo dispuesto en ambos puntos por las dichas cedulas, y mando se recojan, y ruego á los prelados del Perú y de Nueva España, cuiden de la observancia de esta, y hagan se observe lo dispuesto por los Concilios, Leyes de la Recopilacion, y estilo que han practicado en quanto à nombrar visitadores, y poner vicarios Foraneos, avisando del recibo de este despacho. Fecha *en Madrid*, &c.

Ubi exprimitur, præsentem Adriani ordinationem esse revocatam á Gregorio XIII. Paulo V. & aliis Pontificibus. Hoc tamen non est accipiendum de revocatione absoluta & indefinita, qua cassentur omnia puncta in omnimoda contenta, sed circa subjectam materiam, ut ibi dicitur: *Por lo que mira al segundo punto*. Sed nec Constitutiones citatas Gregorii & Pauli, quibus in hoc puncto revocatur omnimoda, reperire licuit. Satis tamen est novisse ex præsente schedula revocatam esse; præsertim cum in Const. *Cum nuper*. Benedicti XIV. data anno 1751. 8. Nov. declaretur, regulares parochos ut tales non tantum episcopis, sed eorum *visitatoribus* esse subiectos, ut vide infra suo loco. Vide etiam Ord. Pii IV. *infra* anno 1556. Adnot. IV.

De cetero non esse revocatam absolutè Adriani Constitutionem, præter dicta initio hujus Adnotationis, constat ex lege 27. t. 15. l. 1. Recop. Ind. uno amplius sæculo post Gregorium XIII. qui revocasse dicitur, recopilata, & ex Monitorio Dominici Maria Cursii, de quo infra anno 1683. 2. Dec., in quo illius constitutionis & aliarum indicitur executio. Sed & alicubi concessum est deinceps privilegium quod hic dicitur revocatum, ut fides fit in Regis Catholici Schedula quadam data 1757. 17. Sept., ubi de Provinciæ Mexicanæ S. J. missionibus dicitur: *Por el claro derecho que tenia su provincia en virtud de una real cedula, bula pontificia, y dos reales resoluciones para no ser visitados sino es por los mismos Obispos*.

(IX) *Cæsaraugustæ*. Nempe data est constitutio præsens ante Adriani in Hispania adhuc agentis coronationem. Per hoc tamen nihil ei de validitate deperit; nam *Papam ritè electum prius quam coronetur, non debere se intromittere in provincialibus*, & aliis gratiis faciendis error est excommunicatione damnatus in *Extrav. ult. De sent. excom.*, de quo vide P. Suarez d. 23. De Censur. s. 6. n. 1.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO XXXVIII.

AB eodem Adriano datæ sunt litteræ, quarum meminit Bernaldus Diaz del Castillo per hæc verba (*a*): *Embió* à la Nueva España bulas con muchas indulgencias para los hospitales è iglesias, y escribio una carta encomendando a Cortés y à todos nosotros los conquistadores, que estabamos en su compañia, que siempre tuviessemos mucha diligencia con la santa conversion de los naturales, è fuesse de manera que no hoviesse muertes ni robos, sino con paz y quanto mejor se pudiesse hacer, è que les vedassemos è quitassemos los sacrificios y sodomîas, y otras torpedades ...... y nos embió otras santas bulas para nuestras *absoluciones*.

ORDINATIO XXXIX.
Anno 1523. 28. April.

SUpprimitur Sedes episcopalis in insula Fernandina seu Cuba, & erigitur in oppido S. Jacobi in eadem insula. Sic habetur in Tabulis Chronologicis P. Cl. Clementis, ut refert Herrera (*b*). Jam ab anno 1516. renuntiatus erat Episcopus *de Cuba* Fr. Bernardinus Mesa, qui tamen nunquam Hispaniam reliquit, ut habet idem Herrera (*c*). Et erectio præsens in S. Jacobi videtur etiam effectu caruisse usque ad annum 1533., quo authoritate apostolica 8. Martii ordinata est ab Ill. Joanne de Orive, ut est apud Frasso cap. 19. num. 31.

ORDINATIO XL.
Anno 1523. 4. Jun.

ERigitur Sedes episcopalis in Venezuela, aliàs *Coro*, hodieque dicitur *de Caracas*. Meminit Frasso cap. 19. n. 31. Meminit etiam hujus Sedis P. Josephus Gumilla (*d*), ubi plures Nobloti errores geographicos carminat. In his: *Dice* (Noblot) de Venezuela: Esta es una villa ò ciudad capital que da su nombre à este reino. No hai tal villa, ni tal ciudad. Son dos ò tres pueblos de Indios formados de casas pagizas, fundados sobre duras estacas sobre la laguna de Maracaibo, y toda via permanecen. Dice mas: la Villa ò ciudad de Maracaibo está fabricada à la moderna al modo que lo esta Venecia en el mar Adriatico. Si quiere decir que está ò estuvo fabricada en el mar ò laguna, es falso porque está fundada en tierra firme. Si quiere decir, que en la fabrica se parece a Venecia, no hallará con que probarlo. Prosigue y dice de Maracaibo: Ella es ciudad episcopal. No hai tal, porque pertenece al Obispado de Carácas, donde reside el Obispo de toda la provincia de *Venezuela*.

OR-

(a) *Bernal Diaz, Hist. verd. de la Conquista de la N. España, cap.* 167.
(b) *Herr. D.* 3. *l.* 4. *c. ult.*
(c) *Herr. D.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7.
(d) *Gumilla, Or. Illustr. P.* 1. *cap.* 16. *pag.* 255.

Digitized by Google

ORDINATIO XLI.
Anno 1524.

Mittitur ad Novam Hispaniam cum potestate legati pontificii pluribus privilegiis apostolicis & imperialibus ornati, Fr. Martinus *de Valencia de Alcantara* cum sociis. Factus etiam per speciale pontificium breve Commissarius Generalis Inquisitionis in illis partibus. Refert Fr. Antonius Daza Franciscanus (*a*). Quoad munus tamen legati non videtur specialiter commissum, nisi quatenus in omnimoda authoritate per Adrianum in constitutione, de qua nuper collatum continetur, ex iis quae idem scriptor habet cap. 10., ubi transcriptis ad verbum Adriani litteris subdit: *En virtud* de estas letras apostolicas, y patente del Ministro General, el Emperador nombro por Legado Apostolico y Nuncio del Papa en el Nuevo Mundo à Fr. Martin *de Valencia*. Nihilominus consultationem quandam habitam hoc anno Mexici, Mexicanum Concilium, & Mexicanam Synodum est qui appellet, etsi nullus intererat Episcopus, nec pro Episcopo sedens, sed solus Legatus Missionariorum praeses. Appellat Concilium Author *Compendii Chronologici Historiae Ecclesiasticae* (*b*) ad annum 1524 ibi: *Concile de Mexique assemblé par Martin de Valence Legat & Chef des Missionaires. On y fait plusieurs reglemens sur l'instruction des fideles, & pour les disposer au batême, & pour les entretenir dans la foi.* Synodum appellat D. Franciscus Lopez de Gomara infra anno 1537. citandus Ord. 58. Adnot. 9. Ex Conciliis annumeratur in Bibliotheca Mexicana Verbo *Concilium*.

ORDINATIO XLII.
Anno 1525. 13. Octobr.

Erigitur Mexici Sedes episcopalis. Ita D. Gonzalvus de Paz (*c*), qui fundationem actu perfectam collocat anno sequente. Bullae tamen institutionis primi Mexicanensis Episcopi Fr. Joannis de Zumarraga desiderabantur adhuc anno 1530., quo ait Herrera (*d*): *Escribia* el electo de Mexico pidiendo sus bulas, porque decian los Oidores, que sin ellas no era canonica ninguna provision suia, y que le podian echar de la tierra, y le amenazaban à cada passo con *ello*. In Collectione Conciliorum Harduini extat Bulla erectionis data 9. Sept. 1534 (*e*). Vide infra Ord. 51.

Nihilominus antequam acciperet bullas electus, jurisdictionem episcopalem habebat minimè otiosam; etiam antequam esset capitulum, cujus nomine, ut modo fit, ab Electis ante consecrationem, jus diceret. Sed Electus Mexicanensis erat de privilegiatis per Adriani constitutionem, in

(a) *Daza, P. 4. Chron. Ord. Seraph. l. 2. c. 7.*
(b) *Abregé Chronol. de l'Hist. Eccl.*
(c) *Tabul. Ecclesiar. N. Hisp.*
(d) *Herr. D. 4. l. 7. cap. 2.*
(e) *Hard. T. X. Col. 1736.*

in cujus virtute fortè operabatur: nam etiam quando res erat cum Hispanis, finis erat Indorum conversio & in fide manutentio, quorum regio nomine & titulo protectorem agebat (*a*). Finis, inquam, saltem remotus & mediatus; nam proximus aliquando fuit defensio ecclesiasticæ immunitatis. Quod nisi dicatur Electus in virtute relatæ constitutionis operatus esse, Auditorum querelæ & minæ temerè jactatæ dici nequeunt; cum constet bullis non expeditis acta præsentati esse nulla. Vide infra anno 1562. 11. Aug., & anno 1557. 1. Septembris.

ORDINATIO XLIII.
Anno 1526.

SEdes episcopalis erigitur Tlascalæ, anno 1550. transferenda, vel figenda Angelopoli. Ita laudatus Gonzalvus de Paz. Nempe quia colonia Yucatanensis, pro qua creatus erat episcopus Fr. Julianus Garcés, rebellantibus Indis, deserta erat ab Hispanis, decrevit Pontifex ut figendæ Sedi locum substitueret Rex Catholicus (*b*), qui Garcesium sedere fecit Tlascalæ, unde jus diceret in totam provinciam cognominem, in Sancti Joannis de Ulúa, in Veram-Crucem, & in Tabascum usque ad Chiapam:, jure sibi reservato fines hos movendi, cum è re foret, ut factum est anno 1535.

P. Echard Dominicanus (*c*), postquam retulit, consecratum Julianum possessionem procuratorio nomine adiisse Regii Consilii jussu litterisque 9. Nov. 1527., biennioque post accepisse præsentem ipsum possessionem realem, subdit: *Quantâ* porro lætitiâ fuerit Julianus omnium omnino Novi hujus Orbis & Mexicani regni primus episcopus à suis clericis laïcisque receptus, vix dici *queat*. Equidem Julianum primum episcopum consecratum viderunt Tlascalenses & Mexicani; Novus tamen Orbis jam diu ante viderat Ill. Joannem Quevedo Franciscanum; de quo vide supra Ord. 28.

ORDINATIO XLIV.
Anno 1527.

SEdes episcopalis Conceptionis in Hispaniola unitur Sedi S. Dominici. Refert Herrera Dec. 4. l. 2. cap. 5. & Charlevoix Hist. S. Dominici, lib. 6. pag. 444. Simul fuit unita Abbatia Jamaicæ, ut ibidem habet Herrera.

OR-

(a) *Vide Herrer. D. 4. lib. 2. cap. 2.*
(b) *Herr. D. 3. l. 10. c. 7. Et D. 2. l. 3. c. 11. Vide supra Ord. 34.*
(c) *Echard, Scriptor. Ord. P. t. 2. pag. 132.*

Digitized by Google

ORDINATIO XLV.
Anno 1530. 30. Aug.

Ut Dominicani Hispaniolæ possent ordinari (I) per quenlibet episcopum quem ipsi eligerent tribus (II) feriis continuatis (III) concessit Clemens VII., ut refert Fr. Dominicus de Lossada in Chronologia Privil. Indicor. Neque notat, an per bullam, an vivæ vocis oraculo facta sit concessio.

ADNOTATIONES.

(I) *Ordinari per quenlibet*. Decretum est ab Innocentio XIII. & confirmatum à successore Benedicto XIII. 23. Sept. 1724. (*a*), ut in Hispaniis *servetur* decretum S. Congregationis à Clemente VIII. confirmatum 15. Mart. 1596., quo sancitur ne litteræ dimissoriæ ad alium episcopum quam diœcesanum dirigantur...,. exceptis regularibus quibus post Tridentinum fuerit concessum, ut à quolibet ordinari *possint*. Et decretum Sixti V., quo *ex sententia* S. Congregationis respondit, posse regulares concedere dimissorias ad episcopum diœcesanum, eoque absente, vel præsente quidem, sed ordinationes non habente, ad quemcumque, dummodo ab episcopo qui ordines contulerit examinentur quoad *doctrinam*. Quæ decreta Clementis & Sixti confirmavit Benedictus XIV. Const. *Impositi*, 3. Kal. Mart. 1746. decernens, ut dimissoriæ regularium nullius sint roboris sine attestatione Vicarii Generalis, qua constet Episcopum abesse, vel ordinationes non habiturum tempore per ecclesiasticas leges constituto. Aliter Episcopus incurrit pœnas ordinantium sine legitimis dimissoriis. Additque: *Quemadmodum* privilegia firma esse volumus, dummodo post Tridentinum & non per communicationem, concessa fuerint; ita alia vacua esse volumus, decernentes hujusmodi privilegia non censeri indulta post Tridentinum, nisi vel post confirmationem (factam anno 1563.) concessa fuerint, vel confirmata posterius in forma specifica cum litterali veteris indulti insertione, ac declarantes confirmationes in forma communi nemini quoad prædictum effectum *suffragari*.

De Innocentii XIII. citatis litteris ita refert Lossada (*b*): *el Consejo* exceptuó para su execucion las regalias, y loables costumbres. Las Iglesias presentaron memorial al Rei. Su causa esta pendiente. Las Religiones lo presentaron tambien, pero el clamor se calificó de resistencia, y salio la Bula de Benedicto XIII.... Es notorio que no esta passada por el Consejo *de Indias*. Hæc scripsit Lossada anno 1737. Post quod tempus in facultatibus, quæ ad audiendas confessiones per Episcopos conceduntur, enuntiari solet Constitutio Innocentii inter alias, ut confessariis sit pro regula. Unde per Hispaniam obtinere liquidum est.

Quoad

(a) *Const. Apostolici Ministerii*, n. XV. (b) *Fr. Dom. Lossada Chronol. Privil. Ind. Ed.* 1737.

O

Digitized by Google

Quoad Indias nihil occurrit nisi quod in Constitutionibus Synodalibus anni 1752. (nunquam tamen publicatis neque usui permissis) habet Ill. Michael Argandoña, Episcopus Tucumanensis in proœmio: *Sobre* la sugecion à lo que determinó el Concilio de Trento, se han expedido nuevamente dos Breves por Innocencio XIII. y Benedicto XIII. à instancia de Nuestro Monarca Philippe V., Arzobispos y Obispos de España, cuias Bulas empiezan *Apostolici Ministerii*. Su data à 29. de Maio 1724. Y mandamos *sub præcepto* se observe todo lo contenido *en ellas*. Et quod Benedictus XIV. in Const. *Pastoralis*. data Nonis Augusti 1748. declaravit decrevitque, Innocentii Bullam quoad confessarii extraordinarii pro monialibus designationem esse legem universalem.

(II) *Feriis*. Has intellige quales in jure requiruntur pro conferendis minoribus ordinibus. An verò esse debeant ejusmodi feriæ vel festa quæ de præcepto celebrentur in foro, an sufficiant quæ in choro celebrantur ritu duplici, disputant. Et secundæ parti favet aliquorum praxis (*a*), non modo quando ritus est de præcepto duplex, sed etiam quando ad libitum. Sed obstat decretum Urbani VIII. de quo Card. de Lugo apud Busembaum (*b*). Et Card. Petra (*c*) ex Fagnano ait: *Præsupposito* quod minores ordines possunt conferri diebus dominicis aut aliis festivis, dubitatur an appellatione festi comprehendatur festum, in quo ab Ecclesia fit officium, an verò debeat esse festum quod à populo colatur. 2. Idem est dubium quoad promovendos vigore dispensationum de promovendo extra tempora diebus festis. Ad 1. S. Congregatio Concilii censuit comprehendi dies festos qui à populo servantur... Ad 2. idem *respondit*.

(III) *Continuatis*. Decretum est in Tridentino (*d*), Ne promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad alterum gradum, nisi aliud episcopo videatur, ascendere *permittantur*. Idemque indicitur de diaconatu cap. seq. Unde præsenti privilegio derogatum hac etiam ex parte est, quippe Concilium præcedenti: maximè cum primo loco apponatur clausula *Non obstantibus* &c. In partibus tamen Novi Orbis vulgaris est dispensatio, tum propter locorum distantiam & difficultatem iterandi ad remotissima loca reditum, tum propter speciales facultates Episcopis Indiarum ad decennium concedi solitas, quarum prima est, *Conferendi* ordines extra tempora & non servatis interstitiis usque ad presbyteratum inclusive, si sit necessitas *sacerdotum*. Ubi necessitas potest accipi, ut in Tridentino pro notabili utilitate. Post Tridentinum verò hujusmodi privilegium sæpè concessum est; aliquando ad terminos juris post concessionem redactum, de quo in sequentibus. Vide Ord. 146. 240. 248. 245.

OR-

(a) *Apud Murillo, lib. 1. Curs. Can. num. 220.*
(b) *Busemb. Dub. 2. De Sacr. Ord. Resp. 7.*
(c) *Petra, tom. 5. ad c. 7. Pii II. n. 42. Ex Fagn. in c. 3. de Temp. Ord. n. 42.*
(d) *Trid. Sess. 23. De Reform. c. 13. & 14.*

Digitized by Google

ORDINATIO XLVI.
Anno 1531.

FActa est episcopalis ecclesia Sanctæ Marthæ. Ita habet Compendium Historiale P. Em. Rodriguez S. J. Et Herrera refert (*a*), hoc anno missum esse primum illius Ecclesiæ prælatum. Utroque verius est quod ex Remesal scribit P. Echard O. P. (*b*), P. Thomam Ortiz constitutum esse episcopum Sanctæ Marthæ anno 1529., mortuum 1531. Ante Ortizium numerat Ægidius Gonzalez apud Echard tres alios S. Marthæ Episcopos, & Ortizii vitam producit usque ad annum 1538. In suam vicem errat P. Echard, dum oppidum S. Marthæ identificat cum Venezuela; sed error est in tanta nominum varietate, quibus eadem ex Americanis civitas donari solet, excusabilis. Ecclesia S. Marthæ facta est deinde abbatialis, ac tandem ex abbatiali episcopalis iterum, ut modo est, sub Archiepiscopo Novi Regni, seu Sancta fidensi.

ORDINATIO XLVII.
Anno 1531.

FIt episcopalis Ecclesia Vallisoletana. Ita habetur in Geographia Sacra apud Chiquet. Et si Vallisoletum intelligas, non *de Mechoacan*, nec *de Yucatan*, sed *de Comayagua* seu *Honduras*, fundamentum habet in Herrera (*c*), quatenus ait, hoc anno fuisse missum Episcopum Truxillensem *de Honduras*, qui postea sedem mutavit in Vallisoletum. Fortè hoc anno designatus est Episcopus Fondurensis sine sede fixa usque ad annum 1539. quo sedit in oppido Truxillo, unde anno 1558. aut 1559 Comayaguam, ac tandem Vallisoletum transiit anno 1571. Vide Gonzalvum de Paz in Tabula Ecclesiarum Novæ Hispaniæ. Author Geographiæ Sacræ Chiquetianæ errat, dum Ecclesiam Vallisoletanam constituit in provincia S. Dominici, cum fuerit in Mexicana, & modo in Guatemalensi sit.

ORDINATIO XLVIII.
Anno 1532.

COncessit Pontifex Ferdinando Cortés jus patronatus ecclesiarum in terris ad eum donatione regia pertinentibus. Caruit tamen usu concessio, ne læderetur jus regium, ut refert Herrera D. 5. l. 2. c. 8. Alia plura concessisse Clementem Cortesio & commilitonibus refert horum unus Bernaldus Diaz del Castillo (*d*): *Embió* (Cortés), dice, à besar el pie a N. M. S. P. el Papa Clemente... Y su Santitad lo tuvo en mucho, y dijo que daba gracias à Dios, que en su tiempo tan grandes tierras se

(a) *Herr. D.* 4. *l.* 10. *c.* 5.
(b) *Scriptor. O. P. tom.* 2. *pag.* 83.
(c) *Herr. D.* 4. *l.* 10. *c.* 5.
(d) *Bernal. Diaz, Cap.* 195.

Digitized by Google

se huviessen descubierto, y tanto numero de gentes se huviessen vuelto à nuestra santa fê, y mandó hacer processiones, y que todos diessen gracias à Dios por ello, y dixo que Cortes y todos su soldados haviamos hecho grandes servicios à Dios, y al Emperador, y a toda la christiandad, y que eramos dignos de grandes mercedes, y entonces nos embio bulas para nos absolver à culpa y pena de todos nuestros peccados, è otras indulgencias para los hospitales è iglesias con grandes perdones, y dio por mui bueno todo lo que Cortes havia hecho en la Nueva España, segun y como su antecessor el Papa Adriano.

ORDINATIO XLIX.

Anno 1533.

CLemens VII. denuò concessit Novi Orbis Dominicanis & Franciscanis (1) gratias omnes & favores ab antecessoribus concessa. Extare dicitur in conventu Prædicatorum Mexicano. Sed extat verbalis concessionis testimonium, an bulla? Meminit hujus ordinationis Fr. Joannes Baptista in Compendio privilegiorum oblato à Regularibus Mexicanis synodo illius provinciæ anno 1585. celebratæ. Meminit etiam P. Ayeta in Opere inscripto *Chrisol y Defensa de la verdad*, Contreras in Libello supplici Philippinarum apud Lossadam in cit. Chronologia. Eodem anno 1533. 11. Jul. data est Constitutio de qua infra anno 1712. 2. Jul. Ordinat. 481. Adnot. 2.

ADNOTATIONES.

(1) *Denuò concessit*. Dupliciter fit privilegiorum confirmatio seu nova concessio: in forma communi, & in formâ speciali. Primo modo fit, quando per communes clausulas denuò dicitur concedi, innovari, vel renovari privilegium, non expressa privilegii qualitate. Fit in forma speciali, quando confirmati privilegii tenor litteris confirmationis inscritur, vel alio quocumque modo testatur confirmans, vel significat se plenam habere notitiam de privilegii qualitate, tenore, & statu, quod confirmare aggreditur.

Quodvero usitatæ clausulæ *Ex certa scientia*, *Motu proprio*, *De plenitudine potestatis*, non illico in forma speciali, qua infirma revalidantur, constituant confirmationem, probat factum; cum enim Franciscani, proposuissent Julio II. explicandam bullam, in qua Sixtus IV. *Ex certa scientia*, *ex mera voluntate*, *motu proprio*, *pro potiori cautelà* innovare se dicit, ac denuò concedere Ordini omnia privilegia, quæsiissentque, an per illa verba restituerentur revocata, negavit Julius in Const. *Militantis*, quam vide apud Rodericium tom. 1. Bullarii. Ergo per clausulas illas & similes non confirmantur privilegia in forma speciali, nam dum hac forma fit confirmatio, communior sententia est, etiam invalida convalidari.

Et

Et hac ratione in concordiam redigi possunt oppositæ sententiæ P. Suarez & P. Arriaga in Tractatu de Legibus disputantium, an per confirmationem prædictis clausulis munitam amissa privilegia reviviscant. Scilicet non per eas nudas clausulas res est determinanda, sed per qualitatem & modum confirmationis plura requirentis adminicula, ut in forma speciali esse dicatur. Idque significasse videtur Benedictus XIV. in Const. *Impositi* supra relata, ubi loquens de confirmatione in forma speciali seu specifica addit: *Cum litterali veteris indulti insertione*, significans per hanc insertionem formaliter aut æquivalenter litteralem constitui confirmationem in forma speciali, quæ ad revalidandum invalida sufficiat, & necessaria sit.

Dixerit quis: quid ergo utilitatis important concessiones & confirmationes qualis est præsens? Respondeo, effectum esse affectus manifestationem, qua privilegiatus securus esse potest, animum confirmantis non esse quidquam statuere contra privilegia quæ vigent. Qui affectus magis exprimitur quo plures clausulæ idem significantes agglomerantur, ut fit. Neque opus est cuique concessionis verbo alterius generis effectum assignare, ne inutilis dicatur, ut omnes dicere tenentur de formula illa sat frequente, qua conceditur ut quis certo privilegio possit *licitè & liberè uti*, *frui*, *potiri*, *gaudere*.

ORDINATIO L.
Anno 1534. 24. Apr.

IN Episcopalem erigitur ecclesia Carthaginensis in America, futura deinceps sub Archiepiscopo Novi Regni. Refert P. Emm. Rodriquez J. in Compendio Histor. cit.

ORDINATIO LI.
Anno 1534. 9. Sept.

OPpidum Mexicanense in Indiis Maris (I) Tyrrheni Indici per dilectum filium nobilem virum Petrum Arias (II) militem Segoviensem, repertis, è manibus infidelium ereptis, & ad ditionem Regum Catholicorum redactis, ac sub eorum obedientia eodem Petro Gubernatore permanentibus consistens, in civitatem erigit Clemens VII., & parochialem ecclesiam in cathedralem pro uno Episcopo, qui inibi & in illius civitate & dioecesi verbum Dei prædicet, & infideles ad fidem convertat (III): ac tam illos ad fidem conversos, quam alios in eadem fide instruat, & confirmet, & sacramenta ecclesiastica eis ministret, ac ministrari, ac prædictam ecclesiam & illius ædificia ad formam cathedralis ecclesiæ redigi faciat; ac in civitate & dioecesi prædictis collegiatas & parochiales ecclesias, monasteria, capellas, & hospitalia, oratoria, & alia loca pia, & in illis dignitates, & alia officia & beneficia erigat & instituat: ac alia temporalia, & spiritualia, juris dictionalia, & pontificalia officia, omniaque & singula alia, quæ alii episcopi regnorum (Castellæ) facere, &

exer-

exercere consueverunt, faciat, & exerceat. In eadem ecclesia erigit capitulum canonicorum & personatuum. Ecclesiæ erectæ pro illius civitate civitatem erectam, & pro diœcesi terras, insulas, loca, & oppida, quæ Carolus Imperator, vel ejus Consilium, Indiarum nuncupatum, positis limitibus & confinibus necessariis, statui & assignari jusserit (IV), statuit & assignat. Ac pro dote & dignitatis sustentatione decimas & primitias, & alia jura episcopalia de bonis, rebus, & fructibus, de quibus Carolus vel Consilium ejus specificaverit & ordinaverit. Jus patronatûs, & infra annum propter loci distantiam per se vel alios ad id etiam ante vacationem désignandos, præsentandi personas idoneas, tam prima vice, quam quoties vacaverint, ad Ecclesiam videlicet Mexicanensem summo Pontifici, ad omnes vero dignitates Episcopo, Regi reservat. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Extat in Collectione Conciliorum Harduini tom. X. Col. 1736. Incipit *Sacri Apostolatûs*.

ADNOTATIONES.

(I) *Maris Tyrrheni Indici* Sinum intellige Mexicanum propter similitudinem, quam cum vero Mari Tyrrheno refert.

(II) *Petrum Arias*. Miraberis, quid tantum fecerit Petrus Arias, vulgo *Pedrarias Davila*, ut in erectione primariæ civitatis & ecclesiæ tam honorifica fiat illius mentio, dum nulla fit de Cortesio Mexici domitore, quem aliàs idem Pontifex probé notum laudaverat, nulla de Cortesii commilitonibus, nec de primis Maris Tyrrheni Indici lustratoribus ante Petrum Arias. Fecit is multa in Dariene provincia quæ de Mexico non est, multa passus est, multa etiam aliis patiendi causa fuit. Mexicum tamen an viderit unquam, totus dubito. De illo scribit Episcopus Chiapensis (*a*): *El dicho* Pedrarias entró como lobo hambriento, y como el impetu del furor de la ira de Dios ... Despobló tantos pueblos y habitaciones, que hervian de gente en quatrocientas leguas desde el Darien *à Nicaragua*. Sed qui Chiapensi documenta ministrarunt, multa in hoc & in aliis mentiti sunt supra nubes exaggerata. Bernaldus Diaz del Castillo (*b*) Petrariæ comes ait: *Acordamos* ciertos hidalgos y soldados, personas de calidad de las que haviamos venido con Pedrarias Davila de demandalle licencia para nos ir à la isla de Cuba, y el nos la dio de buena voluntad, porque no tenia necessidad de tantos soldados como los que trujo de Castilla para hacer guerra, porque no havia que conquistar, que todo estaba de paz .... y la tierra de suio es mui corta y de *poca gente*. Et alibi sæpè idem Author facit Chiapensem exaggerandi reum. Facile dictu est, eò respicere Bernaldum, ut suam & sociorum immanitatem à culpa liberet: quod de scriptore alio causatur. Episcopus (*c*). Sed author est Bernaldus, qui bona & mala ex æquo referre novit, ut legenti liquidum est. Et plures sunt & religiosi & episcopi testes oculares ut Ortizius & Que-

(a) *Chiap. Sobre el 8. Remedio, Raz. II.* (b) *Bernal. Hist. de la Cong. Cap. 1.* (c) *Chiap. Repl. ad 8. obiect. Sepulvedæ.*

Digitized by Google

Quevedo ſupra laudati à relationibus Chiapenſis diſcordantes. Et niſi fallor, ex ejuſdem ſcriptis patet, nimio zelo abreptum ſupra modum, cujus exemplum dabo infra Ord. 59. Modò ſufficiat quod quivis animadvertere poteſt locorum peritus, à Dariene ad Nicaraguam impoſſibilem eſſe depopulationem quatuorcentum leucarum, quia non tot leucæ ſunt, niſi in chartas omnes geographicas irrepſerit error.

(III) *Infideles ad fidem convertat*. P. Franciſcus Dias-Taño S. J. antiquum Paraguai decus in *M. S. De Infideli converſo* ait, Epiſcopos teneri evangelium prædicare infidelibus etiam extra fines epiſcopatus conſiſtentibus quos inter & Fideles diœceſanos eſt communicatio: idque non tantum ex charitate, ſed ex officio; eamque communicationem eſſe ſignum quod ad epiſcopi diœceſim pertineant. Placitum hoc firmat in can. *Placuit*. 16. q. 3. Sed ibi tantum habetur: *Placuit*, ut quicumque Epiſcopi negligunt loca ſua ad ſuam ſedem pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur à diligentibus vicinis epiſcopis, ut id agere non morentur. Quodſi intra ſex menſes à die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum *pertineant*. Ubi non definitur, infideles cum Diœceſi converſantes ad eam pertinere, neque directè obligari Epiſcopum ex officio ipſis evangelizare, ſed ſermo eſt de infidelibus intra diœceſeos fines commorantibus. Hoc tamen non tollit quin obligentur indirectè etiam foraneis evangelizare, quatenus niſi convertantur ad fidem, poteſt ex illorum communicatione damnum in fideles ſubditos derivari.

(IV) *Aſſignari juſſerit*. Aſſignari jam quidem juſſit & ſtatui; ſed reſervata facultate, de qua loquitur Ill. Zumarraga in Erectione hoc anno ordinata Toleti (*a*), quando ex America in Hiſpaniam rediit conſecrandus. *Literarum*, inquit, prædictarum virtute, nobis & ſucceſſoribus noſtris quæ oportuerit ſtatuendi poteſtatem reſervamus, ut poſſimus id facere de conſenſu, petitione, & inſtantia *Regiæ Majeſtatis*. Et hæc quidem Erectio ab Ill. Zumarraga facta approbata eſt diu poſt à S. Congregatione per decretum, de quo infra 27. Oct. 1589. Unde etiam conſtat vis Cedularum petitionis & inſtantiæ, ſive *de Ruego y Encargo*, quibus Rex Catholicus de Erectionum materia dijudicat (*b*). Conſtat item quod ſupra inſinuatum eſt, Epiſcopatum Mexicanenſem oblineatum quidem ſuperioribus annis, modò tamen perfectum; & Epiſcopum non antehac conſecratum, neque bullas ſortitum, juriſdictionalia adminiſtraſſe ex privilegio, ſive quod Adrianus mendicantibus conceſſit (*c*), ſive quod per concurſum regiæ & pontificiæ poteſtatis præſentatis à Rege conceſſum ſit, quando quidem nondum erat capitulum quod ſede vacante juriſdictionem conferret Electo, quam habet ſuam: quod deinceps in praxim inductum eſt (*d*). Simile quid contingit in nonullis eccleſiis canonicorum capitulo carentibus, ut ſunt Philippinenſes tres, & Malabaricæ (*e*). De præſentatis ad eccleſias Phi-

(a) *Erect. Mex. Part. I. Statutor. apud Hard. l. c.*
(b) *Vide ſupra Ord. XXV.*
(c) *Vide Marcum de Lisb. lib. 9. Chron. cap. 10.*
(d) *Vide Recop. Ind. lib. 1. poſt tit. 6.*
(e) *Vide P. Murillo in Tit. de el. & el. pot. n. 161. Et Card. Petra, tom. 5. ad C. Triumphans. Pii II. sect. unic.*

Philippinenſes extat Schedula Regia ad Archiepiſcopum Manilenſem, quam vide infra anno 1679. 24. Apr. Ord. 389.

ORDINATIO LII.
Anno 1534. 3. Nov.

ECcleſia Nicaraguæ erigitur in Epiſcopalem primùm ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, futura deinceps ſub Mexicanenſi, ac tandem ſub Guatimalenſi. Sed Epiſcopus D. Didacus Alvarez Oſorio jam miſus erat anno 1531., quod exemplo Mexicanenſis & aliorum difficultate caret. Meminit P. Emm. Rodriguez J., & D. Gonzalvus de Paz ll. cc. Vide Herreram D. 4. l. 10. cap. 5.

ORDINATIO LIII.
Anno 1534. 3. Nov.

COnnitente Joanne III. Portugalliæ Rege erectæ ſunt a Paulo III. in cathedrales Eccleſia Goanna, Angrenſis, Jacobæa ad Promontorium Viride, & Sancti Thomæ ad inferiorem Africæ oram: Epiſcopales ſub Archiepiſcopo Funchalenſi jus metropoliticum & primatiale dicente in orientem totum. Quæ tamen dignitas cum primo Archiepiſcopo D. Martino de Portugal intercidit. Ita P. Franciſcus de Sancta Maria Canonicus Sæcularis (a). Sed Fr. Antonius Daza (b) ſcribit, Fr. Hernandum Baqueiro epiſcopum totius Indiæ primum renuntiatum eſſe anno 1531. Et D. Ludovicus Cajetanus de Lima (c) ait, Eccleſiam Jacobæam ad Caput Viride jam eſſe erectam ab anno 1532. per Clementem VII. De Baqueiro verius eſt, eum tantùm auxiliari nomine Indiam luſtraſſe. Elevatio Eccleſiæ Goanæ in Archiepiſcopalem contigiſſe videtur anno 1559.

ORDINATIO LIV.
Anno 1535. 2. Jun.

SEdes epiſcopalis erigitur in oppido Anteguera. Hæc eſt Oaxaca, aliàs Guaxaca, ut modo nominatur, inter Chiapam & Angelopolim. Meminit laudatus D. Gonzalus de Paz.

ORDINATIO LV.
Anno 1535.

AD inſtantiam Fr. Vincentii Lunel Commiſſarii Generalis Ordinis S. Franciſci confirmavit (1) Paulus III. omnimodam Adriani VI. ablata reſtrictione qua uſus prohibetur intra duas dietas à reſidentia epiſcoporum, ampliatamque ad propinquiora loca, dummodo tamen epiſcopi conſen-

(a) *Franciſcus de S. M. Anno Hiſtor. num. 1.* (b) *Daza, 4. Parte Chron.* (c) *Lima, Geog. Portug. tom. 2.*

Digitized by Google

ſentiant, (II) Ita P. Cl. Clemens, & Fr. Joannes Baptiſta cum Loſada loc. cit. teſtantur, extare Conſtitutionem authenticam in conventu Mexicano S. Franciſci. Incipit *Dilecto Filio*.

ADNOTATIONES.

(I) *Confirmavit*. Confirmatio eiſdem ſubeſt exceptionibus atque prima conceſſio. Unde de iis quæ non eſſet quis in ſpecie conceſſurus, *ſi donatio non valet*, *neque confirmatio*, ut habet Gloſſa in *Cap. Dudum*, *De decimis*.

(II) *Epiſcopi conſentiant*. Conſenſum iſtum per omnia intelligi vult D. Joannes Pineda Operis Fr. Dominici Loſadæ de privilegiis indicis pro Regio Indiarum Senatus cenſor, dum ait de Conſtitutionibus & litteris apoſtolicis per Loſadam collectis: *En ellas* ſe annotará, que nunca ha ſido el animo de la Silla Apoſtolica perjudicar à las authoridades de los Obiſpos ya creados, ò que en adelante ſe erigeren en aquellas *provincias*. Aliquando ſine dubio Pontifex poteſtatem fecit per conſtitutionem aut litteras, non requiſita ordinariorum licentia, nec attenta authoritate, ut cum Pius V. munus parochiale permiſit regularibus, de quo infra anno 1567. 24. Mart. Sed & ſunt ordinationes plures pianam illam reducentes ad terminos juris, ubi ſunt epiſcopatus erecti.

In relato compendio privilegiorum à regularibus oblato Synodo Mexicanenſi dicitur de hac Pauli conſtitutione: *Confirmó* lè concedido por Adriano, y quitó la reſtricion de las dos dietas, eſtendiendo la omnimoda authoridad al *intra duas dietas* con tal que dentro de las dos dietas fueſſe con conſentimiento del Obiſpo, quedando como queda en ſu fuerza la dicha omnimoda *extra duas dietas*. Donde eſtá mui declarado lo que al propoſito ſe ha dicho de la omnimoda, que en el *intra* para coſas arduas ſera neceſſario el conſentimiento del Obiſpo por el honor que ſe le debe. y eſto lo concede Paulo III. con tan notables non-obſtancias, que por ſolas ellas los letrados y juriſtas vinieron á determinar, que ſi algunos privilegios eſtaban antes reſtringidos, annulados, ò revocados, es viſto ſer reſtituidos *in priſtinam authoritatem todos ellos*.

Ubi ſupponitur in locis ſitis in ditione epiſcoporum *extra duas dietas* à reſidentia epiſcopali, vel officialium, non requiri illorum conſenſum ad omnimodæ authoritatis uſum. Quinimo ſignificatur, non requiri conſenſum intra duas etiam dietas niſi ad caſus arduos: ad hoſque requiri non quia poteſtas deſit in regularibus, ſed propter honorem Epiſcopis habendum. Ad textum præſentis paulinæ conſtitutionis mihi non notum appello, ut appareat an conſenſus epiſcoporum requiratur tantum intra duas dietas, an in tota diœceſi: in tota namque jus habent Epiſcopi certum, cui non eſt præjudicandum in dubio. Illud eſt certum intra duas dietas non tantum requiri epiſcoporum conſenſum ad caſus arduos, ſed ad omnes etiam ordinarios qui ſint juris diœceſani: idque non tantùm ut ſuus epiſcopis habeatur honos, ſed ne poteſtatis fines tranſiliantur. Et quanvis conſtitutio præſens favor ſit, ideoque ampliandus: ampliatio tamen

Digitized by Google

men esse tanta non debet, ut lædatur jus alterius cui expressè derogatum non sit. Certius est illud, neque ut credo ab ullo litterato seu jurista negandum, per non-obstantias præcisè, seu per clausulam *Non obstantibus* &c. neque restricta ampliari privilegia, nec revocata aut abrogata denuò concedi, sed tantùm removentur obices concessionis, cui similis apponitur clausula.

ORDINATIO LVI.
Anno 1536. 3. Aug.

ERigitur in episcopalem ecclesia *de Mechoacan*, cujus sedes translata est anno 1544. ab oppido Cinzonza ad Pascuarum, & hinc Vallisoletum anno 1571. 19. Nov. Refert Herrera in Descript. Ind. Occ., & Gonzalvus de Paz.

ORDINATIO LVII.
Anno 1537. 23. Maii.

RElata prohibitione Regis Catholici (I), ne quisquam occidentales & meridionales Indos (II) in servitutem redigere, aut bonis suis spoliare præsumeret, attendensque Indos ipsos, licet extra ecclesiam existant, suis rebus aut libertate privatos seu privandos non esse, & cum homines sint, esse fidei & salutis capaces, neque servitute delendos, sed prædicatione & exemplo ad fidem invitandos, mandat Paulus Tertius Cardinali Tabera Archiepiscopo Toletano, ut per se vel alios præfatis indis assistens sub excommunicatione summo Pontifici reservata ipso facto incurrenda inhibeat, nequis præfatos Indos in servitutem redigere, aut eos bonis suis spoliare præsumat, ac circa ea necessaria statuat. Extat apud Solorzanum (a). Incipitque *Pastorale officium*. Alias ejusdem argumenti litteras dedit Paulus decem post liebus, nempe 2. Junii, quas vide infra.

ADNOTATIONES.

(I) *Probibitione Regis*. Cunctæ Indos mancipandi prohibitiones recopilatæ sunt in juris Indici lib. 6. tit. 2., ubi lege 1. dicitur: *En Conformidad* de lo que esta dispuesto sobre la libertad de los Indios, mandamos que ninguno en tiempo de paz ò de guerra aunque justa, sea osado de cautivar Indios .... ni tenerlos por *esclavos*. Et quanvis permissa fuerit aliquando, deinde negata, iterum permissa Canibalium mancipatio, permissio caret usu, ut testatur D. Ramirus Valenzuela (*b*).

Par legum & sententiarum de Indorum libertate vicissitudo contigit, antequam præsens prodiret constitutio, de qua D. Franciscus Lopez de Goma-

(a) *Solorz. T. I. De Ind. Jur. l. 3. c. 7. n. 54.*
(b) *Valenz. Addit. ad Pol. Solorz. l. 2. c. 1. n. 36. Vide Herrer. D. I. lib. 6. cap. 10. ann. 1504. Ant. Leon Pinell. Confirm. Real. P. 1. c. 8. n. 9. Recop. Ind. lib. 6. t. 2. l. 13.*

Digitized by Google

Gomara ita loquitur (a): *Thomas Ortiz* Dominicano, y otros de su Orden aconsejaron la servidumbre de los Indios, y otros de S. Francisco. Hizo un razonamiento en que por los delitos dice que merecen ser esclavos (b) .... Fr. Geronimo de Loaisa Presidente del Consejo de Indias, y Confessor de Carlos V. dio grandissimo credito. El Emperador en 1525. estando en Madrid mandó que fuessen esclavos. Mundaron de parecer los Dominicos, reprendian mucho la servidumbre en pulpitos, y escuelas, por donde se tomó otra informacion en 1531., y Fr. Rodrigo Minaya sacó la Bula de Paulo III.

(II) *Occidentales & meridionales Indos*. Nulla hic mentio de Africanis, qui de orientali demarcatione sunt, & de regionibus apud Herreram vocatis *Indias de Guinea* (c), quos vulgus communi mancipiis atricoloribus nomine appellat *Angolas*. De quibus an jure, an injuria mancipentur, latè disputant. Vide infra anno 1683. Ord. 400.

ORDINATIO LVIII.
Anno 1537. 1. Jun.

DEcernit ac declarat Paulus Tertius, illos qui Indos occidentales & meridionales ad fidem Christi venientes non adhibitis ceremoniis & solemnitatibus ab ecclesia observatis, in nomine tamen SS. Trinitatis baptizaverunt, non peccasse, cum consideratis tunc occurrentibus, sic illis bona ex causa visum fuisse expedire putetur. Ut qui in posterum extrá urgentem necessitatem baptisma ministrabunt, saltem hæc quatuor observent. 1. Aqua sacris actionibus sanctificetur. 2. Catechismus (I), & exorcismus fiat singulis. 3. Sal, saliva, capillum, candela ponatur duobus, vel tribus pro omnibus utriusque sexûs tunc baptizandis. 4. Chrisma ponatur in vertice capitis, & oleum catechumenorum super cor viri adulti, puellorum & puellarum; adultis verò mulieribus in illa parte quam ratio pudicitiæ demonstrabit. = Super eorum matrimoniis hoc observandum decernit, ut qui ante conversionem plures juxta illorum mores habebant uxores, & non recordantur quam primò acceperint, illam retineant (II) quam voluerint, & cum illa matrimonium contrahant per verba de præsenti, ut moris est. Qui verò recordantur quam primò acceperint, illam retineant (III), aliis dimissis. Ac illis concedit ut conjuncti etiam in tertio gradu tam consanguinitatis, quam affinitatis (IV), non excludantur à matrimoniis contrahendis, donec Sanctæ Sedi aliud super hoc visum fuerit statuendum. = Decernit, item quod jejunium repugnans sanitati, vel non bene quadrans officio aut exercitio alicujus, non censeatur illis ab ecclesia præceptum. Et circa abstinentiam ab illis suscipiendam statuit, quod in vigilia Nativitatis & Resurrectionis Domini, & omnibus sextis feriis quadragesimæ jejunare teneantur; cæteros verò dies (V) eorum beneplacito

prop-

(a) *Gomara, Histor. de las Ind. cap.* 217. (b) *Vide infra Ord.* 59. *Adnot.* 3. (c) *Herr. D.* 2. *l.* 2. *cap.* 2. *Vide supra in Prologo.*

Digitized by Google

propter eorum novam ad fidem conversionem, & ipsius gentis infirmitatem (VI) permittit. Eisque concedit, quod quadragesimalibus & aliis prohibitis anni temporibus, lacticiniis (VII), ovis & carnibus tunc temporis duntaxat vesci possint, cum cæteris christianis ob aliquod sanctum opus obeundum similibus cibis vesci posse à Sede Apostolica fuerit concessum. = Dies autem quibus eos vult ab operibus servilibus cessare, declarat esse dies dominicos, ac Nativitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis, ac Corporis Domini, & Pentecostes; nec non Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis B. M. V. (VIII), ac BB. Petri ac Pauli. Cæteros dies festos (IX) ex causis prædictis illis condonat. = Et considerans maximam ipsius Indiæ occidentalis & meridionalis distantiam, tam Archiepiscopis (X) & Episcopis, quam iis quibus ipsi vices suas duxerint committendas, omnes noviter conversos supra dictos in quibuscunque casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in litteris in die Cœnæ Domini legi consuetis (nihil sibi de illorum absolutionibus reservans) authoritate apostolica, injuncta eis pœnitentia salutari, absolvendi ad dictæ sedis (XI) beneplacitum facultatem concedit. = Et postremó ne isti in Christo parvuli malis exemplis corrumpantur, decernit sub excommunicatione latæ sententiæ, donec recedant reservata, ne ullus apostata in illas partes se conferre præsumat. Indiciturque Episcopis, ut apostatas ex suis diœcesibus expellant. Extat apud Fr. Joannem de Torquemada (*a*), & ex parte apud Murillo (*b*) Incipit *Altitudo*. Et quod attinet ad primam partem de contrahendis baptismi ritibus, consonat rubrica Ritualis Romani, ibi (*c*): *Si ob* baptizandorum multitudinem (ut in India & Novo Orbe quandoque contingit) in singulorum baptismo præscripti ritus observari non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urgeat necessitas, *omittantur*.

ADNOTATIONES.

(I) *Catechismus fiat singulis*. Quid doceri pro catechismo debeant rudes Indi & Æthiopes de rebus divinis ante baptismum, colligi potest ex iis quæ tradidit P. Jacobus Alvarez libris editis *De Vita Spirituali* notus in M. S. Resolutionibus casuum habitis de more in Collegio Limano S. J. anno 1593. cap. 4. q. 3. de Secundo Ecclesiæ Præcepto, ubi loquens de eorum necessaria præparatione ad sacramentum pœnitentiæ, ait (*d*): *Que* es necessario que sepan los Indios y Negros de las cosas de Dios, para confessarse sin escrupulo? R. Lo siguiente, y basta que lo sepan como aqui lo explicamos sin otras sutilezas, 1. Que hai un solo Dios, Padre, Hijo, y Espiritu Santo. Basta que crean lo que significan estas palabras, aunque no acierten à hacer concepto de como son tres personas distintas y un solo Dios, porque verdaderamente puede haver acto de fe,

(a) *Torq. lib. 16. Mon. Ind.ª cap. 9.*
(b) *Murillo, lib. 1. Curs. t. 33. fin.*
(c) *Rit. Tit. Ordo bapt. adult. p. 35. Ed. Ven.* 1715.
(d) *Vide etiam P. Sandoval S. J. De instaur. Æthiopum salute, lib. 3. per tot.*

Digitized by Google

de fe, aunque no se entienda el objeto creido, como el idiota tiene. acto de fe quando cree que es verdad lo que está en la Biblia. 2. Que Dios hizo todo el mundo. No es necessario que perciban como lo hizo de nada, ques al todo no se supone nada de que sea hecho. 3. Que Jesu-Christo es Dios y hombre verdadero que nacio de una virgen, y murio por los hombres en una cruz, y resucitó, y está ahora en el cielo. y en esto entienden bastantemente la concepcion por el Espiritu Santo, porque nacer de virgen dice ser la concepcion sobrenatural, y creen la session *ad dexteram Patris*. 4. Preguntalles: Quando se mueren, adonde vá el alma. y enseñalles, que las de los buenos christianos van al cielo, y las de los infieles y malos al infierno. y en esto creen, que hai juez de vivos y muertos, castigos y premios: donde se incluie el articulo de la glorificacion, y que hai una congregacion de gente que se salva, si vive bien, que es creer la Iglesia, y en su manera creen la resurreccion: y si son capaces, se les puede enseñar mas. S. Como vienen à confessar sus peccados para que se les perdonen. y esso es creer el articulo de la remission de los peccados. Preguntalles: Aquien adoran en la hostia, quando alza el sacerdote? y decirles que à Jesu Christo: y esto basta que sepan del misterio de la eucharistia. El misterio de la communion de los santos no tienen obligacion à saberlo, por su difficultad y no ser de los que celebra *la Inglesia*.

Hæc Author laudatus, in quibus desidero, non quidem notitiam scholæ propriam de fidei supernaturalitate, sed majorem expressionem motivi ad credendum fide supernaturali, ne tantùm barbari mysteria credant, ut hominum dicta: quanquam dici potest, id non pertinere ad materiam sciendorum, sed ad sciendi modum. Pertinet certè ad catechismum tum baptizandorum, tum pœnitentium. Desidero etiam majorem expressionem æternitatis præmiorum & pœnarum, præter notitiam præceptorum, sacramentorum, & necessitatis orandi opportunam. Et quoad fidem mysterii SS. Trinitatis non satis est illud credere, ut ab idiota creditur quod continetur in Bibliis, sed opus est fide explicita quoad ejus fieri possit.

Quidam Societatis missionarius Gallus, quem appellat Charlevoix (a) censebat, Æthiopes adultos recèns advectos ex Africa in Hispaniolam vix esse baptismi capaces post duos instructionis annos: ac tunc quidem oportere cum illis opinari qui fidem explicitam mysterii Trinitatis non esse necessariam necessitate medii arbitrantur. Nulla in his regula generalis statui potest, sed post ea quæ necessaria sunt necessitate medii, pro cujusque capacitate instruendi sunt: docendique quæ cap. 4. act. 2. Concilii Limani præscribuntur, ubi habetur: *Cum* ex divino præcepto omnes christiani adulti teneantur scire pro suo captu quæ ad religionis christianæ, quam profitentur, substantiam pertinent, qualia sunt mysteria fidei præcipua, quæ continentur in symbolo, mandata decalogi omnibus servan-

(a) *Charl. Hist. de S. D. t. 2. l. 2. p.* 504. *Rep. au livr. int. Extrait des Assertions, &c. tom.* 5. 3. *P. pag.* 65. *Ed. in* 12.

Digitized by Google

vanda, sacramenta quoque ea quæ necessario cuique suscipienda sunt; tum demum quæ à Deo petere & expectare debemus juxta dominicæ orationis institutionem sedulò in his erudiendi sunt à pastoribus & ministris omnes, maximè rudiores Indi, Æthiopes, pueri pro cujusque ingenio & opportunitate, ne gravissimo ignorantiæ morbo (ut fit passim) periclitentur. Omnino autem curandum est, ut quicumque neque ætate neque valetudine impediuntur, memoriter ediscant elementa christiana, maximè symbolum fidei, orationem dominicam, præcepta decalogi, sacramenta ecclesiæ. Id ut fiat, antiquorum canonum statuta sequens S. Synodus præcipit, ut nullus ad baptismi sacramentum admittatur, qui non prius symbolum & orationem dominicam saltem memoriter reddiderit. Idemque in sacramentis pœnitentiæ & confirmationis conferendis omnino servetur, excepto vel necessitatis articulo, vel nimiæ senectutis, aut ægritudinis, sive etiam profundæ alicujus hebetudinis impedimento, quod parochorum & confessariorum judicio & conscientiæ relinquatur. Qui verò iis tantum impedimentis gravati fuerint, ut copiosiorem catechesim non admittant, doceantur pro suo modo præcipua fidei capita, scilicet unum esse Deum rerum omnium authorem, qui accedentes ad se vita æterna remunerat, impios & rebelles in aliò sæculo punit. Deinde hunc ipsum Deum esse Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum: tres quidem personas, sed unum verum Deum, præter quem nullus sit alius verus Deus. Præterea Filium Dei propter reparandam salutem hominis factum hominem ex Virgine, pro nobis passum & mortuum, ac tandem resurrexisse, & regnare in æternum. Hunc esse Jesum Christum Salvatorem nostrum. Postremò, neminem posse esse salvum, quin credat in Jesum Christum, & pœnitens de peccatis commissis sacramenta ejus suscipiat: baptismatis quidem si infidelis sit; confessionis, si lapsus post baptismum; ac denique statuat ea servare quæ Deus & Ecclesia Sancta præcipiunt: quorum summa est ut Deum diligat super omnia, & proximum sicut se ipsum. Intelligant igitur sacerdotes, nisi in fide instructos baptizent, vel à peccatis absolvant, se & grandi sacrilegio commaculare, & animarum reos apud severum judicem *reddere*.

De eliciendis actibus fidei, spei, & charitatis, & contritionis, quorum tanta est necessitas ad salutem, præstat modus à Benedicto XIV. præscriptus in Const. *Etsi minimè* data 7. Febr. 1742. ut nempe animorum rector aut catechista intelligibili voce hosce actus eliciat auditore repetente verbatim. In necessitate verò est qui sibi satisfactum putet, si rudis æthiops vel indus tantum affirmet ad singulas interrogationes sequentes vel similes: *Crees* que hai un solo Dios verdadero, infinitamente grande, poderoso, sabio, y bueno, criador, salvador, y juez de nuestras almas? R. Si creo, Crees &c.? R. Si.

Modum sic in necessitate catechizandi interrogando, ut fidei candidatus respondeat, probat S. Augustinus (*a*), qui cum tradidisset catechu-

(a) *Aug. Cap. 9. De fid. & operib.*

Digitized by Google

chumenos docendos non tantùm quid credere debeant, sed etiam quemadmodum ab hòc pravo sæculo se eripiant : neque Eunuchum tantùm fuisse à Philippo baptizatum, ut diceret: *Credo Filium Dei esse Jesum-Christum*, neque hoc ulli satis esse, sed aliquid esse dicendum à catechizante, & à credente profitendum de Spiritu Sancto, de Sancta Ecclesia, de remissione peccatorum, de resurrectione mortuorum, de Jesu Christi incarnatione ex Virgine, de passione, de morte crucis, de sepultura, de tertii diei resurrectione, de ascensione ad dexteram Patris, subdit: *Si enim* spado, cum respondisset *Credo* Filium Dei esse Jesum *Christum*, hoc ei sufficere visum est, ut continuò baptizatus abscederet, cur non imitamur, atque auferimus cætera quæ necesse habemus, etiam cum ad baptizandum temporis urget angustia, exprimere interrogando, ut baptizandus ad cuncta respondeat, etiamsi ea memoriæ mandare non *vacavit*?

Neque alius modus expeditior occurrit, ut memoria tenendi rudes mente & ore credant, sperent, ament, & corde compungantur: quo nihil melius perficient, etiam si remittantur ad annum; nam quanvis non deesset, quod sæpè fit, catechistæ copia, catechista ut plúrimum totus est, ut memoriter, in quo non est salus, addiscat incapax addiscendi: & dum stupidum ac rude caput inclamando concutit, non doctrinam salutarem, sed salutaris doctrinæ tædium & horrorem instillat. Excolatur quidem pro opportuuitate memoria, sed primum omnium confessio mentis & oris fiat ad salutem.

Fateor, per simplices eas affirmationes ad interrogata non confici, quod à respondentibus mente & ore credatur; solemne quippe est æthiopibus & indis, non latinis quidquid interrogaveris, cæcè affirmare. Quid tamen facias ligneis & saxeis hominibus? Quæcumque ad instruendos instituatur via, idem est periculum, precibus ad Deum superandum, qui per Chrisostomum (*a*) ait: *Mea* est causa, Deus humano auxilio non indiget. Ideo vos tantummodo mihi personam præstate, & ego vobis *sensum*. Nec putandum, solertiorem esse gratiâ naturam, quæ puerulos vix fantes artem docet loquendi, modoque nobis explicatu difficili facit nomen à verbo, substantivum ab adjectivo discernere, ut contra Claudium ajebat olim Ill. Bossuet.

In gratiam catechistarum, & confessariorum, qui rudibus indis & æthiopibus aures præstant, juvat subdere quæ laudatus Alvarez latiùs prosequitur in M. S., quibus similia contraxit in summam P. Joannes Alloza (*b*), = Q. 5. Si à los bozales se les puede confessar, quando no han procurado dolor; y que dolor les basta: y como seran ajudados? R. 1. No hai que reparar en que vangan à confessarse sin haver prevenido contricion, porque la incapacidad les escusa: y entre los auxilios, que Dios les da, entra la diligencia del confessor, y porque muchas veces los amos no les dan tiempo. 2. El dolor necessario es el mismo que para los blancos. 3. Con palabras proferas muevales à conocer la dignidad de su alma,

(a) *Chrisost. Tom. 2. Hom. 2. in Math.* (b) *Alloza, Alpha 6. Mor. y. Confess. f. 24.*

Digitized by Google

ma, y la grandeza de Dios. Regùnteles: Dî, no fuera bueno ſervir à tal Señor? Que reſponda que sî: ò hagale decir con la boca las palabras, que ſignifican contricion, y ſino diere ſeñas en contrario abſuelvalo. = Q. 6. Si los pueden confeſſar, quando no han hecho diligencia para examinarſe? R. Gente tan bozal no importa que no ſe haia examinado. En preguntandole lo que buenamente le occurra, aunque probablemente crea que ſe le quedan muchos peccados por confeſſar, porque caſi nunca dicen el numero ni poco mas ò menos, puede abſolverle, porque no es poſſible mas: y aunque le embîe, y vuelva des pues de un año, no lo hara mejor. = Q. 7. Que ſe hara con eſtos Indios y Negros, quando no ſe puede averiguar el numero de pecados, ni mucho mas ò menos? R. Abſolverlos como en el caſo que por neceſſidad ſe dimidia la confeſſion. = Q. 8. Que ſe hara quando no ſe ſabe que penitencia les dieron? R. No ſe les pregúnte que penitencia les dieron, ſino te mandó que te azotaſſes, ò que rezaſſes? = Q. 9. Si los que no entienden ſu lengua pueden confeſſarlos. R. Sino hai otro que los entienda, sî: y à los Angolas puede qualquiera, porque ninguno los entiende. = Q. 10. Si es bueno preguntarles el confeſſor antes que ellos digan? R. Si dicen algo aunque deſconcertadamente no; pero ſino dicen nada, ò dicen hiſtorias que no pertenecen, sî: y preguntando ſacará mas que oiendo. = Q. 11. Si ſe les puede abſolver eſtando en occaſion proxima? R. No, aunque lo offrezcan, porque de valde *lo dicen*. = De catechizandis Indis præter laudatos vide P. Acoſta De promulgando Evangelio ſive De Procuranda Indorum ſalute lib. 4. à cap. 21. ad lib. 5. uſque ad cap. 15.

Ex dictis de Indorum, & Æthiopum ſtupiditate colligitur, quanta fuerit olim & ſit modo ratio dubitandi, an ii qui ex Africa exportantur, verè & ritè baptizati ſint, quanvis ipſi affirment vel alii. Si enim poſt diuturnam inſtructionem, conſuetudinem, & idiomatis noſtri qualem-qualem uſum dubitant miniſtri; quid cum recèns ab extrema barbarie ablactati ſunt, dum ignorant quid ſecum agatur, neque loquentes percipiunt, neque ab audientibus percipiuntur? Adoleſcente ſæculo proximè elapſo, dubium invaluit in Paraguai regionibus de Angolanis, & ſeneſcente de Guaraniis Piratininga poſtliminio regreſſis. Quid verò ſenſerint Prælati & Theologi, dabo ex documentis tabularii Neo-Cordubenſis, quod fuit olim Soc. Jeſu in Tucumania.

Pregúntaſe quando y con que circunſtancias havra grave obligacion sò pena de pecado mortal de bautizar à los Negros que vienen de la coſta de Africa? = Es coſa cierta, que todos aquellos, à cujo cargo eſtan las almas de los Negros, tienen graviſſima obligacion de examinarlos à todos, ò hacerlos examinar luego y con diligencia para ver ſi eſtan bautizados, porque nos conſta con cierta ciencia confirmada con la experiencia, que muchos de los dichos Negros no lo eſtan, ni ſon chriſtianos, y otros hai grande duda ſi lo ſon, ò por lo menos varias opiniones entre los hombres letrados: y aſſi deben todos ſer bautizados unos *ſub conditione*, otros ſin ella, quando y como demoſtraremos con la divina gracia. = El Ill. de Sevilla haviendo recibido informacion authentica,

Digitized by Google

tica, y haviendo acuerdo y junta de muchos varones doctos, en 28. de Nov. 1613., fue de parecer se debian examinar todos los morenos, y assi lo mando, y cometio la execucion al Collegio de S. Hermenegildo de la Compañia de Jesus de Sevilla, donde se hizo la instruccion. Lo que se refiere en este tratado quanto al hecho acerca del modo que se tiene de bautizar los morenos en sus tierras, nos consta que está fielmente sacado de la informacion original comprobada con muchos testigos, que se guarda en los archivos del Señor Arzobispo D. Pedro de Castro y Quiñones .... Sevilla 21. de Marzo de 1623. = Diego Granado. = Christoval Ruiz. = Diego Ruiz. = Matheo Rodriguez.

Instruccion del modo que se debe guardar en el examen, catecismo, y bautismo de los Negros, y tambien de los Indios viejos de este Obispado dada por el Ill. Señor D. Julian de Cortazar Obispo de Tucuman, conforme à otra que el Ill. Señor Arzobispo de Sevilla hizo (*a*) con parecer de todos los hombres doctos de aquella Ciudad para los Negros, de la qual usan los PP. de la Compañia de Jesus en todas las Indias con licencia y aprobacion de los Prelados de ellas. = Suponese lo 1. de los doctores en la materia *del Bautismo*, que para ser valido en los adultos que tienen uso de razon, fuera de la intencion del ministro; materia, y forma, tenga tambien el que lo recibe intencion y voluntad de recibirlo. Lo 2. Que le echen agua. Lo 3. que tenga algun conocimiento de aquella santa ceremonia, que no es cosa natural (como para lavar la cabeza, ò señal de que es esclavo ò criado de los Españoles) sino ceremonia de los christianos, ò cosa ordenada al culto de Dios N. S. Lo 4. Si se lo dixeron en lengua ò con interprete que entendieron. = De lo dicho se infiere lo 1., que haviendo certidumbre moral de que faltó qualquiera de estas cosas, el Negro ò Indio se debe bautizar absolutamente sin condicion alguna. Lo 2. se infiere, que haviendo certidumbre moral de que concurrieron todas estas cosas; no se debe bautizar, ni absolutamente, ni *sub conditione*, sino catechizarle segun su capacidad, y confessarle por sí, si sabe la lengua, ò por interprete si el tal quisiere encargando mucho el secreto al interprete. Lo 3. se infiere, que si alguna de las cosas dichas en el supuesto fuesse dudosa, ò *moraliter* incierta, el tal debe ser bautizado *sub conditione*, haviendole catechizado primero segun su capacidad, y de manera que no solo reciba el sacramento, sino tambien en el la gracia del sacramento. y la forma es: *N. Si es baptizatus non te baptizo. Si non ès baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Haviendole primero preguntado si quiere ser bautizado, y exortandole al dolor de sus pecados, y que haga el acto de contricion: lo qual se debe tambien guardar en el bautismo sin condicion. = Debe advertirse lo 1., que si el tal dixesse que no se le echó agua, ni se hicieron con el las demas ceremonias, se han de cum-

---

(a) *Hanc vide apud cit. Sandoval, lib. 3. De Instaur. Æthiop. sal. cap. 22. cum Edicto Archiepiscopi Hispalensis.*

Q

Digitized by Google

cumplir y hacer como en el Manual se pone para el bautismo de los adultos. 2. Que si en los unos ù otros se halláre que no les pusieron el oleo y chrisma, se les debe dar. Advirtiendo tambien, que algunas veces suelen estar confirmados, y se esquivocan y engañan teniendo la confirmacion por bautismo, y la chrisma de la confirmacion por esotros santos oleos. 3. Que quando el adulto tiene capacidad, se le deben enseñar los principales misterios de nuestra santa fê ... Lo 4. se advierta, que algunas veces la noticia que dan en el examen del bautismo, no es la que en el tuvieron sino la que despues adquirieron, particularmente los que son algo ladinos: y assi es mui necessario examinarles con gran cuidado una y otra vez; y à cada uno de por si sin que le oiga el otro, porque la noticia adquirida despues no basta. Lo 5. que haviendo iglesia ò capilla se debe hacer en ella con sobre pelliz, estola, aqua-benedita, y candela, quando buenamente se pueda, y con padrino, y sino lo hai, no es necessario. Lo 6., quando el que se bautiza absolutamente y sin condicion, es casado, y la muger esta allî, es bien que ratifiquen el matrimonio pero sin amonestaciones, ni missa, ni otras ceremonias. Quando el bautismo es *sub conditione* no es necessario que se ratifique el matrimonio. Lo 7. quando el bautismo es *sub conditione*, es necessario confessarle desde la ultima vez que lo hizo por si el primer bautismo fue valido, pero con intencion de no absolver sino fue valido, porque por este segundo se le perdonarán los pecados. Lo 8., que si acaso el Negro es venido de Congo ò criollo del Brasil; puede ser que los bautizaran niños, lo qual no es en Loanda puerto de Angóla, de donde son casi todos, y que en Buenosaires les ponen el oleo y chrisma casi siempre. Lo 9. se advierta por una cosa mui importante, que es menester mucho major cuidado en el examen para haver de dexar à uno por bautizar, que para bautizarlo, porque el ierro en dexarlo de hacer es mucho major, por depender de ello la salvacion del adulto, porque en el bautismo *bona fide* hecho *sub conditione* no hai culpa ni pena. y no solamente corre riesgo la salvacion, sino que los sacerdotes cometen sacrilegio en administrar los otros sacramentos à quien no está bautizado. Lo 10., que de todos los Indios ò Negros que se fueren bautizando, se ha de ir haciendo padron ... poniendo à parte y de por si los adultos que se bautizan, por sus nombres, y de sus encomenderos ò amos. Lo 11. En los bautismos en que algunas veces occurre duda, si quando lo recibieron, tenian uso de razon, ò no, haviendo la dicha duda, se han de bautizar *sub conditione*. Lo 12. se advierta, que quando se pudieren juntar dos personas à los examenes de los adultos, será conveniente: y en este caso, si discordaren, diciendo el uno que debe ser bautizado, y el otro que no; se debe seguir el parecer del que dixo que debe ser bautizado, aunque el parecer de otro parezca mas probable. Finalmente adviertan los ministros, que como Dios N. S. sera el premio de los servicios que en esto le hicieren, tambien castigará el descuido que tuvieren en cosa tan importante. y Su Señoria, y sus visitadores tambien agradeceran el cuidado, que en esto pusieren, y castigarán qualquier descuido.

Pare-

Digitized by Google

Parecer del P. Diego Altamirano de la C. de J. sobre si se han de bautizar los Indios, que vuelven à las missiones del Paraguay huidos de S. Pablo. = 1. Conclusion. = Pueden rebautizarse *sub conditione* los Indios adultos que vienen de S. Pablo, sino consta que los bautizassen en estas Reducciones antes que los llevassen los Mamelucos ò maloqueros.... La razon es, porque dichos Indios no es tan cierto que esten bautizados, que no haia probabilidad fundada en prudentes congeturas de lo contrario. Estas son 1., porque no consta si los bautizó ministro sospechoso por la mezcla de gente, que la voz comun dice que hai, ó por lo menos huvo los años passados en S. Pablo.... La 2. congetura es, por que dado que el Cura fuesse del todo qual se requiere para la seguridad del bautismo, no consta si lo bautizó el cura, ò persona seglar, pues sabemos, que aun en estas tierras donde nos consta que son bastante aptos los curas, nacen muchos Indios en las estáncias y campos, donde los bautizan personas *purè laicas*, y à veces mugeres, y aun Indios ò Indias por hallarse ausentes los curas. Pues quien assegurará, que el Indio infante, que nacio en el Brasil, lo bautizó su cura, o persona bastantemente entendida? Pues si es de los bautizados adultos, quien assegurará sin que haia probabilidad en contrario, que lo bautizó persona que supo bien la forma, y despues de instruido lo bastante, *saltem* paraque en el suscipiente sea voluntario el bautismo, pues aun en Congo, Angóla, y otras partes, de donde se traen los Negros, nos consta, que haciendo los bautismos curas y clerigos de aquellas tierras, ó los que van en los navios à vista de Españoles entendidos, como suelen ser los capitanes y cabos de dichos navios, salen con todo dudosos los bautismos de muchos? Quien assegurará, que a dichos Indios no los bautizaron con *asperges* al canzandoles una ù otra gota de agua: lo que sienten graves authores que no hace valido el bautismo? =

2. Conclusion. = Aunque el Indio testifique estar validamente bautizado, dando las señas de las ceremonias que se hicieron con el, y que esta bien instruido, &c.; con todo esso so ha de bautizar *sub conditione*. Esta conclusion se funda en la poca fé que hace el dicho del Indio. Por lo qual en las Ordenanzas, que el Virrei D. Francisco de Toledo hizo para estos reinos segun Solorzano (*a*), à quien alega el P. Avendaño (*b*), se dispone que seis Indios hagan un testigo. Y siendo por lo menos necessario un testigo ocular de todo credito, para que cesse la obligacion y facultad de bautizar *sub conditione*. (*c*), siguese que por lo menos seran necessarios seis Indios contestes, y no de menos credito que suelen ser los Indios dignos de credito en las cosas ordinarias, que haian visto bautizar al de cuio bautismo se inquiere. Ni faltarán motivos paraque el Indio mienta (aunque pocos ha menester) en la causa de su proprio bautismo: v. g. para que le tengan por christiano antiguo, y no

(a) *Solor. tom. 2. De Ind. Jur. l. 1. c. 27. num. 67.*

(b) *Avend. tom. 2. Thesaur. Ind. tit. 15. c. 4. n. 29.*

(c) *Laiman, lib. 5. tr. 2. cap. 5.*

Digitized by Google

no le traten los otros como à recien bautizado; porque no se les niegue assistir à la missa, y otros que juntos con la poca aprehension que hacen de la importancia del bautismo, inducen prudente motivo de persuadirnos que mienten, ò á lo menos dudemos de su verdad. Ni nos assegura el que dê señas, pues aunque no esté bautizado, puede decir lo que ha visto en otros: y quanto mas ladino fuere, corre mas riesgo de esta doblez. Bien saben todos los Padres de estas doctrinas, que suele un Indio levantar testimonios, y facilitar testigos que apoien su dicho, y pintar las cosas de manera que parezcan verisimiles, y mui ordinariamente hallarse despues haver sido todo un puro enredo....

3. Conclusion. = Para bautizar *sub conditione* à los dichos Indios, se debe primero inquirir si estan bautizados ò no. Porque es possible, que los bautizassen en el Brasil, y no es impossible que se hallen tales motivos, aunque sean raros, que nos lo persuadan por la attestiguacion de los Indios, ò por reconocerse que fue, antes que le apresassen, bautizado en estas doctrinas, ò que haia por acà algun Español que testifique su bautismo.... Pero añádo que esta averiguacion no es necessario que sea toda la possible, ni que se tarde muchos dias en ella sino con una moral diligencia, en que tanto menos tiempo se riquiere, quanto es menor la esperanza de apurar en todo la verdad, y sacarla à luz por la distancia de las tierras, por la falta de recurso à ellas, y por la incapacidad de los testigos.... y siempre la resolucion ha de ser en favor del bautismo. Y si se mira el peligro de una alma en la omission, y los pequeños inconvenientes à que está expuesto el echar el agua *sub conditione*, aunque tal vez acierte à estar bautizado *ritè*, se juzgará evidente, que con qual quiera prudente rezelo se debe *rebautizar*. = In 2. postremi hujus dictaminis conclusione animadvertendum, Indum, de quo ibi sermo est, ritè instructum de necessariis ad baptismi valorem, qui ne baptizetur totus sciens & volens affirmat falsò se baptizatum esse, revera baptizari non velle: baptismus illi est involuntarius: & consequenter baptizandus non est, nec baptizari potest, quandiu in tali testimonio ferendo perseveret; credendumque, vel revera baptizatum esse, vel baptizari nolle: quo utroque casu ab iterando baptismo supersedendum.

(II) *Illam retineant quam voluerint*. Id ipsum erat provisionaliter definitum in prima Indiarum Synodo, ut appellat Gómara (*a*), author stili liberioris, prohibitus olim Regii Senatûs decreto, sed permissus ab anno 1729., ut ait D. Andreas Barcia in Additionibus ad Bibliothecam Pinelli. *En* 1524. (inquit Gomara) junto Cortés una synodo, que fue la primera de las Indias, à tratar de aquel y otros casos. Huvo en ella treinta hombres, los seis letrados y entre ellos Cortés, los cinco clerigos, y diez y nueve frailes. Presidio Fr. Martin de Valencia como Vicario del Papa. Declararon, que por entonces casassen los Indios con la que quisiessen, pues no sabian los ritos de sus *matrimonios*.

Non

(a) *Gomara, Hist. de las Ind.* c. 167. *Vide Ord.* 41.

Digitized by Google

Non multum abest Herrera (*a*) dum ait: *Y como* los Indios tenian conforme à su gentilidad muchas mugeres, huvo gran duda entre los religiosos con qual de ellas cada uno se havia de velar, porque ante todas cosas eran persuadidos à hacer vida con una sola conforme à la piedad catholica. Y en esto si los religiosos tuvieran entera noticia de los ritos de sus matrimonios, no huviera duda, pues una sola mugier era entre ellas la legitima, y las demas eran *mancebas*. Fortè judicarunt religiosi viri, in barbaris mexicanis non esse vera matrimonia, quod de Guaraniis Paraguerìæ à pluribus judicatum est, ut vide infra Ord. 305. Facitque quod à Torquemada (*b*) traditur per hæc verba: *Verdad* es que dice el P. Fr. Toribio de Motolinca, que algunos años despues de haverse plantado la fê, se hallaron muchos casados apartados, y que de aqui tomaron algunos motivos de affirmar que entre los Indios no havia matrimonio, pero consta ser falso por lo que de sus ceremonias dejamos *dicho*. Quoad præsentem ordinationem, patet ex contextu permissionem contrahendi cum qua liberet, non in rituum ignoratione fundari, sed fieri tantùm pro casu quo sciri non posset quænam esset ex pluribus prima conjux.

(III) *Primam retineant aliis dimissis*. Arg. Cap. *Gaudemus*, *de Divorti ibi: Si paganus* priùs plures uxores habebat, post fidem susceptam adhærebit *primæ*. Et ratio est, quia conjugium cum prima supponitur fuisse contractus, non quidem sacramentalis, validus tamen & legitimus, cujus obligatio imminet etiam post baptismum, *quo non tolluntur conjugia*, *sed crimina*, ut in cit. cap. habetur. Addit P. Acosta (*c*): *Quod si* prima uxor abest, & baptizari differt, licebit ex aliis quam velit sumere, ita concedente Pio V. Pontifice Maximo, qui nullo modo Innocentio Tertio contrarius *est*. Vide infra Ord. 132. 167., & 78. Adnot. 4. ad object. 13.

(IV) *Non excludantur*. Ad usum hujus privilegii non requiritur causa alia quam quæ Pontificem movit ut concederet, sicut ad usum concessionis cunctis fidelibus factæ, ut in quinto gradu, quod aliquando fuit vetitum, possint contrahere, nulla requiritur causa specialis in contrahentibus. Ita ex Veracrucii, & communi sententia Fr. Joannes Baptista, quanvis aliter practicaverint nonnulli parochi, quorum ignorantiam carminat Avendaño (*d*). Vide infra anno 1561. 28. Jan. Adnot. 3.

(V) *Cæteros dies*. Deobligantur à jejunio Indi in cæteris præter nominatos diebus, non ut edere possint carnes & lacticinia, de quibus postea fit concessio limitata, sed quoad unitatem comestionis. Unde Synodus diœcesana Limensis anni 1585. à S. Toribio celebrata statuit (*e*): *Indus*, qui tempore quadragesimæ, quatuor temporibus aut diebus Veneris, & Vigiliarum, quibus Indi obstricti sunt, carnem comedisse deprehendetur ... *punietur*. Et Synodus Pazensis sub Ill. D. Feliciano de la Vega

(a) *Herr. Dec.* 3. *l.* 4. *cap.* 8.
(b) *Torquem. Tom.* 2. *Mon. Ind. l.* 13. *cap.* 15.
(c) *Acosta*, *D. Prom. Ev. lib.* 6. *cap.* 21. *fine*.
(d) *Avend. Tit.* 12. *num.* 375.
(e) *Synod. Lim. cap.* 88.

Digitized by Google

ga (*a*): *y en estos* dias aunque sean de ajuno para los Indios, pueden usar de qualesquiera comidas que no sean de carne, y de todos los manjares que concede la Santa Bula de la Cruzada à los demas fieles, y assi se lo han de dar à entender los *Curas*.

Et P. Murillo (*b*): *Omnibus*, inquit, feriis sextis totius anni debent fideles, etiam Indi, sub gravi culpa à carne *abstinere*. Quanvis num. seq. putet in Indiis, & præcipuè in suis Philippinis faciliùs indulgeri posse, & ex levioribus, quàm aliàs, causis dispensari, tum ob alimentorum debilitatem, tum ob corporum languorem. Et quo ad alimentorum qualitatem fungosam convenit Torquemada, cum ait (*c*): *Como* cada dia lo dicen los que de Europa vienen à estas Indias, diciendo que los manjares no son de tanta sustancia como por *alla*. At corporum languor, si verum habet, videtur exigere languidiores cibos, quàm corpora robustorum: quæ fuit sententia Joannis de Cardenas medici Mexicani (*d*) dicentis: *Si la flaqueza* es falta de calor como de ordinario lo es en las Indias, á estos tales mas sano es el ajuno pues con el se consumen flemas y malos *humores*.

(VI) *Propter gentis infirmitatem*. Hinc patet, privilegia hæc valitura donec aliud à Sede Apostolica ordinetur, dum gentis infirmitas perseveret, quanvis neöphitorum cessaverit qualitas, ut ex doctrina J. C. Pignatelli supra observatum est Ord. 37. Adnot. VI. Et hanc Pauli Tertii concessionem qua de causa usque in præsens perdurare, saltem nondum anno 1646. intercidisse, supponi videtur in Constitutione pro *Sinis* data, quam vide ibi; præter praxim & usum, qui hodie etiam conformis perseverat.

(VII) *Lacticiniis, ovis*. Alluditur hîc ad Cruciatæ Bullæ concessionem, ut expressit nuper citata Synodus Pazensis, & exprimit etiam Synodus diœcesana *de Puerto Rico* sub Ill. Lopez de Haro (*e*) ubi dicitur: *Por Bulla* de Paulo Tercero pueden los Indios comer huevos y lacticinios en los dias de quaresma sin bulla, como los demas *con ella*. In summario privilegiorum, quæ Indis à Sede Apostolica concessa sunt, authoritate Synodi Limensis confecto extat illud (*f*): *Permittit* etiam ipsis in quadragesima & aliis diebus jejunii comedere omnis generis cibos concessos illis, qui habent bullam *cruciata*. Et ex Secundo Concilio Limano ait P. Alloza (*g*), *Quod possunt* Indi per hoc privilegium vesci ovis & lacticiniis absque bulla *cruciatæ*. Estque indubitatum, nisi præsens privilegium sit revocatum, vel cum aliis suspendatur in Cruciatæ promulgationibus, de quo infra Ord. 67. anno 1542. 20. Dec.

De carnibus dubium emergit ex constitutionis verbis *Lacticiniis, ovis, & carnibus*, an Indiis liceat iis vesci, nec tantum ovis & lacticiniis extra ferias sextas quadragesimæ, vigiliasque Nativitatis & Resurrectionis, quibus jejunare tenentur. Et ratio dubitandi est, quia possunt vesci carnibus

(a) *Synodo de la Paz, tit. De Obs. Jej. fine*.
(b) *Murillo, in tit. de Obs. jej. n. 436.*
(c) *Torqu. tom. 2. lib. 14. cap. 19. Monarch. Ind.* (d) *Cardenas*, Probl. y Secr. de las Ind. *apud Pinelum Quæst. del Chocol. p. 105.*
(e) *Syn. de P. Rico, Const. 32.* (f) *Apud Harold. in Lima limata*, 111. (g) *Alloza, V. Indi Peruani. f. 2. n. 2.*

Digitized by Google

nibus, cum cæteris christianis ob aliquod sanctum opus carnibus vesci à Sede Apostolica datum est; hæc enim sunt privilegii verba. Sed ob aliquod sanctum opus, nempe bellandi pro religione, aut sumptus belli suppeditandi, concessum est aliis carne vesci, ut patet ex his cruciatæ verbis: *Concede* à todas las personas, que tomaren esta bulla que puedan de consejo de ambos medicos espiritual y corporal comer carné en quaresma, y otros tiempos de ajunos, y dias *prohibidos*. Et superius: *y los soldados*, que en esta guerra estuvieren, se declara no estar obligado à los ajúnos, que por voto ò por precepto de la Iglesia lo estuvieran, no estando *en la guerra*. Quidni igitur & Indis ex præsente privilegio id ipsum concessum esse dicatur.

Sed negandum est, abstinentiâ carnium Indos præsenti privilegio deobligari: estque sententia communis & certa ex dictis Adnot. V. Neque obstat objecta ratio dubitandi, nam milites, & sacri belli sumptus suppeditantes non eximuntur hac obligatione propter illud sanctum opus præcisè, sed ex necessitate quæ in actu bellantibus præsumitur, & in malè habentibus declaratur per consilium utriusque medici. Unde solum infertur, posse & Indos vesci carnibus in pari necessitate constitutos, etiam sine bulla.

Dices, quid ergo concedit Pontifex, si necessitas ingruit. Concedit, ut sine scrupulo fiat quod recta conscientia liceret. De quo vide Ill. Chilensem Episcopum Villarroel (*a*). Hoc tamen non tollit quin inter Indos plura occurrere possint, & occurrant in aliquot præsertim regionibus mediterraneis nec piscosis, quæ necessitatem faciant, ex qua deobligari possunt vel facilè dispensari; ita ut Ill. Quitensis Episcopus Montenegro in simile argumentum dixerit (*b*): *Solo* con decir, que es Indio, tiene de su parte mucho alegado para la *dispensacion*. Ex quo, & ex iis quæ habet sect. 3., praxis, quæ inter sclavos & serviles operas obtinet alicubi, justificari potest: maximé cum Pontifex in præsenti constitutione nolit intelligi ab Ecclesia Indis jejunium præcipi, quod illorum officio, aut exercitio, aut sanitati non congruit.

(VIII) *Gloriosæ Dei genitricis*. Festis quatuor Deiparæ in Constitutione expressis additur dies Immaculatæ Conceptionis ad finem Grammaticæ P. Figueredò Limæ typis editæ anno 1754. (*c*). Sed cum nulla de festo Conceptionis, ut ab Indis observando communiter, in conciliis & synodis americanis fiat mentio, dum Indorum festa numerantur, credi par est, vel esse peculiare pro Diœcesi Limana, vel ibi esse pro devotione positum.

Non est tamen agnoscenda obligatio, à qua Sedes Apostolica liberos esse voluit neöphitos, vel de qua non satis constet. Neque obstat, quod præceptum observandi festum Immaculatæ Conceptionis sit generale & posterius, nam generi seu generali præcepto derogatur per speciem seu per

spe-

(a) *Villarr. Gob. Eccl. P. 1. q. 3. art. 2.* (b) *Monten. Itinerar. Paroch. l. 4. sect. 6. tr. 4.* (c) *Figueredo, Arte de Lengua Guichoa, pag. 249.*

Digitized by Google

ſpeciale jus etiam præcedens, quod non cenſetur Pontifex abrogare velle niſi exprimat.

Sed cum præſenti conſtitutione non adimatur epiſcopis, vel iis quibus de jure competit, facultas indicendi ferias, potuit in aliqua diœceſi commune præceptum ſtatuto ſpeciali ad Indos etiam extendi: quo non reſtringitur ab inferiore privilegium à ſuperiore conceſſum, ſed jus proprium exeritur à ſuperiore non coarctatum: nec Pontifex per præſens privilegium eximit Indos à jure potentium indicere feſta, ſed illos tantum eximit à communi fidelium obligatione & præcepto generali.

Sic quanvis Indi non obligentur ad obſervantiam feſti titularis, in citatis ſynodalibus *de Puerto Rico* (*a*) obligantur. Sic etiam obligantur ad obſervandum feſtum Immaculatæ Conceptionis diem in Synodo Paraguai ſub Ill. Chriſtophoro de Areſti anno 1631. celebrata (*b*). Sed hoc fieri præcepto peculiari, non quo generalis declaretur obligatio, conſtat ex eo quod ſimul obligantur ad feſta Transfigurationis, Sancti Joannis Baptiſtæ, Sancti Thomæ Apoſtoli, quæ certò excipiuntur in præſenti conſtitutione paulina.

Dicta procedunt de feſto Immaculatæ Conceptionis ante conſtitutionem de illius patronatu datam 10. Nov. 1760. An Indi obligentur ex quo SS. Virgo facta eſt patrona etiam Indiarum principalis, vide infra anno 1670. 11. Aug., ubi de patronatu Sanctæ Roſæ, qui quoad ritum ejuſdem rationis eſt.

(IX) *Cæteros dies feſtos*. Poſſunt igitur Indi in his diebus manoperibus vacare: neque ad ſacrum otium tenentur, nec ad audiendum ſacrum, quia indultum non eſt hîc, ut ſupra circa jejunium, reſtrictum, ſed indefinitum & abſolutum. Poſſunt igitur in hujuſmodi feſtis laborare, ſed non ad laborandum compelli. Quod præter naturam privilegii, quod non eſt vertendum in damnum & odium privilegiati, cautum eſt jure indico, tum eccleſiaſtico, tum civili. Concilium quidem Limenſe Tertium à Sede Apoſtolica approbatum, quod Mexicanum itidem approbatum laudat & ſequitur, ſic habet (*c*): *Neque* ullo modo in his (feſtis à Paulo Tertio in hoc privilegio conceſſis) laborare Indi *compellantur* Id ipſum prohibetur in Concilio Provinciali S. Dominici ſive Hiſpaniolæ, ut habetur in Synodalibus *de Puerto Rico* ibi (*d*): *Declaramos*, que por el Concilio Provincial de Sto Domingo eſtá prohibido con pena de veinte peſos, que ninguno pueda obligar à los Indios, eſclavos, o ſiervos à trabajar en dias de *fieſta*. Et Synodus Tucumanenſis anni 1597. habita ſub Ill. Trexo: *y quede* à ſu voluntad guardar las fieſtas de los Eſpañoles, à cuia obſervancia ellos no eſtan *obligados*. Idemque totidem verbis habetur in Synodo Paraguai ſub Ill. Loiola celebrata anno 1603., ſeptendecim ſcilicet ante annis quam diœceſis illa diſmembraretur pro erigenda Sede Bonaërenſi.

In

(a) *Synodo de P. Rico, Conſt.* 28.
(b) *Synodo del Paraguai, Tit.* 9. 9. 1.
(c) *Concil. Lim. ann.* 1582. *Act.* 4. *cap.* 9.
(d) *Syn. de P. R. Conſt.* 28.

Digitized by Google

In quibus duo distinguuntur, & quod Indi exempti sunt in designatis diebus, & quod liberum illis est Hispanorum festa servare. Consonat jus Regium (*a*): *y en los dias* de fiesta que no son para ellos (los Indios) de guardar, les ha de ser libre *alquilarse o no*. Idque certum est de Indis, qui ad rei publicæ labores stato tempore destinantur, vulgò *mitaios*, *ò de mita*, de iis enim sermo fit in citata lege. Certum etiam est de Yanaconis, qui pro semisclavis habentur, sed revera sunt jure liberi, ac de omnibus Indis qui quomodo serviunt commendatariis. Ratio est, quia omnis Indorum servitus si quidem licita sit & jure permissa, ea est solum quam pro tributo Regi aut rei publicæ pendendo serviunt, sicut mitaii, quorum libertas in observandis nominatis festis ab hispanorum coactione jure citato declaretur. Vide infra anno 1750. 15. Dec.

(x) *Archiepiscopis & Episcopis*. In citato summario privilegiorum in Concilio Limensi præsentato & approbato, habito respectu ad hanc apostolicam constitutionem (*b*) dicitur: *Quod* Indi per ipsorum parochos, vel eos qui illorum curam gerunt, possint absolvi ab omnibus casibus etiam Summo Pontifici reservatis, etiam in Bulla Cœnæ contentis, imposita eis pœnitentia *Salutari*. Citaturque Manuale Mexicanum. Sed Emmanuel Rodriguez Minorita (*c*) hunc vocat errorem periculosum in Manuale injectum, nam Paulus Tertius concessit tantùm episcopis & eorum deputatis, quod in Manuali dicitur concessum parochis & Indorum curam gerentibus. Qui si est error periculosus, communis etiam est Summario Limensi & approbatoribus.

Sed cum Manuale Mexicanum prodierit in lucem & usum, ut suppono, authoritate Episcopi aut Archiepiscopi Mexicanensis, & summarium Limense constet prodiisse authoritate conciliari Episcoporum Peruensium, eo ipso omnes parochi & Indorum curam gerentes sunt Episcoporum deputati, ut authoritate apostolica per præsentem ordinationem collata possint illos absolvere etiam à contentis in Bulla Cœnæ. Nec apparet, unde requiratur specialis deputatio ad specialem casum, nec specialis aut singularis deputatio personæ determinatè factæ. Hoc privilegium confirmavit, & ad forum externum extendit, aut extensum declaravit Gregorius XIII. apud Ill. Montenegro (*d*), ut vide infra anno 1583. Ord. 166.

Dices. Si de mente Concilii esset facta tam ampla facultas, frustra concederetur in proxime sequente ejusdem summarii privilegio omnibus Indorum parochis & confessariis, ut *possint* eos absolvere à casibus omnibus Episcopis *reservatis*. Sed frustra non est major facultatis expressio, maximè cum aliàs ut intelligatur facultas concessa ad casus episcopales, debeat exprimi, ut est notum agentibus de privilegiis regularium. Accedit quod in secundo privilegio facultas etiam conceditur confessariis Indorùm, & si curati non sint, in primo verò conceditur tantum parochis & Indorum curam gerentibus.

(xi) *Ad*

(a) *Recop. Ind. l. 6. t. 16. lei 22.*
(b) *Apud Harold Lima lim. pag. 111.*
(c) *Roderic. Tom. 2. QQ. Reg. q. 99. art. 1.*
(d) *Monten. Lib. 5. Itiner. Par. tr. 4. §. 14.*

Digitized by Google

(XI) *Ad dicta Sedis beneplacitum*. Per hanc clausulam asseritur revocabilitas concessorum. Censuit enim S. Congregatio (*a*) 19. Mart. 1619. in una Papiensi, quod *Concessio* ad beneplacitum facta, quandocumque revocari *potest*.

ORDINATIO LIX.
Anno 1537. 2. Jun.

FActa relatione quosdam *orci satellites* (I) occidentales & meridionales Indos sub prætextu quod fidei catholicæ expertes existant, uti bruta animalia (II) illis servientia urgere Paulus Tertius attendens, Indos ipsos ut pote veros homines, non solum fidei catholicæ capaces esse, sed ad fidem ipsam promptissime currere (III), decernit ac declarat sua libertate & rerum suarum dominio (IV) privatos seu privandos non esse, licet extra fidem existant: imo libertate & dominio uti posse, nec in servitutem redigi debere, ac quidquid secus fieri contigerit, irritum esse & inane. Non obstantibus quibuscumque. Extat apud Haroldum (*b*). Incipit *Veritas ipsa*.

ADNOTATIONES.

(I) *Orci Satellites*. Per excessum ab Episcopo Chiapensi (*c*) scriptum est: *Aquellas* gentes las encomendaron à los Españoles, como si las encomendáran à todos los *diablos*. Doctor Joannes Genesius de Sepulveda (*d*) in Disceptatione cum Chiapensi dixerat: *La Bulla* de Paulo Tercero no fue dada sino contra soldados, que sin autoridad del Principe hacian *esclavos*. Quodsi Principis intercedat authoritas, putat Indos licitè debellari, & consequenter in servitutem redigi quatuor de causis, propter delicta, maximè contra naturam: propter stupiditatem: ut deinceps facilius converterentur ad fidem: & propter injurias innocentibus ipsorum illatas. Quarum rationum neque æquitatem defendo, neque censuram probo, qualem profert Episcopus (*e*) dum ait: *Son tan* enormes los errores, y proposiciones escandalosas contra toda verdad evangelica, y contra toda christiandad envueltas y pintadas con falso zelo del servicio real, dignissimas de señalado castigo, y durissima reprehension, que acumúla el *Doctor*, *&c.*

Verùm Doctoris rationes, in quas tam acriter invehitur, ex parte probat Episcopus ipse, dum causis justi belli Ecclesiæ nomine inferendi annumerat peccata contra christianam fidem & religionem (*f*): si fidei prædicatoribus scienter obsistant: & injurias innocentibus illatas. Illud est certum, Regis Catholici nomine nunquam adversus Indos bellum aut captivitatem esse decreta ea de causa, quæ in præsenti constitutione repro-

(a) *S. C. apud Barbos l. 1. jur. Eccl. c. 43. n. 208.*
(b) *Lima limat. pag. 338.*
(c) *Chiap. Prop. 28. De las 30.*
(d) *Sepulv. apud Chiap. ad 12. Object.*
(e) *Chiapens ad objectionis finem.*
(f) *Vide supra Ord. X. Adnot. 5.*

Digitized by Google

reprobatur, ideſt, ſub prætextu quod fidei catholicæ expertes exiſterent, neque militibus privatis eam cauſam ſive prætextum fuiſſe uſque adeo vulgarem, ut ab Epiſcopo Chiapenſi diffamatum eſt.

Exemplum dat Bernal Diaz del Caſtillo in hæc verba (*a*): *Para* deſcubrir nuevas tierras, y en ellas emplear nueſtras perſonas, compramos dos navios y un barco, que huvimos del Gobernador fiado con condicion de que primero que nos lo dieſſe nos haviamos de obligar todos los ſoldados, que con aquellos tres navios haviamos de ir à unas isletas, que eſtan entre la isla de Cuba y Honduras, que ahora ſellaman *delos Guanajos*, y que haviamos de ir de guerra, y cargar los navios de Indios de aquellas Islas, para pagar con ellos el barco, para ſervirſe de ellos por eſclavos. Y deſque vimos los ſoldados, que aquello que pedia no era juſto, le reſpondimos que lo que queria no lo mandaba Dios ni el Rei, que hicieſemos à los libres eſclavos. Y deſque vio nueſtro intento, dijo que era bueno y mejor que no el *ſuio*. Hæc Bernaldus unus de militibus. Hoc tamen non tollit, multos fuiſſe tunc orci in captivandis Indis ſatellites.

(II) *Uti bruta animalia*. Quid mirum ſi cum commendatariis res erat pejor quam cum diabolorum alluvione? Horribilia, ſi vera ſunt quæ de Hiſpanorum, adde tu, & Germanorum in Venezuela, crudelitate vulgus accepit ex Bartholomæo Caſaus ſeu *de las Caſas* Epiſcopo tandem Chiapenſi. Specimen vide apud Dazam (*b*), nam Chiapenſis Operum, quæ fida ſint raritatem exterorum cupiditate & invidia jamdiu factam cauſatur Pinellus (*c*). Circa annum 1552. ait Chiapenſis apud Dazam, iam eſſe trucidatos per primos novi orbis expugnatores plus quindecim millionibus Indorum ſine baptiſmo. Primis duodecim annis ab expugnatione intra ſpatium 450. leucarum circum Mexicum ferro, flammis, vivi-comburiiſque cecidiſſe plus quattuor millionibus. Mexicanenſis Cancellariæ præſidem quendam pro ſingulis equabus dare ſolitum octoginta Indos, & & Indi unius caput pro caſeo. Mactari ſolitos Indos, ut carnibus paſcerentur moloſſi. Et Epiſcopus, ex quo hæc & ſimilia narrantur, juramento confirmare dicitur, unam tantum à ſe prodi ex decem mille factorum partem.

Credat Apella. Nam ſive in orbe terrarum toto ſint mille milliones hominum, ut ex prudente conjectura putat Ricciolus (*d*), ſive 729. milliones, ut ex collatione tabularum Voſii & Riccioli volunt alii (*e*), ſi quindecim millionum ſumma fuit decies milleſima jugulatorum pars, plures decies millies patratæ ſunt per Hiſpanos Indorum cædes, quam ſint in toto orbe capita. Nonne ſatis exaggeratum eſt? Nondum ſatis; nam quindecim millionibus non contentus exaggerator progreſſionem facit ad viginti (*f*) dicens: *Como* no le laſtima ... ſobre veinte cuentos de animas que han perecido en el tiempo recitado ſin fè y ſin ſacramentos... y por

(a) *Bernal, Cap. 1. De la Conquiſta.*
(b) *Fr. Ant. Daza Chron. P. 4. l. 2. c. 46.* (c) *D. Ant. Leon Pin. Confirm. Real P. 1. cap. 18. num. 8.*
(d) *Ricciol. l. 12. Geogr. Ref. in Append.* (e) *In Novis Amſtelod. ann. 1754. 11. Jan.* Stokolm.
(f) *Chiap. in Repl. ad 11. obj. Sepulvedæ.*

Digitized by Google

y por quitalles el tiempo de la conversion se *condenaron*? De quo numero subtrahit alibi octo milliones (*a*) Regem alloquens: *Daremos* à V. M. por cuenta y péndola sacado en limpio, que os han muerto los Españoles en treinta y ocho ò quarenta annos mas de doce cuentos injustamente, haciendo récuas, *alguilando*, &c.: ut appareat, etiam cum de millionibus agitur, pro eodem duci duodecim, quindecim, & viginti.

Quantum extollit Hispanorum crudelitatem, tantum detrahit de nota Indorum barbarie, & aliquorum inhumanitate. Causis Indos debellandi annumeraverat Sepulveda innocentum salutem seu libertatem, de quibus intra Mexicum litari solitos per singulos annos idólis ad viginti millia, memoria proditum est. Respondet Episcopus (*b*): *Esto* es voz de tyranos por escusasse ... Mas han sacrificado los Españoles a su diosa (la codicia) en cada un año que estaba en cada provincia, que en cien años los Indios en todas las Indias. Esto los cielos y la tierra, la tierra y los elementos lo *testifican*. Et in *Apologia* multis à toto vel à tanto excusare nititur idololatricam humani sanguinis effusionem Indis consuetam. Sed quod ait de voce tyrannorum inconsideratè pronuntiavit. Ill. Zumarraga morum sanctitate clarus, zelantissimus salutis Indorum & libertatis protector, qui primis ab expugnatione annis Mexicum lustravit, & cujus scriptis documentis profecit ipse Casas, in Litteris ad Capitulum Generale Ordinis Seraphici datis 12. Jun. 1531. à Fr. Antonio Daza (*c*) transcriptis id affirmat, ibi *Como* antiquamente acostumbrassen en esta ciudad de Mexico offrecer en sacrificio à sus dioses cada año mas de veinte-mil corazones de mancebos y *doncellas*, &c. Et Fr. Joannes de Torquemada (*d*) eximius etiam vineæ mexicanæ cultor: *En Mexico* sacrificaban cada año por cuenta veinte-mil niños. A Acosta diciendo lo contrario engañó una relacion *que vi*. Numquid tyrannorum voces sunt hæ, ut à se culpam amoveant?

Constet ergo quod Bernal Diaz del Castillo, qui propè rebus interfuit, non semel affirmat Episcopum multa exaggerasse. Est apud P. Echard O. P. (*e*) qui crediderit, aliquem hispani nominis osorem sub velo Chiapensis jugiter mentitum esse. Quod fortè verum habet de uno vel altero scripto illius nomen præferente. Plura tamen sunt ejusdem argumenti opuscula, quorum author est indubitatus, de quibus D. Nicolaus Antonius (*f*) solidissimi criterii vir, modestè & verè sententiam fert: *Excusari* multa posse rei necessitate, atque jure belli ab Hispanis gesta, quibus crudelitatis reatum, atque enormitatis Bartholomæus tribuit, aut exaggerata alia in malum, quibus non ipse interfuit, simile *vero est*. Quantus fuerit in exaggerando supra verum & supra verosimile Chiapensis, palam fit præter hîc & alibi dicta, exemplo quod refert, & temerè Hispanorum communi vitio tribuit Charlevoix in Historia Insulæ S. Domini-

(a) *Chiap. Tract. super 8. Remedio. Rat. 5.*
(b) *Chiap. in cit. Repl. ad 11. obj. Sepulv.*
(c) *Daza, P. 4. Chron. l. 2. cap. 45.*
(d) *Torq. lib. 7. Mon. Ind. cap. 21.*
(e) *Scritor O. P. Verbo Barth.* de las Casas.
(f) *Bibl. Nov. Hisp. Verbo eodem.*

Digitized by Google

minici, ubi tot & tam grandia ſine vado Chiapenſi authore congeruntur flumina, ut tota regione majora longè ſint.

Per hæc tamen animus non eſt omnia Hiſpanorum in orbe novo facta culpâ liberare. Revera multa initio commiſſa ſunt, unde præſentis conſtitutionis orta eſt occaſio, quibus tamen per Catholici Regis ſchedulas & leges, adhibito etiam Æthiopum emptitiorum ſervitio, moderamen inductum eſt, & levior Indorum tractatio; neque jam oneribus aliis gravati ſunt quam tributis vaſallorum propriis vel pro tributis ſervitio aliquo perſonali, quod vel fiſco immediatè cedat, vel commendatariis, quorum meritis Regem gratificari juſtum eſt. Neque ſi ordinationes regiæ obſerventur, quidquam eſt quod in hujuſmodi ſervitio reprehendas, ut latè probat Pinellus (*a*), & Acoſta (*b*).

(III) *Promptiſſimè currere*. Ab anno 1524. ad 1540. baptizatos jam eſſe per Franciſcanos plus ſex millionibus Indorum, refert Torquemada (*c*). Et anno 1539. ſacerdotem unum die uno baptizaſſe ad ter-mille-ſexcentos, impoſito ſingulis oleo & chriſmate juxta Pauli Tertii ordinationem, quæ jam ad Indias pervenerat. Ill. Zumarraga in litteris Adnot. præced. relatis ait: *Eſtan* bautizadas mas de diez-veces cien-mil almas por las manos de los Frailes de N. P. S. *Franciſco*, ſcilicet anno 1531. quo litteræ datæ ſunt.

Ægidius Gonzalez apud Murillo (*d*) refert, ab anno 1524. ad 1539. per Franciſcanos & Dominicanos in Mexico & confiniis ad decem milliones & quingentos mille Indos baptizatos eſſe: quod ipſe Murillo jure vel injuria putat eſſe dictum per errorem aut exaggerationem. Ad hæc Gomara (*e*): *Los Frailles* Franciſcos, à lo que dicen ellos miſmos, han bautizado mas que nadie. Tambien acontecio en muchas ciudades velarſe mil nóvios en un dia. Prieſa *grandiſſima*. Sed quod Franciſcani plus Indorum quam alii baptizaſſent, pronum eſt ad fidem, cum tempore prius, & plures ipſi numero ad Novam Hiſpaniam acceſſerint permanſuri. Revera promptiſſimè ad aquas currebant.

Verùm quidquid de Mexicanorum promptitudine & facilitate ad amplectendam fidem ſit, vel fuerit; Americani aliarum regionum plerique ejus naturæ ſunt, ut ſi ſaturos & ebrios otiari permittas, ſi veterum chriſtianorum ſit procul malus odor, ſi conſtantiam in rectè factis non requiras, nullo negotio ad fidem ſaltem ſpecie tenus convertentur, & ſi vitrum oſtenderis aquæ-vitæ, facile baptizari ſe ſinent, ſemel, & ſi lubet iterùm, aquè facilè ad ſilvas, ad genium, ad infidelitatem remeaturi.

Sunt è regione quibus Indi tam alienati à fide viſi ſunt, ut de converſione ſincera prope deſperaverint. Ac de primo repertis in Novi Orbis continente, quorum indolem ſummè commendaverat Chiapenſis, ſic retulit ad Regium Senatum Fr. Thomas Ortiz, poſteà Epiſcopus Sanctæ Mar-

(a) *Pinel. Conf. Real. 1. P.*
(b) *Acoſta, lib. 3. De Procur. Ind. ſal. c. 17.*
(c) *Torq. lib. 16. cap. 8. Monarch. Ind.*
(d) *Murillo, lib. 9. Geogr. Hiſt.*
(e) *Gomara, Cap. 117. Hiſt. de las Ind.*

Marthæ cum aliis ejusdem Prædicatorum Ordinis & Seraphici (*a*): *Los hombres* de Tierra-firme comen carne humana; son sodomiticos mas que generacion alguna: ninguna justicia hai entre ellos: andan desnudos, no tienen honor ni verguenza: son como asnos abobados, alocados, insensatos: no tienen en nada matarse, ni matar: no guardan verdad sino es en su provecho. Son inconstantes, no saben que cosa sea consejo: son ingratos, y amigos de novedades. Precianse de borrachos, cà tienen vinos de diversas hierbas, frutas, raizes, y grano. Emborrachanse tambien con humo, y con ciertas hierbas que los saca de seso. Son bestiales en los vicios: ninguna obediencia ni cortesìa tienen mozos à viejos, hijos à padres. No son capaces de doctrina ni castigo. Son traidores, crueles, y vengativos que nunca perdonan: inimicissimos de religion, haraganes, ladrones, mentirosos, y de juicios apocados y bajos. No guardan fê, ni orden: no se guardan lealtad marido à muger, ni muger à marido. Son agoreros, hechiceros, nigromanticos. Son cobardes como liebres, sucios como puercos. Comen piojos, arañas, y gusanos crudos dò quiera que los hallan. No tienen arte ni maña de hombres. Quando se olvidan de las cosas de la fe que aprendieron, dicen que aquellas cosas son para Castilla, y no para ellos, y que no quieren mudar de costumbres y de dioses. Son sin barbas, y si algunas les nacen, se las arrancan. Con los enfermos no usan piedad alguna, y aunque sean vecinos ò parientes, los desamparan al tiempo de la muerte, y los llevan à los montes con sendos pocos de pan y agua. Quanto mas crecen se hacen peores. Hasta diez ò doze años parece que han de salir con alguna crianza y virtud. De allì adelante se tornan como brutos animales. En fin digo que nunca crio Dios tan cocida gente en vicios y bestialidades, sin mezcla de bondad y policìa. Juzguen ahora las gentes, paraque puede ser cepa de tan malas mañas y artes. Los que los havemos tratado, esto havemos conocido de ellos por experiencia; majormente el P. Fr. Pedro de Cordoba, de cuja mano yo tengo escrito todo esto, y lo platicamos en uno con otras cosas *que callo*.

Alii non tam cordis vitia quam mentis ruditatem causati sunt esse tantam, ut quantum ad baptismum tanquam infantes haberi voluerint, & quoad confessionis sacramentum, cum baptizati sunt, omnino deobligandos, quippe hujus & sacramentorum reliquorum incapaces. Sed nihil desperandum Christo duce, ac de ruditate hæc habet laudatus Alvarez in M.S.: *La experiencia* muestra, que toda aquella rudeza se vence con el zelo y caridad de los ministros. Sin duda tienen la capacidad que basta, quando se trabaja con ellos. A ninguno se le ha de pedir mas de lo que se puede esperar de un natural tan basto è infeliz ajudado de una gracia mui ordinaria y *comun*. Vide Ordinat. 71.

(IV) *Privatos seu privandos non esse*. Consequenter neque naturâ sunt servi, ut nonnulli cavillati sunt, neque per donationem ullam præcedentem volue-

(a) *Ortiz apud Gomaram*, c. 217. *Vide Ord.* 28.

luerat Pontifex, esse rebus suis privatos. Utrum verò Indi hostiliter agentes possint rebus suis & libertate privari, & in servitutem redigi, dubitatum olim fuit de Chilenis, quorum multi pagani, conspirante mixtindorum & hybridum fæce, Hispanos & indigenas Hispanorum ditioni subditos & cicures bello adorti sunt, non fæminis, non pueris parcentes: alii jam baptizati priorum vi aut suasionibus, combustis templis & Hispanorum plurimis crudeliter mactatis, rebellarunt semel & iterum. Rex Catholicus legem tulit Juri Indico (*a*) insertam, ne fierent sclavi, & jam facti manu-mitterentur, ut nimirum armis victos clementia sanaret. Dubium tamen fuit, an jure posset eos in servos tradere.

Patres Societatis de Collegio Limano, quos inter fuit doctus P. Menacho, ut refert Alloza (*b*), & P. Stephanus Avila libris editis notus apud Avendaño (*c*), consulti affirmativè responderunt de paganis & apostatis, negative de aliis. Dici tamen potest omnes jure merito potuisse libertate privari Principis accedente authoritate. Idque primò probatur ex regia sanctione (*d*), qua Philippus Tertius concessit ut mancipari posset quilibet decenni major: & licet connitente P. Ludovico Valdivia S. J., suspensa fuerit executio ad decennium, cum tamen genus hominum infidum & refractarium in pejus rueret, decreta est mancipatio, à qua tamen per citatam legem supersedere fecit non merita benignitas.

2. Quia inter mancipandi titulos primas obtinet justitia belli, maximè contra christiani nominis hostes: & universim delictum quo quis est reus mortis, justam dat mancipandi causam, præcisa lege aut consuetudine, nam cum libertatis jactura minor sit quam vitæ, justè imò benignè fit reo, si nex cum servitute mutetur. At omnes, de quibus agitur, Indi fuerunt rei rebellionis, vel apostasiæ, vel injustæ contra publicam & christianam rem aggressionis, vel horum simul delictorum, quorum singula capitalia sunt. Et non alio titulo mauri sine scrupulo mancipantur, & inter mauros baptizati, qui *renegati* dicuntur apostatæ.

Imo possent innocentes illi, quorum libertas est sub delinquentium potestate sclavi fieri, non in pœnam quæ sit respectu illorum propriè talis, sed quatenus pœna est respectu delinquentium. Id quod in principiis Juris Canonici est certum, nam Can. *Cum multæ* 15. q. 8. nati ex sacrilego connubio clericorum in sacris libertate privantur, sive in pœnam paterni delicti sive in exemplum. Non præcisè nati ex clerico, ut habet M. Florez Augustinianus (*e*); non ex clericis incontinentibus, ut habet Natalis Alexander (*f*); sed nati ex clericis majoribus nefario matrimonio, seu connubio conjugatis, ut habet textus Concilii Toletani IX. c. 10. unde sumptus est Juris Canonici locus citatus. Et in utroque jure sunt delicta, quæ natorum infamia puniuntur. Quomodo verò conveniat hoc æqui-

(a) *Recop. Ind. lib. 6. tit. 2. l. 16.*
(b) *Alloza, V.* Bellum.
(c) *Av. P. X. Auct. à n. 636.*
(d) *Apud Solorz. lib. 3. De Ind. Jur. & Gub. c. 4. num. 9., Et lib. 2. Polit. cap. 1. a num. 28.*
(e) *Flor. Esp. Sagr. tom. 6. tr. 6. cap. 11.*
(f) *N. Alex. Sæc. VIII. cap. 3. art. X.*

Digitized by Google

æquitati, vide apud Theologos in *Tract. De Fide* de pœnis hæreticorum agentes, res enim communis est.

Neque obstat 1. constitutio præsens, qua declaratur, Indos non esse privatos, nec privandos libertate. Non obstat 2. regia schedula citata ab Avendaño (*a*), ubi de Indis mancipatis eo quod post datam Regi fidem rebellaverant, dicitur: *Porque* estos no se pudieron hacer esclavos aunque fuesse por occasion de *rebellion*. Cui consonant aliæ plures apud Solorzanum, & in Jure Indico præsertim lib. 6. tit. *De la libertad de los Indios*, ubi lege 7. prohibentur emptores, ne Indorum utantur servitio, quanvis ipsi Indi servire velint. Non obstat generalis consuetudo, quæ vim legis habet, qua christiani etiam justo bello capti mancipari non possunt, quanvis infideles & hæretici sint. Cui conformis est in Jure Hispanico lex 1. tit. 29. Part. 2. & communis sententia apud Sanchez lib. 1. Consil. c. 1. dub. 3. n. 6.

Non, inquam, obstat primum, nam mens Pontificis tam in hac constitutione, quam in litteris datis ad Card. Taberam (*b*), patet ex Epistola Ill. Garcesii Episcopi Tlaskalensis ad Paulum Tertium anno 1536. scripta (*c*), quæ præsentis ordinationis expeditionem maturavit. Nempe damnat Pontifex errorem, seu *satanicam vocem*, ut appellat Tlaskalensis, qua Indi brutis animalibus comparabantur, ut libertatis expertes & dominii incapaces. Nam quod aliquando possint christiani pro merito in servitutem redigi, constat ex Const. Nicolai V. de qua supra Ord. 5.

Damnat Pontifex Indorum servitutem in eorum natura & conditione fundatam, non quæ in jure belli aut justo alio titulo fundetur. Imo Paulus relinquit in medio controversiam paucis post annis disceptatam inter Episcopum Chiapensem & Doctorem Sepulvedam, qui contendebat, Indos occidentales posse natura sua & indole in servitutem non quidem herilem, sed regiam & civilem, ut Nicolao Antonio (*d*) persuasum est, redigi per arma.

Non obstat Secundum; hîc enim loquimur de jure quo Rex ipse, vel ejus nomine quis alius uti posset, sive de jure authoritate publica competente, non de authoritate privatorum hominum; quam constat in re hac esse nullam præter vel contra Principis decretum, quandoquidem non agitur de defensione inculpatæ tutelæ, sed de irroganda delinquentibus pœna, vel de indicendo bello rebellantibus.

Sic quanvis juxta sententiam probabiliorem, quam defendit P. Molina (*e*), Rex Hispaniæ potuerit Mauriscos Granatenses etiam baptizatos rebellium filios & quatuordecim annorum ætate minores in servitutem tradere, jure suo cessit, & ex tunc verè dici potuit, neque rebellionis occasione potuisse mancipari, quanvis absolutè possent. In nostro verò casu, quod in donandis libertate Chilenis Rex processerit, non de rigore juris,

(a) *Avend. Tit. 1. Thesaur. num. 100.*
(b) *Vid. Ord. 57.*
(c) *Apud Solorz. De Ind. Gub. lib. 2. tom. 1. cap. 8. a n. 56.*
(d) *Biblioth. Nov. Hisp. V.* Joannes Genesius de Sepulveda.
(e) *Molina, tom. 1. De Just. tr. 2. D. 33.*

Digitized by Google

juris, sed ex clementia, patet ex lege 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. Ind. ibi: *Porque* merecieron ser dados por esclavos como gente perseguidora de la Iglesia y de la Religion *Christiana*.

Non obstat Tertium; nam eam consuetudinem par est obtinere inter christianos, qui licèt hæretici sint, baptismum reverentur, ut sunt Europæi, qui in civilibus præsumuntur errare tantùm materialiter. Procedit etiam de christianis, quos inter viget juris gentium observantia, & quos non tantùm servilis timor, sed honor etiam in officio continet. Constat hoc, nullus enim damnavit servitutem indictam Mauriscis Granatensibus adultis, qui omnes baptizati jam erant. Et mirum esset si privilegium & favor christianorum prodesset æquè christianismi persecutoribus, quorum culpa ex quo baptizati sunt, est major. Certè baptismus non profuit Judæis, qui ex Can. 8. Concilii Toletani XVII. quod nationale fuit, serviendo sunt addicti, qui non solum judaizaverant, sed & conspiraverant, in regni perniciem, ut Chileni. Et *cap. Ita quorundam*, *De Jud. & Sarac.* decernitur, ut christiani deferentes arma & prohibita ad Saracenos possint ab aliis christianis manu capi.

Minus urget consuetudo alia, de qua testatur D. Ramirus Valenzuela (*a*), juxta quam Indi *del Chaco* in Paraguaria, qui Sanctafidenses Hispanos, & Fluentinos passim infestant & captivant, non mancipantur, licet retineantur in commutationem eorum quos captivant ipsi. Est enim consuetudo facti, si vera est, non juris antecedentis. Possent sclavi fieri, quanvis non expediat, tum ut ipsi benigniùs agant cum fidelibus à se captis, tum ne barbarorum feritas, contra quos minus aliquando potentes sumus, irritetur. Sed & putant aliqui Chacoenses hos, sicut de Chiriguanis conterminis docuit S. C. Matienzo, capite minuendos omnes, de quibus ad meliorem frugem recipiendis desperatum est.

Ex dictis corrigendus venit Ill. Caramuel (*b*), qui dubium aperit in hæc verba: *Cum* videas, tot servorum millia ex Indiis in Hispaniam abduci, *subdubitas*, &c. Hæc visio Caramuelis est, nisi Indias accipiat latè, prout Africæ majorem partem comprehendunt: qua certè ratione multa sclavorum millia ex Indiis in Hispaniam veterem aut Novam, ex Indiis videlicet in Indias abducuntur. De cætero nullus in Indiis saltem Hispaniensibus servus fit nisi per injuriam, quamvis multi, si Regis adderetur authoritas, fieri possent. Nullus in Hispaniam abducitur nolens, & volentes abduci vetat lex 16. tit. 1. lib. 6. Recop. Indiar.: *Prohibimos* traer ò embiar à estos reinos, ni à otras partes de aquellas provincias Indios, ni Indias, aunque sea cum licencia nuestra...... y aunque los Indios ò Indias digan que quieren venir de su *voluntad*. Et sic observatur.

Quod si Colon tercentum abduxit ex Hispaniola, quos inter amicos distribuit, notum est quam ægrè id latum sit à Regibus, & quod illius sum-

(a) *Valenz. Add. ad Polit. Solorz. lib. 2. cap. 1. n. 37. & 38.*

(b) *Caram. Tom. 3. Theol. Mor. lib. 2. num. 439.*

Digitized by Google

sumptibus restituti sunt. Imo neque intra Americam permittuntur abduci extra natale solum, nisi quando id videtur specialibus de causis expedire. Vide infra anno 1639. 22. April.; & lib. 6. t. 2. leg. 16. Recop. Ind. Soli præter Joiloenses & Mindanaos, qui de America non sunt, Caribes seu Canibales antropophagi lege permittuntur mancipari, ut habetur in Jure Indico (*a*) *Tienen* licencia los vecinos de las Islas de Barlovento, para hacer guerra à los Indios Caribes, que les van à infestar con mano armada, y comen carne humana: y pueden hacer esclavos à los que cautivaren, con que no sean menores de catorce años, ni mugeres de qualquiera *edad*. Sed neque hujus permissionis est usus, ut testatur citatus Valenzuela (*b*). Et de Mindanais tantum habet locum, quando mauri seu mahumetani sunt, alioquin observanda lex 12. ejusdem tituli, & libri: *Mas* à los que fueren Indios, y huvieren recibido la secta (de Mahoma) no los haran *esclavos*.

Data lege, de qua supra, ut Indi quocumque titulo vel prætextu mancipati in libertatem restituerentur, cautum etiam est ne restitutio retardaretur actione dominorum naturaliter possidentium, ad quos jam plures venundati transierant, sed nulla mora libertate donarentur, salvo possessorum jure, si quod haberent contra venditores ut pretium evinceretur.

Dubitatur modò, num quod haberent jus emptores. Et quidem Limani Auditores sententia lata judicarunt, restituendum esse pretium. P. Avendaño (*c*) absolutè negat. Sed videtur distinguendum, nam plures mancipati erant causa legitima, & authoritate Philippi Tertii id permittentis schedula data 26. Maji 1608., & Philipi IV. per aliam datam 13. Apr. 1625., de quibus Solorzanus supra citatus. Alii mancipati erant contra jus, vel defectu causæ, ut qui mancipabantur ad tempus ex titulis, vulgò *de la servidumbre y de la usanza*, de quibus in Jure Indico (*d*); vel defectu authoritatis, vel quod ante permissionem erant capti, vel post indictam emancipationem. De illegitimè mancipatis pretium restitui debet emptoribus. Et in hoc sensu rectè habet sententia Limana. De mancipatis jure legitimo non debetur restitutio.

Utraque pars constat ex leg. 37. tit. 5. P. 5. Juris Hispani, sic habente: *Alcaria ù otro heredamiento* vendiendo un hombre à otro, si despues que el comprador fuere entregado en ella, ge lo tomare el Rei, ò otro por su mandado, non es tenudo el vendedor de tornar el precio que recibio por el, ni de facergelo sano. E esto se entiende quando el vendedor ovo carta plomada del Rei, en que otorga que lo pueda vender ò enagenar, cà si tal carta non toviesse, tenudo seria de ge lo *sanear*. Quæ lex quoad primam partem est conformis Juri Cæsareo *leg. Lucius*. 11. ff. *De evictione* ibi: *Futuros* casus evictionis post contractam emptionem ad venditorem non *pertinere*.

Et utraque pars tum legis, tum resolutionis ratione constat, nam ven-

(a) *Leg. 13. t. 2. l. 6. Rec. de Ind.*
(b) *Valenz. loc. cit. n. 36.*
(c) *Avend. P. 8. Auctar. sect. 30.*
(d) *Lib. 6. t. 2. l. 16. R. de Ind.*

Digitized by Google

venditio mancipii legitimè acquisiti verus contractus est, quo dominium in utroque foro transfertur ad emptorem, ad quem deinceps pertinent casus, ut est doctrina communis. Si verò mancipium acquiratur illegitimè, venditio est contractus fictus, vel factus de re aliena, per quem dominium quod venditor non habet, transferre nequit. At per contractum, per quem rei dominium non transfertur in emptorem, neque pretium transfertur in dominium venditoris, nam hæc correlativa sunt: proindeque sive per sententiam latam, sive quo alio modo vitium contractus innotescat, pretium restitui debet. Neque quidquam obstat ex his, quæ pro sua resolutione congerit Avendaño, sive ab authoritate sive à ratione, omnia quippe vi carent, dum venditio illegitima à legitima distinguatur.

ORDINATIO LX.
Anno 1537.

ERigitur in episcopalem Ecclesia Cuzquensis in Peruvio erectione ordinata anno sequente 5. Sept. per Ill. Valverde, ut refert Villarroel (*a*). Sed primo institutum episcopatum anno 1537. refert P. Emmanuel Rodriguez in sæpe cit. Compendio.

ORDINATIO LXI.
Anno 1538.

DA Joannes Bermudez instituitur Æthiopiæ Patriarcha (1). Cui circa annum 1555. destinatus est successor P. Joannes Nunnius Barreto S. J., & pro casu mortis P. Melchior Carnerus, & Andreas Oviedo. Ita P. Josephus Casani (*b*). Spondanus (*c*) meminit trium de Societate patriarchatûs. De Bermude silet, de quo P. Orlandinus (*d*) hæc habet: *Dum* hæc apparantur, inventus est Goæ senex quidam Joannes Bermudez, qui Patriarcham factum se à Paulo III. prædicaret; & quanquam præter cultum corporis nullum diplomatis pontificii testimonium proferebat, non deerant tamen Goæ qui fidem facerent, eum in Lusitania pro Patriarcha vulgò habitum, & ut talem ipsimet Archiepiscopo in regio sacello consessûs dignitate *prælatum*. Duobus de Societate primis successit anno 1562. in patriarchatu tertius Oviedo in Episcopum Hierapolitanum antea ordinatus, qui agrum in evangelii sementem exploraturus præiverat in Æthiopiam. Fructu desperato S. Pius V. Oviedo Æthiopiam cum Japone commutare permisit, non præcipit; sed noluit vir apostolicus Æthiopissam sponsam vivus dimittere.

AD-

(a) *Villarr. Gob. Eccl. Q. 18. art. 4.*
(b) *Casani, Var. 1. t. 2. p. 323. 329. 331.*
(c) *Spond. Ann. 1555. n. XIV.*
(d) *Orland. a. P. Hist. Soc. lib. 6. n. 69.*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(1) *Æthiopiæ Patriarcha. Armeni*, inquit P. Joannes-Baptista Solerius (*a*) Metropolitam suum insignire solent titulo *Catholici*, pro quo Coptitæ & Habesini usurpare malunt titulum *Patriarchæ* .... Sed in vastissimo regno (Habesiniæ, Abyssiniæ, sive Æthiopiæ) solus Metropolita Episcopus *est*. Ex quo fit, Patriarcham Æthiopiæ nominari pro more gentis, non significatione stricta quasi Episcopis & Archiepiscopis superior sit. Mos autem erat, ut Spondanus (*b*) refert, ut vacante sede pro novo Patriarcha sive Abuma eligendo mitteretur nuntius ad monachos Æthiopes Hierosolymis ad Sepulcrum Domini habitantes, quorum suffragiis renuntiabatur. Sed nominandus erat monachus S. Antonii, & consecrandus à Patriarcha Alexandrino Cairi residente.

Probè noscens Abyssinorum Imperator, à schismatico Patriarcha non nisi adulterinam prolem existere posse, institit apud Pontificem Romanum, ut catholicus mitteretur antistes, qui Patriarchæ nomen retinuit, sed cui jus tantùm episcopale subest. Quod Ulyssiponensem Archiepiscopum Æthiopiæ Patriarcha Bermudez consessûs dignitate præcesserit, si verum sonat, urbanissima facti singularitas est, cum constet Episcopum in sua diœcesi præcedere omnes etiam majores in dignitate, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, &c., ut vide apud Hieronymum Andreuccium (*c*). Nisi forte locus ubi cum Bermude convenit Archiepiscopus intra Ulyssiponem ab ejus sit, vel tunc fuerit exemptus jurisdictione. Prælatione hac non est prohibitus Ill. Menesses Archiepiscopus Goanus, quin aliquando contenderet jus sibi ut Indiæ Primati competere in dictum Æthiopiæ Patriarchatum, ut refert Moreri (*d*). Illud est mirandum, quod dum trium Jesuitarum consecratio petita, impetrata, & executioni mandata est Ulissipone, nulla facta sit mentio de superstite Patriarca Bermude, ibidem, ad eundem titulum, haud ita pridem consecrato, ut ex iis quæ loco citato refert Orlandinus conjicere est.

ORDINATIO LXII.

Anno 1538. 19. Maji.

Fit episcopalis Ecclesia Chiapensis. Refert D. Gonzalvus de Paz in Tabula Ecclesiar. N. Hispaniæ.

OR-

(a) *Soler, Hist. Chron. Patr. Alex. tom.* 5. *Act. SS. Jun. n.* 586. *&* 579.

(b) *Spond. Ann.* 1524. *n.* 2. *&* 1551. *n.* 14.

(c) *Andreuc. Hier. Eccl. Part.* 2. *n.* 140. *Ed.* 1766.

(d) *Moreri*, *V.* Abisinie.

Digitized by Google

ORDINATIO LXIII.
Anno 1539. 8. Jul.

CUjusdam hujus datæ ordinationis apostolicæ fit mentio in Formula Juramenti à missionariis olim præstandi juxta decretum Seren. Portugalliæ Regis inter alias constitutiones ad Indias pertinentes. Quid verò contineat illa, nec ibi habetur, neque aliunde rescire potui. Incipit *Romani Pontificis*.

ORDINATIO LXIV.
Anno 1540. 27. Jul.

PRoficiscentem in Indiam S. Xaverium anno 1541. 7. Aprilis Joannes Tertius Lusitaniæ Rex quadruplici instruxit diplomate pontificio, quo Nuntius Apostolicus constituebatur, & contra adversantes muniebatur, concessa amplissima facultate ad conservandam in India fidem catholicam. Omnia data erant anno præcedente 1540., aliud alio die, sed primum omnium 27. Jul., scilicet quatuor amplius mensibus postquam Roma eggressus est Xaverius 16. Martii. Ita ex P. Bartoli in Vita S. Xaverii P. Joannes Dreus (a).

Et ipse Bartoli sic habet: *Quattro* Brevi truovo io ne' Registri di Paolo III., tutti spettanti alla Nunziatura di Francesco Saverio, e di Simone Rodriguez (che per amendue insieme tutti si fecero). Il primo spedito a' 27. di Luglio del 1540. e diretto a Giovanni III. Re di Portogallo, in cui mano stava ad amendue, o ad un solo d'essi, o a niuno, siccome più gli fosse stato in grado, di ritenerne in Portogallo, uno, amendue, o niuno. In questo si dichiarano Nunzj, e si dà loro autorità di predicar l'evangelio, di spiegar le scritture, &c. Il secondo fu spedito a' 2. d'Agosto del medesimo anno, ed ha l'aggiunta d'alcune nuove facoltà, di riconciliare eretici con la Chiesa, di dispensare in irregolarità, e in certi gradi d'affinità o consanguinità, e simili. Gli ultimi due sono di 4. d'Ottobre del medesimo anno, e altro non contengono che una calda raccomandazione che de' due Nunzj fa il Pontefice all' Imperatore dell' Etiopia, ed a' Re delle *Indie*.

ORDINATIO LXV.
Anno 1541. 5. Mart.

PAulus Tertius benedictionem per litteras apostolicas impertitus est Fratribus S. Francisci Novi Orbis quædam circa paupertatem observantibus. Hæc tantum habet, reliqua desiderare nos sinit Torquemada lib. 15. Monarchiæ Indicanæ, cap. 39.

OR-

(a) *Dreus, Fast. Soc. 27. Jul. ex Bartoli Vita S. Saver. lib. 1. num. 13.*

ORDINATIO LXVI.
Anno 1541. 14. Maii.

PAulus III. Cathedralem fecit Ecclesiam Limanam sub Metropoli Hispalensi. Hoc anno ponitur à D. Francisco Echave (a), qui computum annorum ab Ægydio Gonzalez queritur esse deformatum. P. Coleti (b) ait novissime de Lima civitate: *Le si diede* Vescovo dal Papa Paolo III. ai 19. di Marzo del 1539., ma non vi si portò che nel 1543. e tre anni dopo fu inalzato ad Arcivescovo, e poi Metropolitano nel 1571., essendo stato avanti suffraganeo dell'Arcivescovo di *Siviglia*.

Quamvis esse possit Archiepiscopus sine suffraganeis, ut sunt plures; qua tamen ratione quis est Archiepiscopus, est etiam Metropolitanus. Annò 1567. Limæ coactum est Concilium Provinciale: & injuria carpitur Martinier id affirmans cum constet ex Act. 2. cap. 1, primi ex Toribianis. Porro Concilium Provinciale cogere est de jure Metropolitani, qui proinde jam erat Limanus ante 1571.

ORDINATIO LXVII.
Anno 1542. 20. Dec.

COncessit Paulus in diebus esurialibus usum saginminis, arvinæ, seu adipis. Hoc privilegium, inquit P. Joannes Perez Menacho (c), concessum esse tantum Mexicanis, non Peruanis. Sed quod illud idem, vel simile concessum sit pro Peruvio, supponere videtur Ill. Villarroel (d). Utrumque verò fuit temporale ad triginta annos. Favet tamen, nec tantum Indis, sed etiam Hispanis Americanis, nec tantùm laïcis, sed etiam clericis, & religiosis, quibus ad effectum bulla cruciatæ non suffragatur, diuturna consuetudo, de qua circa annum 1593. ita loquitur citatus Menacho: *Pero* en esta tierra (del Perù) es licito el uso (de la manteca) de qualquiera cosa que sea, y es costumbre legitimamente prescrita por mas de sesenta años, y en virtud tambien de la costumbre general se come en Mexico, y en toda la provincia y obispados deel, como lo sé de personas fidedignas. Loquitur de sagimine sub nomine *manteca*, quod absolutè prolatum de suinæ pinguedine intelligitur, quanvis pinguedo lactea dicatur etiam *manteca* & *mantequilla* (e).

Ill. Villarroel loc. cit. ait: *En las* provincias todas referidas (del Perú, Tierrafirme, y sus partidos) y en esta de Chile ... se comian hevos, leche, y manteca casi desde que se descubrieron las Indias y ha muchas años que leiendo y theologia en la ciudad de los Reies (Lima) se levantaron grandes difficultades en algunas religiones sobre saber, con que

(a) *Echave in Opere inscripta*: Estrella de Lima convertida en sol.

(b) *Joannes-Dominicus Coleti*, *Dizionar. Geog. Hist. dell' Amer. Mer. V.* Lima.

(c) *Menacho*, *M. S. De Jejun. Quæst.* 6.

(d) *Villarr. Gob. Eccl.* 1. *P.* 4. 3. *art.* 2. n. 2.

(e) *Vide Diction. Acad. Hisp. V.* Manteca.

Digitized by Google

que privilegio se rompia una lei tan general ... Parecio, què la costumbre introducida en tan largo tiempo disculpaba à los que nacimos tanto despues: y apagóse por entonces el *escrupolo*. Et num. 50. concludit: Los religiosos, los clerigos seculares, los obispos de Indias, que han comido en la quaresma huevos, leche, ò manteca, sin embargo de no ser de los privilegiados en la bulla de là cruzada, no han pecado mortalmente. De esto les ha relevado la *costumbre*. Et num. 51.: *Losque* han comido y comen los manjares recibidos, aun despues del nuevo privilegio, sin tomar la bula enque se les concede, no pecan mortalmente.

Tandem num. 79.: *En este* mi Obispado de Santiago de Chile hai costumbre entablada de mas de cien años de comer grassa de vacca en los guisados, y freir con ella sin distincion de tiempos. Hice grande escrupulo quando vine à servir aquesta Iglesia, y sacóme deel ver patente la impossibilidad ... Esta misma costumbre vì en la provincia de Tucuman, donde concurre para justificarla la misma razon ... Podria dudarse, si abrogando el Papa, como puede, à vuelta de los huevos y lacticinios, tambièn la manteca, cessará en Chile y Tucuman el uso de la grassa? y respondesse *que no*.

Fr. Antonius de Hinojosa O. P. circa annum 1620. (*a*) inquit: *Quæ* consuetudo (vescendi ovis, lacte, & *manteca*) jam per centum annos invaluit videntibus & tacentibus prælatis, non ob aliquod privilegium quo prædicta liceant, sed vi *consuetudinis*. Post Hinojosam P. Alloza (*b*) *Usus*, inquit, laridi, & saginis, casei, lactis, & ovorum in Peruano regno in quadragesima licitus est etiam sine bulla ob *consuetudinem*.

P. Murillo (*c*): In Indiis ex generali consuetudine ob penuriam piscium & olei, ova, butyrum (manteca de leche), & cetera lacticinia in quadragesima permittuntur etiam sine bulla; non tamen ex eo permittitur usus sanguinis, adipis, saginis & pinguedinis, vel laridi (lardo, ò manteca de puerco), ut contra Fagundez & Dianam tenent Laiman, & alii & praxis Indiarum, quæ ad hoc non *extenditur*. Scripsit author in Philipinis, & verum habet quantum ad sanguinem, nam quantum ad saginem & laridum, si non pro obsonio, ut in petasone, sed pro condimento sumatur, constat quid consuetum sit, ex allatis testimoniis, quibus etiam subscribit Avendaño (*d*), & P. Simon Marquez (*e*) agens de consuetudine parandi fercula quadragesimalia sagimine & larido per Brasiliam vigente, & quæ ibidem in expositione dicitur etiam vigere in finitimis provinciis Regi Catholico subjectis, & quoad Brasiliam plurium Theologorum, & Nuntii Ulyssiponensis sententia, & Innocentii XI. Brevi esse comprobata De saginis & laridi usu in Sicilia, vide Dianam (*f*).

Obiicies 1., quod consuetudo, ut legitima sit, debet esse saltem per

(a) *Hinoj. Direct. V.* Consuetudo.
(b) *Alloza, Summ. V.* Jejunium. *Sect. 3. n. 17.*
(c) *Murillo, lib. 3. Curs. Can. t. 46. num. 423.*
(d) *Av. Tom. 1. Thes. Ind. tit. 5. c. 28. à n. 226.*
(e) *Marquez, Brasil. Pontif. l. 4. d. 6. f. 3. a n. 442.*
(f) *Diana, P. 1. tr. 9. R. 21.: Coordin. tom. 4. tr. 6. R. 166.*

Digitized by Google

per duas judiciales sententias confirmata. Sed hujus confirmationis nullum est vestigium pro consuetudine in quæstione, ut fatetur Ill. Villarroel (*a*) Major probatur 1. ex leg. 5. tit. 2. P. 1. Juris Hispani: *E tal* pueblo como este, ò la major partida de el, si usaren diez ò veinte años à facer alguna cosa como en manera de costumbre, sabiendolo el señor de la tierra, è non lo contradiciendo, è teniendolo por bien, pueden la facer, è debe ser tenida e guardada por costumbre, si en este tiempo fueren dadoz concegeramente dos juicios por ella de homes sabidores y entendidos de judgar, è no haviendo quien gelas contralle. Esso mismo seria quando contra tal costumbre en tiempo sobredicho alguno pusiesse demanda ò querella, ò digesse que non era costumbre que debiesse valer è el judgador ante quien acaeciesse tal contienda, oidas las razones de ambas partes judgase que era costumbre de todo en todo, no cabiendo las razones de aquellos que *contradijessen*.

Eadem major probatur ex *l. Cum de Consuetudine ff. De legib.* ubi dicitur. *Cum* de consuetudine provinciæ vel civitatis confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradictorio aliquando judicio consuetudo *firmata sit*. Tertio ex Const. *Apostolici Ministerii* Innocentii XIII. data 13. Maii 1723. ibi: *Decernimus* & declaramus, nullum pro impedienda vel suspendenda executione suffragari posse privilegium contrarium ... neque longævum non-usum, aut contrariam consuetudinem aut præscriptionem, etiam centennariam vel immemorabilem, nisi præfatæ consuetudinis aut præscriptionis capax sit materia, & immemorabilis probata & admissa à competente judice per tres sententias conformes, vel per unicam, quæ in judicatum transierit.

Ad object. neg. maj. ex communi doctorum sententia apud Gregorium Lopez (*b*), qui ad 1. prob. respondet, Eam legem procedere, quando quis vult isto modo probare consuetudinem, ita ut requiratur sententia duplex, non ad legitimitatem consuetudinis, & præscriptionem complendam, sed ad legitimitatis probationem. P. Suarez ait (*c*), duas pro consuetudine sententias requiri, non ut plenè sit introducta, & suum juris effectum sortiatur, sed ne sit revocabilis ex ordinatione & virtute illius legis: ita ut, dum sententiæ duæ non sunt consuetudini faventes, consuetudo sit revocabilis ex citata lege, nondum tamen revocata. Facitque quod in eadem lege exprimitur, scilicet, quod si faveat sententia duplex, consuetudo non tantum est valida, sed quod pro tali debet manuteneri, & custodiri.

Sed alia responsio continetur in ipsa lege ibi: *Si en este tiempo*, & iterum *En tiempo sobredicho*. Nempe ut legitima censeatur consuetudo antequam decennii vel vicennii spatium expleatur, requiritur duplex sententia. Ut tamen eo tempore exacto legitima sit, id non requiritur, sed actus extrajudiciales numero competentes juxta varios arbitrandi modos, supposita materiæ capacitate, & reliquis conditionibus. Et ad hanc legis explicatio-

---

(a) *Villarroel, loc. cit. n. 28.* (b) *Gr. Lop. in dict. leg. Gl. in verb.* Fuerendados. (c) *Suar. Lib. 7. De Leg. cap. 11. n. 7.*

Digitized by Google

cationem accedere videtur Burgos de Paz apud Suarez (a) dicens, requiri duplicem sententiam ut consuetudo minori tempore convalescat: addens tamen etiam esse necessariam ut convalescat decennio vel vicennio. Accedit etiam Panormitanus apud eundem num. 9.

Et ad replicam ibi ab Eximio Doctore factam dic, duplicem sententiam ante decennium vel vicennium latam esse posse justam, non præsuppositivè, sed completivè; quatenus ad sententiam ferendam præcedunt, aut præcedere possunt adminicula quædam se solis insufficientia ad abrogandam legem, quibus tamen accedente duplicis sententiæ solemnitate abrogatam esse persuadetur. Inter adminicula verò illud est potissimum, si Princeps nondum expleto decennio ad primos consuetudinis actus signa dederit voluntatis legem revocandi, aut legitimandi consuetudínem, nam quanvis hæc signa non tam solemnia sint quam ad novam legem vel legis expressam revocationem requiruntur, satis esse possunt ut per epikeiam judices non obligent: quod judicium quodammodo solemnizatur per duplicem sententiam.

Ad 2. prob. ex jure Cæsareo petitam, ibi tantum dicitur, explorandum esse, dum agitur de consuetudinis firmitate, quid obtineat in foro, nam profecto id multum valet ad probationem. Ad 3.: ibi non est sermo de quavis consuetudine, sed de contrariante decretis Concilii Tridentini, vel etiam aliis in ea constitutione definitis: neque ibi requiritur tanta solemnitas, ut legitima & præscripta sit consuetudo, sed ut illius virtute impediatur aut suspendatur decretorum executio. Unde quanvis detur, extendi dispositionem illam Innocentii ad consuetudinem nostram de abstinentia, tantum infertur dictas probationes requiri quando prælati decernerent illius abrogationem, vel juris communis executionem urgerent, non ut valere desinat quandiu nullus urget.

Objic. 2. Edicta cruciatæ prædictæ consuetudini contraria. Ad manum est publicatum à subdelegato Platensi 9. April. 1721. *Encargamos* gravemente las conciencias à todo el estado ecclesiastico, paraque se saque bula de lacticinios à parte. Y advertimos, que no les aprovecha en quanto à esto la bula comun, por estar assi declarado por su santidad corigiendo y reprobando qualquiera opinion que se hallàre fundada en costumbre, y que incurran culpa mortal los que sin haver tomado Bula comieren en los tiempos prohibidos tales mantenimientos vedados.

Confirmatur 1. ex bulla ipsa vulgari, ubi dicitur: *Por autoridad* apostolica suspendemos todas y qualesquiera gracias, indulgencias facultades semejantes y differentes, concedidas por su santidad, ò con su authoridad en todos los reinos y señorios de su Magestad, à todas y qualesquiera iglesias, monasterios, hospitales, y otros lugares pios, universidades, cofradias, y singulares personas.

Confirm. 2. ex litteris Commissarii Generalis cruciatæ apud Ill. Villarroel loc. cit., ubi relata concessione facta omnibus Indiarum incolis, ut

(a) *Suar. Ibid. n. 3.*

ut diebus quadragesimæ, & aliis in anno prohibitis possint per triginta annos vesci ovis, lacticiniisque, inquit: *Suspendimus* & suspendemus facultates omnes vescendi carnibus, butiro suis . . . quomodolibet *concessas*.

Confirm. 3., quia licentia quæ per bullam cruciatæ communem etiam indicam conceditur laïcis, restricta est ad ova & lacticinia: & quæ conceditur clericis restricta ad dies quadragesimales præter hebdomadam majorem per Bullam specialem, quanvis id non exprimat, videtur limitare licentiam alioquin generalem ad usum etiam saginimis.

Ad object. Tria in edicto continentur, quorum tamen nullum obstat consuetudini in quæstione. Non primum; nam verbum illud *Encargamos gravemente la conciencia*, non inducit per se obligationem, sed est tantùm admonitio ponderosa ut consideres, an in conscientia obligatus sis. Non secundum *y advertimos*; ibi enim tantùm advertitur seu declaratur quod verissimum est, bullam cruciatæ communem non prodesse clericis ad lacticiniorum esum vel usum, cum excipiantur expresse in illius textu aut tenore: meritoque reprobatur quævis consuetudo in opinione, aut opinio in consuetudine fundata, qua illud affirmetur, videlicet, bullam communem prodesse clericis ad lacticinia. Hoc tamen minimè intendimus in præsenti. Non tertium *y que incurran en culpa mortal;* hoc enim ab omnibus intelligendum, nisi alio quam communis bullæ titulo excusentur, ut fit in casu nostro.

P. Avendaño loc. cit. Edictum quoddam affert relato Platensi simile, quo subdelegatus Limensis declaravit, transgressionem abstinentiæ à sagina esse peccatum læthale, sub excommunicatione injungens confessariis, ut id pænitentibus denuntiarent. Addit tamen, in Peruvio prædictum usum pro licito habitum nihilominus esse sine bulla apud viros doctos & conscientiosos etiam post declarationem.

Primæ confirmationis verba sunt, ut ex eorum tenore patet, non Pontificis, sed Commissarii Generalis Cruciatæ: & quod illis non revocentur nec suspendantur facultates jure consuetudinario munitæ, tenet cum communi sententia Mendo (*a*), & quod ejusmodi facultates revocari debent per illa aut similia verba *Non obstante consuetudine*, *ex cap.* 1. *De const. in 6.*, ubi dicitur: *Licèt* Romanus Pontifex (qui jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) constitutionem edendo posteriorem, priorem quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscatur; quia tamen locorum specialium, & personarum singularum consuetudines & statuta (cum sint facti, & in facto consistant) possit probabiliter ignorare, ipsis, dum tamen sint rationabilia per constitutionem à se noviter editam (nisi expresse caveatur ipsa), non intelligitur in aliquo *derogare*. Si verò pontificia constitutio non derogat consuetudini speciali, nec decretum Commissarii, quod illius virtute fertur: maximè cum hoc feratur generaliter pro Regis Catholici ditionibus, non attentis consuetudine & necessitate locorum specialibus.

Ad 2.

(a) *Mendo, Disp.* 29. *De Bull. Cruc. c.* 2.

Ad 2. confirm. Suspensio illa non afficit consuetudines ritè præscriptas quas non exprimit. Nec propterea caret effectu, cum afficere possit concessiones & facultates alias. Et licèt paulina concessio de lacticiniis jam expirasset, potuit à suspendente respici, si forte esset prorogata, vel alia similis concessa denuò. Ad 3. confirm. Licentia restricta posterior limitat priorem, quando ex verbis, vel ex adjunctis, aut signis, ostendit Princeps revocandi voluntatem, non quando præsumitur ignorata licentiæ præcedentis amplitudo, & necessitas, ciborum inopia, vel gracilitas, quæ in provinciis Indiarum fuisse videtur occasio introducendæ consuetudinis, & passim est causa ut prælati dispensent in carnium etiam abstinentia.

Objic. 3. Si licet uti larido pro condimento, etiam pro obsonio liceret. Negatur tamen sequela, quia laridum pro accessorio condimento & pro obsonio substantialiter differunt, sinminus physicè, moraliter saltem: ut de vino & musto, de massa & de pane cocto, de aqua & gelu dici solet à Theologis in tractatu De Sacramentis. Nec consuetudo vescentibus pro obsonio suffragatur. Hinc in litteris Nuntii Lisbonensis, de quibus P. Marquez ubi supra, saginminis usus dum approbatur, cavetur ne sumatur pro obsonio.

Objic. 4. Quod ecclesiastici docti & timorati, quos inter est Ill. Villarroel (*a*), sibi provident de bulla lacticiniorum. Hoc autem non fieret, si aliàs liceret usus. Respondet ipse, qui solus quem sciam, bullam ad talem usum adhibuit, Ill. Villarroel: *Aunque* algunos Obispos (como yo lo he hecho) tomaren esta nueva bulla, y sería bien que todos la tomassen, pues salen de opiniones à tan poca costa: no por esso queda la costumbre abrogada, pues tan, pocos no pueden prevalecer contra tantos; y còstumbre honesta y bastantemente prescrita no la pueden abrogar tan pocos. Consiguientemente digo, que el que usa de ella en una predicacion puede no usarla en otra, pues usamos de los privilegios, quando gustamos. Y siendo personales, como lo es este, los renunciamos quando queremos. Præterea bulla prædicta à quocumque sumitur non inutiliter propter meritum concurrendi ad sacri belli sumptus per eleemosinam quæ erogatur, & propter indulgentiarum bullæ addictarum lucrum. Tandem nota, hujusmodi bullæ expeditionem non nocere licentiæ aliàs habitæ; ex illius quippe tenore quem habes apud cit. Mendo, constat expediri pro patriarchis, &c., *à quien està prohibido comer huevos*: non pro iis quibus aliqua præcedente causa vel titulo concessum est, vel permissum.

ORDINATIO LXVIII.
Anno 1542.

VIvæ vocis oraculo (I) communicavit (II) Paulus Tertius Dominicanis & Franciscanis Novi Orbis omnes gratias, facultates, & indulgentias eo usque concessas & ex tunc concedendas in genere vel in specie. Testa-

(a) *Villarr. loc. cit. num. fin.*

Digitized by Google

Testatus est D. Fr. Joannes de Toledo Cardinalis Burgensis. Et Fr. Joannes Baptista ait, Mexici asservari (Cardinalis utique testimonium) in Conventu Ordinis Prædicatorum.

ADNOTATIONES.

(1) *Vivæ vocis oraculo*. Sed extant-ne privilegia viva voce concessa, saltem pro Indiis? Sunt qui affirment. 1. Quia Pontifex, qui ea revocavit, mandat Generalibus Ordinum ut per provincias, Provincialibus ut per conventus publicari faciant, revocationem. Ergo saltem sicubi publicata non sit, effectu caret. 2. Quia revocatio non comprehendit Cappuccinos, ut declaravit Urbanus VIII. qui revocationem à prædecessore Gregorio XV. factam confirmavit, ampliavitque. Ergo nec alios comprehendit regulares, quibus Cappuccinorum privilegia sint communia. 3. Quia Pius V. omnia Mendicantium privilegia confirmavit, ita ut possent Generales Ordinum ea in pristinum statum restituere si aliquando revocarentur, ac si concessa essent post revocationem. Quod idem concessit Gregorius XIII. & Paulus V. 4. Quia privilegia Mendicantium sunt remuneratoria, quæ sine compensatione aut saltem speciali expressione non revocantur. 5. Quia Casinenses monachi annuum censum pendunt Cameræ Apostolicæ pro manutentione privilegiorum. Ergo respectu illorum vigent & respectu communicantium. 6. Quia plures Pontifices privilegia viva voce concessa per bullam confirmarunt, aut declaraverunt perinde valere ac si essent bullata. Nominatim Clemens VIII. Const. *Ratio Pastoralis*. 1. in Bullario Rodericii pro Franciscanis, quibuscum ferè omnes communicant, *Omnia* & singula privilegia & gratias etiam vivæ vocis oraculo concessa, vel sub quacumque forma, ac si de verbo ad verbum *insererentur* (Bullæ), confirmavit.

Sed constitutio revocatoria clarior est quam ut iis eludi possit. *Omnia*, ait Urbanus VIII. in Const. *Aliàs felicis*, data 10. Dec. 1631., & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascumque per Summos Pontifices prædecessores nostros, ac per nos vivæ vocis oraculo, ac S. E. R. Cardinalium manu firmata (non firmata jam revocaverat Gregorius prædecessor).... quibuscumque personis cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti.... regularibus etiam ad instantiam regum, seu quomodolibet concessa.... *revocamus*.

Ubi nota, in exemplar hujus bullæ, quod habet Peirinis (*a*), irrepsisse vocem *sæcularibus*, quasi privilegia etiam hominibus sæcularis status concessa revocarentur. Hoc tamen est falsum, ut notavit Gobat (*b*), Lacroix (*c*), Sporer (*d*), vel ejus additor in Supplemento, & Benedictus XIV. (*e*) dicens: *Urbanus* Octavus Gregorianam constitutionem ampliavit revocando omnia vivæ vocis oracula, exceptis quæ comprobarentur

(a) *Peirin. tom. 2. cap. 8. Const. 18.*
(b) *Gob. Exper. tr. 9. n. 728.*
(c) *Lacr. lib. 1. n. 851.*
(d) *Spor. Supplem. Theol. Decal. c. 1. s. 4. num. 441.*
(e) *B. XIV. De SS. B. & C. t. 2. p. 108. Ed. 2.*

tur dictis officialium seu ministrorum in rebus ad ipsorum officium pertinentibus, ut colligi potest ex ejus Constit. 157. & 195. Bullar. tom. 4. Verùm cum omnes hæ Constitutiones loquantur de concessionibus vivæ vocis oraculo factis institutis & ordinibus regularibus, per eas sublatæ dici nequeunt *illæ*, quæ directe respiciunt cultum servorum Dei, ideoque tantum oblique instituta, sive ordines regulares, quibus ut plurimum datur facultas recitandi ex. gr. officium, aut Missam in eorundem Dei Servorum honorem celebrandi. Quibus Benedicti verbis de numero authorum modo vigere vivæ vocis oracula affirmantium, detrahendi sunt qui apud Avendaño (*a*) excipiunt: *Dummodo aliter non habeat stilus Curiæ Romanæ*; nam stilus Curiæ illius probè notus erat Benedicto XIV.

Nota etiam, quamvis nomine gratiarum venire possint indulgentiæ, mentem Pontificis non fuisse eas revocare, ut per illud tempus fama fuit Romæ, de qua testatus est Præpositus Generalis, qui tunc erat Societatis Jesu ad Provinciam Poloniæ 11. Febr. 1634. (*b*). Et hujus sententiæ sunt plures quos citat Avendaño (*c*): De cætero concessiones vivæ vocis oraculo factas concidisse per Urbani VIII. revocationem, nec per confirmationes generales revaluisse, supponitur in præfatione utriusque Compendii Privilegiorum Societatis, Communis, & Indici, etiam de privilegiis & gratiis missionariis Indiarum specialiter concessis. Idque magis exprimitur in postrema Editione Instituti anni 1757. tom. 1. pag. 262. & 323. Unde Jesuitis saltem fixum erat, privilegia indica non esse exempta à revocatione defectu expressionis.

De communibus verò privilegiis certius hoc est, & suadetur insuper, quia alioquin nihil aut ferè egisset Urbanus tam operosa Constitutione, dum omnia jam oracula erant posita per generales confirmationes bullatas extra revocationis aleam. Tum etiam quia ratio, quæ ad revocandum movit scilicet timor *ne concessiones* & gratiæ ab iis, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione *extenderentur*, tenet æquè dum confessionis in confuso per bullam confirmatæ termini ignoti sunt, vel noti quidem per Ordinum chartophylacia, minus tamen authentica notione.

Neque valent objecta. Non primum; quia Pontifex non indicit publicationem revocationis per provincias & conventus, ut obliget, vel effectum habeat constitutio, sed ut obligatio *quantocius innotescat*. Addit Lacroix, jam quoquo modo esse publicè notam revocationem, & consequenter publicatam.

Non obstat secundum, nam Cappuccinos excepit Urbanus, ut ipse declaravit ex affectu speciali ad eum Ordinem; at communicatio non intrat in privilegia speciali titulo uni Ordini concessa. *Monasterium* enim vel religio, cui aliena privilegia sunt communicata, illis non gaudet, nisi habeat qualitates, quæ subjecto communicato *inhærebant*, ut est Rotæ

(a) *Avend. P. 3. Auctar. s. 7. num. 157. Et Montenegro lib. 5. tr. 1. s. 10. n. 32.*
(b) *Apud Avancini, Collect. MS. V.* Indulgentia. (c) *Avend. tom. 2. Thesaur. tit. 12. n. 484., & 493.*

tæ decisio apud J. B. Pittoni sub die 27. Jann. 1677. (a). Tum etiam, quia Urbanus id declarans aliud egit quam revocationem paulo ante factam revocare: revocasset autem, si privilegia revocata omnibus cum Cappuccinis communicantibus restituisset, cum omnes ferè communicent.

Non obstat tertium, quia facultas quassata revalidandi, si non est de revocatis a Gregorio XIII. dum plures Pii V. constitutiones reduxit ad terminos juris, derogata certè est ab Urbano VIII., dum voluit ut nihil præcedentium obstaret decretæ revocationi. Idemque dictum esto de concessionibus Gregorii ipsius, & Pauli V. prædecessorum Urbani.

Non obstat quartum; quia privilegia regularium non sunt remuneratoria ex justitia; ad quod non sufficit quod in fronte vel exordio Constitutionum merita ordinum recenseantur: sic enim vix erit privilegium & gratia non debita ex justitia. Sunt ergo ad summum remuneratoria ex gratitudine, quæ sine compensatione revocari possunt cum vel sine causa. Causa verò fuit in casu nostro avertendi ecclesiasticæ disciplinæ detrimenta necessitas. Et pro compensatione tum meritorum, tum gratiarum revocatarum computari possunt alia privilegia quæ cum revocari possent, in vi sua relinquuntur, & quæ denuò conceduntur in dies.

Non obstat quintum; nam census ille fortè penditur pro jure aliquo temporali, de quo non est sermo. Si quid verò erogatur pro spiritualium confirmatione, fiet pro confirmatione bullata, seu pro scriptura confirmationis, vel pro confirmatione, aut prorogatione ad revocationem posteriore. Qualitas verò compensationis hujusmodi, si vera est, cum sit specialis pro Casinensibus, aliis prodesse nequit juxta dicta ad object. 2.

Non obstat sextum, nam constitutioni Clementis & aliis ejusmodi quoad privilegia in quæstione derogavit Urbanus VIII. per illa verba, *Non obstantibus* constitutionibus & ordinationibus apostolicis... privilegiis quoque sub quibuscumque verborum formis in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & *innovatis*.

Ad extremum observa, Urbanum eundem Constitutione data anno 1635. restituisse vivæ vocis oracula, de quibus Officialis aliquis Apostolicus prohibuisset testimonium. Si vero testimonium hoc debet esse *officialium seu ministrorum in rebus ad ipsorum officium pertinentibus*, ut ex Urbani Constitutionibus colligit Benedictus XIV. supra laudatus, non sufficit ad oraculorum valorem testimonium Cardinalium quamlibet apud Apostolicum officialitatem habentium. Unde ad apocrypha relegandum, quidquid dicat Lossada (*b*), privilegium quo Pius IV. concessit facultatem absolvendi a reservatis etiam in Bulla Cœnæ, dispensandi in foro conscientiæ in irregularitate, & dispensandi pariter in tertio & quarto gradu pro matrimonio contrahendo, quamvis Cardinales Alexandrinus & Sanctæ Crucis de concessione testati sint, si firmitas aliunde non accrescat quam ex eo quod prædictos Cardinales adhibere ad testimonium ferendum de concessione, perinde fuit atque si officiales instituerentur.

Nec

(a) *J. B. Pittoni, CC. ad Regular. n. 3696.* (b) *Lossada, Chronol. Privil. Ind.*

Nec magis fidendum, quidquid velit Torrecilla (*a*), facultati concessæ Minoribus à Leone X., ut uti possent in foro conscientiæ vivæ vocis oraculis, ut in libris Ordinis continentur, licèt ejus concessionis testis sit Cardinalis Laurentius Tituli SS. Quatuor Coronatorum, qui officium in sacro palatio habuisse dicitur, si non constet Officiales hos fuisse ministros in materia concessionum factarum. Imo testimonium Cardinalis Laurentii parum aliunde prodest, quandoquidem de nullo privilegio in particulari testatur, sed de facultate iis utendi, quæ aliunde supponuntur vim habere.

Minus prodest, quod Cardinalis Alexandrinus in testimonium adhibitus piani oraculi fuerit deinceps Papa: quo nomine est qui putet ejusmodi oraculum vigere, quia si nollet privilegium se teste concessum, sua jam Papæ confirmatione solidari, revocasset. Quidquid enim sit de futili hac præsumptione voluntatis in Alexandrino Cardinale, seu Pio V., illa nequit posteriorem Urbani revocationem invalidare. Illud solidius affirmatur, oraculorum revocatione non revocari oracula, quæ nec privilegia nec gratiæ sunt, sed gratiarum declarationes: quæ est sententia Bordoni (*b*) Lezanæ (*c*), & aliorum.

(II) *Communicavit*. Circa privilegiorum communicationem ait Card. Petra (*d*), quod contraria Tridentino, & quæ difficile conceduntur, non communicantur. Et Rota apud Pittonium (*e*) decidit, quod communicatio non intrat in privilegium quod difficile conceditur, neque in id quod non est in usu. Et quod non suffragatur in tertii præjudicium. Quorum fundamentum est regula juris in 6. 81.: *In generali* concessione *non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter concessurus in specie*.

ORDINATIO LXIX.
Anno 1543.

UT Rex Catholicus possit dividere, aut contrahere fines diœceseon indicarum. Ponitur hoc anno constitutio, quo prodiit, vel certè quo ad Indias missa est. Nempe postulaverat Rex, ait Solorzanus (*f*), ut quemadmodum erectionis episcopatuum cura, ita & divisionis aut restrictionis, ubi oporteret, sibi suisque consiliariis delegaretur: ita tamen ut eandem divisionem vel restrictionem, ejusque causas Sedi Apostolicæ succensendas & approbandas notas faceret. Quod pontificio diplomate concessum esse, testatur Herrera (*g*) referens, dictum diploma traditum esse D. Tello de Sandoval, cum ad visitandas Novæ Hispaniæ provincias mitteretur anno 1543., addito in mandatis, *Que en la* junta de prelados presentasse el Breve que llevaba, que de Su Santidad havia impetrado

Juan

(a) *Torrecilla, Tr. 3. Prop. 36. ex damn. ab Alexandro VII.*
(b) *Bord. tr. 2. Var. c. 21. R. 31.*
(c) *Lezana, t. 3. V.* Oracula.
(d) *Petra, tom. 4. ad C. Urb. V. n. 24.*
(e) *Pittoni, CC. ad Regul. n. 3726. 4008. & 4218.*
(f) *Solorz. Tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 5. n. 12.*
(g) *Herrera, D. 7. lib. 6. cap. 7.*

Digitized by Google

Juan de Vega Señor de Grajal Embajador del Rei en Roma, paraque todas las veces que al Rei y à su Consejo pareciesse, que se deben estender ò acortar los limites de los Obispados de las Indias, se pueda hacer de la manera que pareciere convenir para el buen govierno y administracion de ellos, y para escusar differencias entre los *prelados*. Vide infra anno 1753. 2. Mart. Adn. 7.

ORDINATIO LXX.
Anno 1544. 9. Januar.

PAulus Tertius cunctos Ordinum Mendicantium Prælatos (I) suos commissarios ac delegatos constituit, eisque denuò concedit omnes gratias & facultates (II) euntibus in terras infidelium concessas per suos prædecessores in genere vel in specie. Regulares Mexicani apud Fr. Joannem Baptistam ajunt, extare Breve concessionis hujus in tabulario Conventûs Prædicatorum Mexicanensis, datumque esse in favorem regularium intuitu meritorum ac zeli, quo rem christianam in Novo Orbe sustinere & promovere non cessabant.

Ejusdem vel similis concessionis meminit Veracruz apud Rodericum (*a*), qua Paulus concessit non tantum prælatis, sed omnibus Mendicantibus, qui de licentia suorum prælatorum proficiscuntur ad terras infidelium, ut eant tanquam legati Sedis Apostolicæ, & eis pariter concedit omnes gratias à suis prædecessoribus concessas illis (III) qui ad terras infidelium mittuntur. Ac forte eadem sunt hæc brevia cum eo, quod in nominato Conventu Prædicatorum asservari, inquit Lossada, cujus initium est *Dilectis filiis*, in favorem Prædicatorum specialiter concessum, quod ad cunctos Ordinum Mendicantium (IV), seu professores, seu prælatos, pertinere dicitur ob communicationem.

ADNOTATIONES.

(I) *Prælatos*. Quamvis prælati nominentur; poterunt illi subditos delegare juxta cap. *Si quo*, *De off. & pot. Jud. deleg.*, ubi dicitur: *Si pro* debilitate, vel pro qualibet alia causa vel necessitate tractandis causis interesse non poteris, liberum tibi sit personis discretis & idoneis vices tuas committere. Ita tamen ut si res tanti est, consulere te debeant, nisi fortè causæ ita graves sint, quòd sine præsentia tua non possint commodè *terminari*. Et cap. *Super quæstionem*, *eod.* dicitur: *Delegatus* à nobis licitè possit & principium, & finem, & medium causæ sibi commissæ, non solum conjunctim, sed etiam divisim, alii *delegare*.

(II) *Gratias & facultates*. Constat ejusmodi concessiones, quatenus gratiam continent, non expirare morte concedentis, nisi expressè fiant ad illius vitam, ex *Cap. Si super*, *De off. jud. del. in 6. Si super* gratia cui-

(a) *Roderic. Tom. 2. QQ. Regul. Q. 97. art. 2.*

Digitized by Google

cuiquam à Sede Apostolica facta executores fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ipsa gratia (licèt nondum sit in ejus executione processum) morte non perimitur concedentis, sic nec re integra perimatur executoribus data potestas, quam veluti gratiæ prædictæ accessoriam, naturam congruit sequi *principalis*.

(III) *A suis prædecessoribus*. *Secundum hæc*, inquit Rodericius loc. cit., sunt confirmata quæ per Nicolaum V., Gregorium IX., Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII., & alios Pontifices sunt concessa illis, qui ad infidelium partes ad dictam conversionem *proficiscuntur*. Sed posteà notare jubet ea, quæ prædecessores concesserunt cum clausula, *Ubi non sint episcopi*: ne religiosi putent ea sibi licere, ubi jam sunt.

(IV) *Ad cunctos pertinere*. *Aunque* los privilegios sean concedidos à los religiosos de las Ordenes Mendicantes (verba sunt Ill. Montenegro Quitensis Episcopi lib. 5. Itiner. Parochor. tr. I. sect. 10. num. 3.), pueden usar de ellos los religiosos monacales, porque por la communicacion de privilegios que tienen todos: se estienden tambien à los que no son Mendicantes, como dice Manuel Rodriguez tratando de los privilegios, que tienen en las Indias: *Quibus* omnibus gaudent religiosi in Novo Orbe ob communicationem gratiarum factam à Paulo Tertio, ut testatur Cardinalis Burgensis in expressa *concessione*. Hucusque Montenegro.

Sed Rodericius non habet quod privilegia Mendicantibus concessa extendantur ad Monachos, neque ad non Mendicantes, sed ad religiosos in Novo Orbe, in quo tunc non erant, nec modo stabiliti sunt ordines monachales, saltem in Regis Catholici ditione, excepta una vel altera sede ad Benedictinos pertinente, quæ diu post, anno videlicet 1590. ut habet Murillo (a), fundata est. Et communicatio de qua Rodericus loquitur ex concessione Pauli Tertii, & Cardinalis Burgensis testimonio, vertitur solum inter Dominicanos & Franciscanos, qui in Novo Orbe per id tempus fere erant soli, ut videre est supra Ord. 68.

Si quando tamen contingat, religiosos monachales mitti ad eandem cum mendicantibus messem & opus, ita ut ejusdem cum subjecto communicato qualitatis sint participes, sine dubio locum habebit communicatio, quandoquidem communicandi gratiam in genere habeant.

ORDINATIO LXXI.

NE Indis negaretur sacra communio, decrevit Paulus Tertius apud Fr. Joannem de Torquemada (b). Nihilominus negandi consuetudo toto ferè eo sæculo XVI. usque ad tempus Concilii Tertii Limensis obtinuit, saltem in Peruvio. *Magna* mihi quæstio (inquit Acosta) (c) visa est, quid de observato hucusque more in hac nova occidentali ecclesia sentiendum sit, ubi Indi adulti jam baptizati, iidemque peccata legi-

(a) *Murillo*, *lib. 9. Geogr. Hist.*
(b) *Torq. lib. 16. Monarch. Ind. cap. 20.*
(c) *Acosta*, *lib. 6. De Proc. Ind. sal. cap. 8. & seq.*

Digitized by Google

legitimè confessi, neque semel singulis annis, neque vero mortis urgente discrimine communicantur. Adeoque id usu receptum est, ut si contrafieri contingat, non leve scandalum homines *putent*. Et pro virili excusata hac consuetudine, concludit jam omnino esse tollendam.

De quo subjicit sententiam Concilii Limensis II. Provincialis anno 1567. celebrati (*a*): *Quanquam* omnes christiani adulti utriusque sexûs teneantur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accipere singulis annis saltem in paschate, tamen hujus Provinciæ Antistites, cum adverterent, gentem hanc Indorum & recentem esse, & infantilem in fide, atque ita illorum saluti expedire judicarent, statuerunt ut usque dum fidem perfectè tenerent, hoc divino sacramento, quod est perfectorum cibus, non communicarentur, excepto si quis ei percipiendo satis idoneus videretur. Quoniam verò complures jam Indorum fidei christianæ doctrinam melius percipiunt, atque hoc divinum sacramentum non solum devotè cupiunt suscipere, verum etiam petunt, & ut fiat sibi copia importunè flagitant, placuit huic Sanctæ Synodo monere, prout seriò monet omnes Indorum parochos, ut quos audita jam confessione perspexerint, hunc cælestem cibum à reliquo corporali discernere, atque eundem devotè cupere & poscere, quoniam sine causa neminem divino alimento privare possumus, quo tempore cæteris christianis solent, Indis etiam omnibus *administrent*.

Hujus constitutionis inobservantiam dolet Acosta novem postquam edita est annis scribens. Unde in sequente Concilio anno 1583. celebrato opus fuit contra parochos negligentes severius agere. Ac de viatico quidem Indis præbendo sic habet (*b*): *Cæleste* viaticum, quod nulli mortalium ex hac vita migranti negat mater Ecclesia, multis abhinc annis Indis atque Æthiopibus, cæterisque personis miserabilibus præberi debere Concilium Limense constituit. Sed tamen sacerdotum plurium vel negligentia, vel zelo quodam præpostero, atque intempestivo, illis nihilo magis hodie præbetur. Quo fit, ut imbecilles animæ tanto bono, tamque necessario fraudentur. Volens igitur Sancta Synodus ad executionem perducere quæ Christo duce ad salutem Indorum ordinata sunt, severè præcipit omnibus parochis, ut extremè laborantibus Indis atque Æthiopibus viaticum ministrare non prætermittant, dummodo in eis debitam dispositionem agnoscant, nempe fidem in Christum & pœnitentiam in Deum suo modo . . . . Porrò parochi, qui à prima hujus decreti promulgatione negligentes fuerint, noverint se præter divinæ ultionis judicium, etiam pœnas arbitrio Ordinariorum, in quo conscientiæ onerantur, daturos: atque in visitationibus in illos de hujus statuti observatione specialiter *inquirendum*.

De Indorum communione in paschate sermo fit in cap. seq. *In paschate* saltem eucharistiam ministrare parochus non prætermittat iis, quos & satis instructos & correctione vitæ idoneos judicaverit: ne & ipse alioqui ecclesiastici præcepti violati reus sit. In quibus autem certam scientiam

(a) *Concil. Lim. c. 58.* (b) *Concil. Lim. III. Act. 2. cap. 19.*

Digitized by Google

tiam tenere non poterit, consulat Episcopum. Nemo verò Indorum aut Æthiopum ad communionem recipiatur, nisi proprii parochi, aut confessoris licentiam scripto sibi datam *ostenderit*.

His tamen non est factum, ut reprobata consuetudo cessaret, ut patet ex posterioribus decretis Synodorum Limanæ, Platensis, Arequipensis, Pazensis, & Paraguariæ, quæ sequente sæculo XVII. celebratæ sunt. Ex quibus Pazensis habita anno 1638. sub Ill. Feliciano de la Vega inquit (a): *No solo* hai obligacion de dar el SS. Sacramento de la Eucharistia por la pascua à los Españoles, para que cumplan con el precepto de la Iglesia, sino tambien à los Indios, y otros qualesquier christianos como hijos de la Iglesia. Y porque en quanto à los Indios se ha entendido, que ha avido descuido en esto socolor de decir, que no tienen capacidad para esto, y que viven licenciosamente en sus costumbres, y que lo mas del tiempo lo occupan en borracheras, y otras cosas indecentes, y este daño se puede juzgar que procede de la falta de enseñanza, y de no doctrinarles sus curas con la puntualidad que deben paraque se aparten de las ocasiones que les divierten de tanto bien como hai en esto; exhortamos y mandamos à los dichos Curas, que procuren con toda diligencia que haia la enmienda que conviene en cosa tan importante, y de tan grande servicio de Dios N.S., y que se esmeren en enseñar à estos pobres como gente tan miserable la obligacion que tienen de disponerse à la sagrada communion, y los frutos grandes que pueden conseguir de recibirla para bien de sus almas, sin poner la escusa sobredicha de tener incapacidad, porque por este medio y con su solicitud y cuidado *permitira* N. S. que tengan la luz y conocimiento que de ben para *tanto bien*. Vide lib. 6. tit. 1. leg. 19. Recop. Ind.

Cavendum est tamen ex adverso ne nimia communionis frequentia contemptum pariat, maxime in Indis, quorum mentis inopiam juvare potest raritas, & facilitas lædere, quando beneficii collati pretium & magnitudo latet oculos & mentem sensibus carneis immersam. Audivimus observatum esse aliquando in uno, vel altero Indorum pago, ubi magis inoleverat eucharistici panis usus, esse mores minus correctos quam ubi rariùs communicabatur: cujus mali, si verum habet, causa alia esse non potest, quam mentis indispositæ vitium, & quod parochi debitam non dant operam, ut per fidem suppleatur sensuum defectus; per fidem inquam vivacem, & propriis actibus exertam. Id autem commune etiam est Hispanis, & pro omnibus satis provisum ab Innocentio XI. Const. 12. Febr. data anni 1679. Vide Ord. 286. anno 1634. 13. Mart.

ORDINATIO LXXII.

Anno 1545. 8. Jan.

FIt Episcopalis Ecclesia Quitensis. Mentio fit in Compend. Hist. P. Emman. Rodriguez, & in Tabulis Chronol. P. Cl. Clementis.

O R-

(a) *Syn. de la Paz, lib. 1. t. 5. cap. 2.*

Digitized by Google

ORDINATIO LXXIII.
Anno 1545. 31. Jan.

UT Ecclesia Hispano-Americana in tres provincias divideretur, erectis in Archiepiscopales sedibus (I) S. Dominici in Hispaniola, Mexicana, & Limana: cum jure metropolitico primæ in Antilias & partem continentis; Mexicanæ in Novam Hispaniam, & Limanæ in Peruvium (II) exacto; jure Hispalensis ecclesiæ (III); quod in totam Hispaniensem Americam imminebat. Mentio fit in cit. Compendio & Tabulis.

ADNOTATIONES.

(I) D. Diaz de la Calle (*a*) Ecclesiam S. Dominici appellat Indiarum primatem. Et Trevultiani pro comperto scribunt (*b*), sedem S. Dominici in Archiepiscopalem erectam cum jure primatiali in totam Americam Hispaniensem. Sed fundamento caret. Prima quidem fuit in idea, vel intentione, si Ecclesia Hispalensis est Ecclesia S. Dominici, de quo supra Ord. XXII., non quod ea ratione sit antiquior cæteris, nec quia cum jure primatiali erigenda fuit; sed quia in tribus primitivis sedibus titulum habuit Archiepiscopalis. In executione tamen etiam hoc Archiepiscopalis titulo caruit primum: ac tandem dum primò intento honori restituta est, pares habuit Limensem & Mexicanam. Imo si verum est quod in Historia S. Dominici scribit unus de Trevultianis P. Charlevoix (*c*), anno 1547. institutum esse S. Dominici Archiepiscopatum, pronum est ut sub jure metropolis alterius Americanæ fuerit aliquandiu, cum à duobus ante annis alii duo Archiepiscopatus essent erecti. Excepto jure nomen primatis retinere potest Ecclesia S. Dominici, sicut & quælibet Metropolitana, in sensu quo dicitur in Concilio Braccharensi Primo (*d*): *Placuit*, ut conservato Metropolitani primatu, cæteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus alius alii deferat *locum*. Strictè verò non quilibet Archiepiscopus appellandus est primas, ut ab Hadriano I. decretum est (*e*).

(II) *Limanæ in Peruvium*. Sunt etiam apud Haroldum (*f*) qui & Limanum Archiepiscopum appellant primatem. Et P. Josephus-Paulus Arriaga (*g*) eandem adhibet nomenclaturam. Quodsi primatia hæc intelligatur de jure totius Americæ Archiepiscopis imminente, fundamento etiam caret; si de jure in provincias Americæ Meridionalis, minus abest à vero; abest tamen, neque enim sufficiens fundamentum est, quod jus Limani Concilii obtineat in Provinciis Platensi & Sancta-fidensi, quibus cum Limana tota Meridionalis America Hispaniensis continetur. Vide infra anno 1588. 26. Oct.

(III) *His-*

(a) *Calle, Notic. Eccl. de las Ind. fol.* 1.
(b) *Mem. de Trev. Ann.* 1733. *art.* 10.
(c) *Charlev. Hist. de S. Dom. l.* 7. *p.* 477.
(d) *C. Bracch. I. apud Hard. t.* 3. *Conc. col.* 351.
(e) *Hadr. I. apud eund. t. eod. col.* 2063.
(f) *Harold. Lima lim.*
(g) *Arriaga, Extirp. de la Idol. del Peru, cap.* 19.

Digitized by Google

(III) *Hispalensis Ecclesia*. P. Charlevoix nuper laudatus scribit alibi (a) usque ad annum 1605. omnes Ecclesias Indiarum occidentalium obnoxias fuisse Metropolitano Hispalensi. Sed est error typographiæ, vel chronologiæ; nam jus primatiale nunquam fuit, & metropoliticum esse cessavit hoc anno.

ORDINATIO LXXIV.
Anno 1546.

AD hoc tempus refert Herrera (b), nomine Regis Catholici petitum esse breve, quod an impetratum & expeditum sit ignoro, ut quilibet sacerdos vel religiosus (I) absque peccato & absque periculo irregularitatis quæcumque delicta in Indorum vexamen commissa manifestare posset: protestans, ne ex tali testimonio procederetur ad effusionem sanguinis, aut membrorum mutilationem. Quod si breve perpetuo valiturum negaretur, concederetur saltem quandiu ad Indorum conversionem & instructionem esset necessarium.

Petitum etiam esse, refert ibidem Herrera, breve ut Episcopi Indiarum à visitandis (II) liminibus Apostolorum deobligarentur, tam præsentes, quam futuri: & concessum esse suadet praxis, nisi hæc fundata sit in necessitate vel impossibilitate, quam facit distantia, propter quam nullus quem sciam, ex America Episcopus Italiam unquam cogitavit, nec Apostolorum limina visitaturus, nec quod pluris est Concilio Generali, quod jam erat apertum hoc tempore interfuturus.

Simile certe breve concessum est deinceps Indiæ orientalis prælato nescio cui per litteras, quarum fragmentum est: *Postremò* eidem Episcopo ad quindecim annos à die receptionis præsentium litterarum computandos, ut limina Apostolorum visitare, ac Concilio Provinciali Archiepiscopi Goani, illius tamen arbitrio interesse minime teneatur: ita tamen ut quoad visitationem liminum ejusmodi vices suas procuratoribus qui à Regularibus Romam mittuntur, committere; & ad Concilium Provinciale aliquem Theologum mittere debeat, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus & *indulgemus*. Similis concessio quoad visitanda Apostolorum limina fit subinde iis qui ad episcopale munus assumuntur: estque una bullarum quæ pro singulis expediri solent. Est etiam ordinatio generalis ejusdem argumenti facta à Sixto V., quam vide suo loco, anno 1585. 20. Dec., & 1763. 18. Jul.

ADNOTATIONES.

(I) *Sacerdos vel religiosus*. An, quando, & quomodo possit quis præciso privilegio irrogatas Indis injurias manifestare, quin irregularitatem incurrat denuntiando, accusando, aut testificando, colligi potest ex obviis

(a) *Charlev. Hist. del Parag. lib. 6. p. 210. Ed. in 4.* (b) *Herr. D. 8. l. 1. cap. 8.*

viis moralistarum & canonistarum doctrinis. P. Sanchez (*a*) docet, clericos posse, imo teneri denuntiare crimina, quæ sunt in grave rei publicæ, vel alicujus privati damnum, etiamsi probabiliter credatur, denuntiatum fore damnandum, dummodo protestationem promittant se nolle mortem vel mutilationem sequi, sed damna vitare; quia hæc est obligatio juris naturalis, à qua nullus per jus positivum (quo prohibetur clericus immiscere se in causa sanguinis), nec per statûs dignitatem potest excusari.

Et ad argumentum quod sibi fecerat ex detrimento incurrendi irregularitatem, etiam præmissa protestatione, dum causa non propria sed aliena vertitur, respondet, talem clericum non incurrere irregularitatem, nam quanvis Jus dicat in causa propria, extenditur jure naturali facultas ad causas proximorum, in quibus agitur de vitando illorum damno. Citatisque hujus doctrinæ patronis Cajetano, Navarro, Navarra, Armilla, Soto, & Covarrubia, advertit hoc intelligi, quando aliter quam per denuntiationem illi malo obviari nequit. Si enim ad arcendum periculum satis sit præparationem detegere, tacitâ personâ, non potest clericus personam manifestare, licèt eam Judex extorquere velit; cessat enim tunc ratio obligans ad detegendum.

Etiam protestatione non præmissa putat hanc doctrinam probabilissimam P. Castropalao (*b*), qui postquam ex probabili sententia causam propriam reputaverat causam famulorum, domesticorum, & subditorum, addit: *Quodsi* accusatio vel denuntiatio instituatur ad præcavendum reipublicæ damnum vel alterius privatæ personæ, quod alia via averti nequit, probabilissimum censeo te ab irregularitate excusari nulla protestatione facta, quia eo casu non te immisces liberè causæ sanguinis, sed lege charitatis coactus. Credibile autem non est, ecclesiam afficere velle irregularitate actionem jure naturali debitam, esset enim impedimentum apponere operibus charitatis & *pietatis*. Pro quo citat plures præter nominatos.

Quodsi alquando contingat, ut reipublicæ vel privati alicujus damna charitas avertere non possit, nisi testificando in judicio, id etiam eadem ratione licebit clericis & religiosis absque periculo irregularitatis. Quia scilicet non est credibile, Ecclesiam velle impedimentum apponere charitati. Et huic sententiæ favet Diana cum aliis, quos citat, ex quorum mente ait (*c*): *Probabile* est, non fieri irregularem qui in favorem alterius, & maxime reipublicæ accusat, testificatur, patrocinatur in causa sanguinis cum *protestatione*. Quam doctrinam ex sententia pariter aliorum rursus alibi firmat (*d*).

Ex dictis inferes nulla religione teneri sacerdotes & religiosos mala Indis præsertim iis qui illorum curæ commissi sunt, celare, cum ad avertenda opus est manifestato; tum quia plerumque punienda non sunt san-

san-

(a) *Sanch. lib.6. Consil. cap. 2. n. 2. dub. 10.*
(b) *Castrop. tom. 6. tr. 29. p. 14. n. 8. disp. 6.*
(c) *Diana coord. tom. 5. tr. 5. R. 87. Ex. P. 4. tr. 2. Resol. 32.*
(d) *Diana Resol. 89. tom. & tract. eod. Ex P. II. tract. 3. Miscell. Resol. 6.*

guine; tum quia sunt mala reipublicæ perniciosa, ut Jure Indico passim declaratur, nominatim leg. fin. tit. 10. lib. 6. ibi: *Por ser* contra Dios y contra mi, y en total ruina y destruccion de essos reinos, cuios naturales estimo, y quiero que sean tratados como vasallos, que tanto sirven à la monarquia, y tanto la han engran decido è *illustrado*.

Potiori titulo possunt sine scrupulo religiosi & sacerdotes vexatos Indos dirigere & instruere, ut ipsi per se vel per protectores, qui à Rege constituti sunt, causam dicant pro se, & pro suis populis, ac rebus. Id quod à Carolo V. per litteras 7. Jul. 1550. apud Torquemada transcriptas mandatum est Franciscanis (*a*), & respondere Regiis Ministris pro officio inquirentibus in delicta, juxta leg. 4. t. 10. l. 6. Recop. Ind.: vel dum non inquiritur à Rege remedium postulare; quod etiam religiosis demandatum est à Rege per litteras apud eundem Torquemada, ubi dicitur: *Si vieredes*, que en la execucion y cumplimiento (de las ordenanzas hechas para el buen tratamiento de los Indios) hai negligencia, avisarnos heis con toda brevedad.

(11) *A visitandis liminibus*. Visitando saltem per procuratorem satisfit, ut vide infra C. Sixti V. data 20. Dec. 1585. De S. Thuribio Archiepiscopo Limano dicitur in processu ad canonizationem facto Limæ (*b*): *Que tambien* uso de la facultad, que le Dio Sixto V. de visitar por procuradores los umbrales de los BB. Apostoles S. Pedro y S. Pablo, embiando para esto, y teniendo en Roma varios procuradores. Y aunque por la Sede Apostolica esta concedido, que los Arzobispos de Lima visiten los umbrales cada diez años, con todo esso lo hacian sus procuradores mas à *menudo*. Sed facultas de qua hîc, non est particulariter concessa Archiepiscopis Limanis, sed est communis Prælatis Americanis, ut vide in citat. Const. Sixtina.

ORDINATIO LXXV.
Anno 1546.

ERigitur in Episcopalem Ecclesia Paraguajensis in Provincia Limana. Illius vero erectionem & servitium in ordinem reduxit Ill. Barrios, ut refert Raphael de Velasco, vel qui hoc nomine latet in Nova Argentina M.S. tom. 1. Tabula 4.

ORDINATIO LXXVI.
Anno 1547.

ERigitur in eadem provincia, futurus deinceps in Santafidensi, Episcopatus de Popayan. Meminit P. Emm. Rodriguez in Compend. Hist.

OR-

(a) *Torquem. lib. 17. Mon. Ind. c. 19.* (b) *Proc. Lim. Canoniz. S. Torib. f. 930.*

Digitized by Google

ORDINATIO LXXVII.
Anno 1548. 13. Jul.

FIt episcopalis Ecclesia Compostellana in Nova Gallæcia sub Archiepiscopo Mexicano. Inde Guadalaxaram translata est Sedes anno 1560. ut habet D. Gonzalvus de Paz, vel 1570., ut habet Herrera in Descriptione Indiar. Occid.

ORDINATIO LXXVIII.
Anno 1549. 18. Oct.

UT possent missionarii de Societate Jesu (I) in terris infidelium libere commorari, & cum eisdem (II) conversari, de licentia tamen Præpositi Generalis, & ab ipsis tunc, & quando per ipsas illos transire contingeret, necessaria vitæ deposcere & recipere. Ut Præpositus Generalis cum aliquos ex fratribus seu sociis in Saracenorum, Paganorum, aliorumque infidelium terras remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, mitteret, posset eis facultatem concedere, ut christianos ibi commorantes, confessione peccatorum suorum audita, & pœnitentia salutari injuncta, eos & eorum quemlibet ab omnibus & singulis eorum peccatis, etiam in Bulla Cœnæ reservatis (III), & à consequentibus censuris & pœnis absolvere, & cum iis qui ab infidelitate convertuntur tantùm, & in locis remotissimis, qui prius in gradibus non licitis, tamen lege divina non prohibitis (IV) matrimonia contraxerant, ut in eisdem manere possent, dispensare: ac in locis prædictis remotissimis quæcumque (V), ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, ut expediens foret erigere, ac erecta reformare, sine alicujus præjudicio (VI); & vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si episcopus catholicus qui ea faceret, ibi non adesset) benedicere (VII), & profanatas ecclesias reconciliare possent. Et quæcumque statuta & ordinationes desuper necessaria facere (VIII), illaque postquam facta essent, mutare, alterare, ac illis addere. Ac Præposito provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim dum alius per Præpositum Generalem mitteretur, loco Præpositi decedentis alium eligere liberè & licitè valerent. Et quia in numerosis populis illarum regionum tanta est sacerdotum raritas, ut unus plurium populorum curam suscipere debeat, ut bis eadem die diversis locis celebrare valerent. Extat concessio in Const. *Licet debitum*, cujus est pars, in Bullar. Soc.

ADNOTATIONES.

(I) Hæc Pauli Tertii cum reliquis tum suis, tum successorum usque ad primam inclusivè Pauli Quinti incipientem *Quantum religio* in Editione Instituti Pragensi contentis usui permissa fuit ex Senatûs Indici consulto per regiam schedulam Philippi Tertii datam in Sancti Laurentii

5. Sept.

Digitized by Google

5. Sept. 1620., quæ in authentica forma servabatur in archivio Collegii Neo-Cordubensis in Tucumania. Nam licèt ibi non expreſsè nominetur, ut expreſsè nominantur cum ſuis datis, reliquæ, Conſtitutio ſecunda Sixti V., quæ incipit *Romanum decet*, hæc potiùs eſt præcedentium confirmatio, quam nova conceſſio. Permiſſus eſt verò illarum omnium uſus, *En quanto* no fuere contra el Real Patronato, leies, cedulas, y ordenanzas hechas para la buena governacion de las *Indias*, ut in cit. Schedula Philippi Tertii cavetur. In ea dum exprimitur præſens Pauli conſtitutio, eſt quædam levis numeri mutatio, anni videlicet 1548. pro 1549., quo data eſt; non enim data eſt anno quem habet ſchedula 1548. 18. Octobris ulla conſtitutio ad quam prædictus numerus referri poſſit. Et quæ Pio IV. tribuuntur ex annis 1568. & 1571. Pii V. ſucceſſoris ſunt.

(u) *Converſari*. Non eſt dubium quin hoc privilegium poſſet habere locum & uſum reſpectu infidelium qui hæretici, judæi, aut ſaraceni ſint: imò etiam reſpectu paganorum: quo nomine *chriſtiani ſcriptores* vocant idolorum cultores qui nunquam fidem catholicam *agnoverunt*, ut habet Gloſſa marginalis in *cap. Quam ſit*, *De Judæis*. Ratio eſt, quia reſpectu omnium ejuſmodi infidelium ſunt in *cit. cap. & tit. De Judæis* prohibitiones eccleſiaſticæ, à quibus per privilegia quis eximatur. Verùm reſpectu barbarorum, è quibus multi ſunt in Indiarum regionibus nec baptizati, nec hæretici, nec judæi, nec ſaraceni, nec idolorum cultores, dubitaverit quis, an hæc conceſſio eſſet ex uſu; nam præter communionem ſeu communicationem in actu pravo, illius approbativam, ac periculo ſubverſionis obnoxiam quæ lege naturali & divina damnatur, & nullius privilegii materia eſſe poteſt, non apparet jus quo cum hominibus id genus communione aquæ vel ignis interdicamur: & conſequenter non apparet neceſſitas præſentis privilegii ad converſandum cum ejuſmodi barbaris. Quidquid de hoc ſit, illud non eſt dubium, ſi converſatio ad eos convertendos, reducendos, vel cicurandos proximè vel remotè ordinetur, omni jure eſſe licitam & laudabilem.

Quoad communicationem in ſacrificio, ſeu coäſſiſtentiam, P. Caſtropalao, Conink, Cardinalis de Lugo volunt, infideles univerſim arceri, etiam purè gentiles, ab intereſſentia ad offertorium & deinceps. Fundamentum ipſis authoribus eſt 1. *C. Epiſcopus* 67, *De Conſecr. D.* 1. Illud tamen ſic habet: *Epiſcopus* nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſive gentilem, ſive hæreticum, ſive judæum uſque ad miſſam *catechumenorum*. In quibus non præcipitur ut quis arceatur poſt miſſam catechumenorum, ſed ne quis antea arceatur.

2. Authoritas Dioniſii *cap.* 7. *De Eccl. Hierarch.*, ubi citatur à D. Thoma, & à P. Suarez. Sed eo loco nihil invenio quod præſentis argumenti ſit. Cap. verò 3. §. 6. inquit: *Qui horum* ſacramentorum penitùs ignari ſunt, illi ne imagines quidem cernunt, quod nimirum ſalutarem divinæ generationis diſciplinam imprudenter repudiant; eloquiiſque ſacris exitiosè prorſus obſtrepunt: Vias tuas *ſcire nolo*. In quibus ſi per penitus ignaros etiam gentiles ſignificantur, intelligendum de gentilibus qui per imprudentiam repudiant Eccleſiæ diſciplinam, intelligendum de iis qui

X exi-

exitiose obstrepunt divinis mysteriis. Et hoc est certum quod repellendi sint, ne obstrepant, sicut ii qui subsannandi causa, aut irridendi convenirent. Sed de his non est dubium.

Paulo inferius inquit Dionisius, quod *Catechumenos*, energumenos, eosque qui pœnitentia ducuntur, sacrosanctæ hierarchiæ mos patitur audire psalmodiam, divinamque sacrarum scripturarum recitationem; verùm ad ea quæ mox sequuntur sacrificia spectaculaque nequaquam hos convocat, sed perfectos perfectorum *oculos*. Ubi nemo ex terminis à sacrificio arcetur, sed aliqui non convocantur.

Inferius inquit: *Sacrorum* celebratio etiam pœnitentes..... repellit, nonnisi sanctissimo quoque *admisso*. Cujus disciplinæ severitas antiquata esse videtur; non enim credo modò esse qui non permittat energumenos, nisi obstaculo sint. Sed hac ratione non solùm à sacrificio, sed à missa etiam catechumenorum eos oportet arceri. Neque modò esse credo qui non tolerat pœnitentes, imo & peccatores, nisi excommunicati & denuntiati sint, aut qui de repellendis hominibus id genus sit sollicitus.

Fundamentum 3. desumunt ex constitutionibus apostolicis, seu clementinis (*a*), ubi diacono indicitur, ut exitum denuntiet illuminandis, catechumenis, infidelibus, & hæreticis. Sed non præcipitur ibi, ut quis exeat, sed diacono ut exitum denuntiet, obediendumque dum clamet. Jam tamen non clamat, ut olim, exacta catechumenorum missa, sed post communionem: neque tunc fit imperando, sed permittendo. Qua ritûs mutatione palam fit Ecclesiæ piæ matris conniventia.

Fundamentum 4. indigitat Conink Ecclesiæ praxim, quæ allata testimonia, quamvis ex terminis essent dubia, interpretatur, dum inter ostiarii munera ponit infideles arcere. Sed ostiarii munus est tunc arcere, quando à diacono, prælato, vel lege injungatur: quo deficiente cessat munus. In Indiis certè contraria praxis quoad barbaros invaluit, frequenter enim audimus & legimus de missionariis & expugnatoribus primis, coram fecisse missam celebrari; & quod assistentes barbari cum adorantibus adorabant, & plerumque ex hac admissione ad sacrificium baptismi reportabant votum. Id apud Mexicanos, Yucatanos, & Caribes factum esse cum laude, & optimo ad propagandam fidem successu celebratur: nec scio quemquam id reprehendisse.

Etiam Castropalao & Conink qui admittendos negant, excipiunt nisi specialis fructus speretur. Sed quia communiter speratur fructus, credo, inquit Card. de Lugo, Ecclesiæ ministros sæpè connivere. Adde tu, conniventiam istiusmodi honestabiliorem esse respectu Indorum, qui quo mente sunt magis inopes, sensibilibus potiùs moventur: ideo sacra ceremoniarum majestas aptior est ad fidem eos afficere, & ad fidei professionem.

Nihilominus praxis Indos infideles arcendi à sacrificio non caret exemplo. Arcebat P. Antonius Ruiz de Montoya S. J. qui Guaraniorum in Paraguaria Apostolus audit. Et arceri jussit Chacoenses Ill. Illana Tu-

(a) *CC. Apost. l. 8. c. 8. & 12.*

Tucumaniæ Episcopus, cujus Edicti verba sunt: *Nos D. Manuel Abad* de Illana.... Haviendo visitado personalmente las Reducciones...... Solo tenemos por preciso hacer dos advertencias... La segunda es sacada no solo de la doctrina de la Iglesia, sino tambien de los dichos y hechos de aquel apostolico Jesuita el P. Antonio Ruiz de Montoya, que en la *Conquista Espiritual del Paraguay* escribe lo siguiente: En amaneciendo visitabamos los enfermos: despues se decia missa y sermon, cantado, ò rezado el evangelio. Sacabamos de la Iglesia los Infieles, lo que ellos sentian mucho envidiando à los christianos la dicha le quedar. De aqui nacia la diligencia de aprender presto la doctrina para *bautizarse*. Esto mismo consideramos celebrando en una de dichas reducciones, y teniendolo por cosa de mucha importancia, se lo diximos entonces à los Padres, y a hora se lo repetimos para su govierno, dando à cada uno de dichos Padres affectuosas gracias.... Assi lo proveio y mandó S. S. I. en esta ciudad de Salta. 10 de Dic. 1765.

Et in dictamine seu resolutione P. Didaci Altamirano, de qua supra Ord. 58. Adnot. 1., Guaraniorum timor exponitur ne baptizatos se esse negantes interdicantur sacris, & missæ assistere prohibeantur. De Japonibus quidem memoria proditum est, faciliùs admitti ad sacra, etiam idololatras, sed erat facultas specialis à Summis Pontificibus concessa, ut habet P. Bartoli (*a*) *Celebraronsi* l' ufficio funerale (di D. Gracia Reina di Tango) e la messa presente il Re, e una tanta comitiva.... che passavano mille tutti idolatri. E di poterli ammettere ne avevano con certe ragionevoli condizioni espressa facoltà del Sommo *Pontefice*.

De hæreticis per Germaniam ait Gobat (*b*): *Non damno* peccati hæreticos, qui dum tractant de conversione, ad quam propendent, ingrediuntur templa ut observent cerimonias sacras. Unde nec peccat suadens. Est in Germania communissimum, ut nondum catholici intersint sacris, præsertim paulo ante professionem. Nec dubito quin multi etiam prudentes & docti riderent aut indignarentur, siquis vellet illis movere *scrupulum*.

Aliqui cum Tabiena apud Castropalao volunt, prohibitionem communicationis cum judæis & saracenis, quæ specialis est, ad omnes infideles extendi. Sed temerè, prohibitiones quippè odiosæ extendendæ non sunt ab uno ad aliud, maximè quando in judæis & saracenis specialis est ratio, ut notavit Glossa *in Can.* 10. XXVIII. q. 1. *ibi Pagani* citiùs trahuntur ad fidem quam *Judæi*. Quam promptissimè ad fidem currere Indos, dixit supra Paulus Tertius. Et Glossa marginalis ante *can.* 1. *D. ead.* habet: *Judæi* facilius fallunt animas quam *pagani*. Quod etiam notandum est de Saracenis, de quibus alii textus loquuntur, & de hæreticis, quorum aversio à fide & pertinacia major est quam in gentibus, præsertim Indis, quorum plures multum habent de infidelitate negativa.

P. San-

(a) *Bartoli, Storia del Giap. lib.* 2. *pag.* 314. *circa annum* 1600. (b) *Gobat, Exper. tr.* 5 *num.* 396.

P. Sanchez apud Card. de Lugo docet communicationem cum infideli nunquam esse peccatum læthale, nisi quando adest periculum subversionis, aut nimium deprimitur dignitas christiani nominis. Sed neque veniale erit, si non solùm hoc periculum absit, sed spes excommunicatione infidelium conversionis affulgeat, quæ te ad communicandum moveat. Et Benedictus XIV. (*a*) etiam à peccato veniali censet immunem communicationem cum hæreticis non denuntiatis in civilibus, quatenus ait: *Quamvis* juxta præsentem disciplinam inductam à Martino V. in Extrav. *Ad evitanda*, liceat catholicis cum hæreticis, modò non sint expressè & nominatim denuntiati, liberè conversari, & cum eisdem communicare in rebus merè profanis *& civilibus*. Quod potiori titulo licere dicendum est respectu paganorum & barbarorum, ad quos excommunicationes & censuræ non extenduntur.

(III) *In Bulla Cœnæ.* Declaravit Clemens VIII. in Const. *Dominici gregis* data 14. Jul. 1604., per annuam Bullæ Cœnæ promulgationem non censeri revocatum simile privilegium Carmelitis Discalceatis concessum ad absolvendum in partibus infidelium à casibus in ea reservatis. Cumque hæc Clementis voluntas non sit novum privilegium sed mera declaratio, revocatione aut derogatione per sequentes facta promulgationes non comprehenditur.

Facultas verò à casibus absolvendi in Bulla Cœnæ reservatis non extenditur ad hæresim, nisi exprimatur, *eo quod crimen hæresis præ cæteris gravissimum speciali nota dignum sit*, ut declaravit Alexander VII., & refert J. B. Pittoni (*b*). Quam Alexandri declarationem cum aliis intimavit Inquisitio Limana in suæ jurisdictionis districtu, in quo hæc scribebantur, per edictum occasione jubilæi datum 9. Octobris 1751.

Ad Societatem Jesu quod attinet, jam diu Congregatio Generalis V. Decr. 21. solemniter renuntiaverat omni privilegio, quod habere posset absolvendi hæreticos in ditione Hispanæ Inquisitionis. Quæ renuntiatio etiam habetur notificata in compendio Communi, & confirmata erat pontificio decreto. Eadem facultas absolvendi à reservatis in Bulla Cœnæ concedi solet per decennia Episcopis, per vicennia Indiarum missionariis, de quibus infra anno 1725. 22. Febr., & 1729. 12. Dec.

(IV) *Lege divina non prohibitis.* Dubium est, an in gradibus lege divina non prohibitis comprehendatur primus consanguinitatis lineæ transversæ; ita ut frater & soror in infidelitate conjugati separandi sint dum convertuntur, & privandi hujus privilegii favore.

§. I.

Supponuntur aliqua.

Suppono 1., in Vetere Testamento (Lev. 18.) esse lege divina vetitum contrahere matrimonium parentibus cum filiis, filiis cum uxore patris

(a) *B. XIV. lib. 6. De Syn. D. c. 5. n. 2.* (b) *Pitt. CC. ad Confes. 23. Mai. 1656.*

Digitized by Google

patris, fratribus cum sorore sive ex patre sive ex matre solùm, sive ex utroque; avis cum neptè, sobrino cum amita vel cum uxore patrui, socero cum nuru, fratri cum uxore fratris, marito cum filia uxoris vel nepte. De lege tamen vetere nihil obligat modo, nisi quod simul est de lege naturali & ad mores pertinet. Et quod non omnes contractus matrimoniales in lege vetere prohibiti ita etiam modò prohibiti sint, ut nulla dispensatione sint honestabiles, usu ecclesiæ constat, quæ aliquando dispensavit, ut frater uxorem duceret fratris, nempe demortui. In lege nova nihil est de divina lege, ut à civili & ecclesiastica differt, nisi quod Christus Dominus Deus-Homo præcepit: in quo nihil extat, unde matrimonium contractum à fratre & sorore infidelibus debeat post baptismum dissolvi. Restat ergo dubium an sit vetitum lege divina naturali.

Suppono 2., ex iis, quæ lege naturali prohibentur, aliqua etiam irritari. Quænam verò sint hæc difficilè explicatur. P. Martinon (*a*) inquit, tunc irritari hac lege aliquem actum, quando ex natura rei ad illum deficit potestas vel potestatis usus. Unde donatio rei alienæ & prohibita, & irrita, & ex natura rei nulla est, quia deficit in donante potestas moralis donandi, nempe dominium. Venditio fraudulenta pariter est prohibita & nulla, quia licèt non desit in contrahentibus potestas, deficit voluntas quæ est potestatis ad usum applicatio. Similiter irritatur & prohibetur matrimonium secundum vivente conjuge primo, quia per illum res jam aliena traderetur: & matrimonium cum errore substantiali, quia deficeret voluntas, seu voluntarii ratio. P. Suarez (*b*) irritari etiam docet actum, quando indecentia, propter quam lege naturali prohibetur, durat in jam facto. Sed displicet aliis, nam indecentia propter quam voto castitatis obligatus lege naturali prohibetur à contrahendo matrimonio, eadem videtur perseverare in jam contracto, quin contractus sit à natura irritus.

Suppono 3., quod aliqua jure naturæ prohibentur fundamentaliter, alia etiam formaliter; vel ut inquit P. Sanchez (*c*), alia primariò, alia secundariò. Formaliter prohibentur quæ omni casu redduntur illicita: fundamentaliter aut radicaliter quæ tunc solum quando ratione aliqua non cohonestantur. Aliter: ea formaliter aut primario prohibentur, quæ absque prohibitione alia vel requisito sunt jure naturali illicita; fundamentaliter quæ per jus aliquod positivum prohibentur ob causam aliquam vel indecentiam ex natura rei desumptam, quæ tamen ob concursum rationis alterius vel causæ cohonestari possunt vel permitti. Ex. gr. Matrimonium inter consanguineos in quinto gradu lege naturali seu ratione desumpta ex natura rei, scilicet ex unitate morali consanguineorum, sive ex unione sanguinis, prohibetur fundamentaliter, nam ea ratione quæ modò etiam permanet, fuit olim prohibitum jure positivo. Sed modò à natura sic prohibetur, ut non sit simpliciter illicitum.

Di-

(a) *Martinon, D. 25. De Leg. s. 2. n. 22.* (b) *Suar. lib. 2. De Leg. cap. 12. n. 5.*
(c) *Sanch. lib. 7. de Matrim. D. 52. n. 7.*

Digitized by Google

Dices: ergo modò non eſt licitum matrimonium in quinto gradu; niſi dum adſit in oppoſitum ratio qua cohoneſtetur. Concedo conſequentiam; ſed hæc ratio non debet eſſe peculiaris contrahentium, ſed ea communis ſufficit, quæ movit Eccleſiam, ut quintum gradum à prohibitione ſecluderet. Aliud exemplum ſit matrimonium patrui cum ſobrina ſeu nepte filia fratris, quod juxta D. Ambroſium Epiſt. 66. ad Paternum, ut refert Sanchez loc. cit., eſt jure naturæ prohibitum, ita tamen ut aliqua ratione poſſit honeſtari, permitti, & diſpenſari, ut recens diſpenſatum eſt, ab Eccleſia ut contraheretur à Seren. Principe Portugalliæ D. Petro.

Suppono 4., matrimonium fratris cum ſorore eſſe fundamentaliter ſaltem vetitum naturæ lege, ſicut juxta D. Ambroſium matrimonium patrui cum ſobrina, eoque ſtrictius quo major eſt ſanguinis conjunctio. An verò ſit etiam formaliter prohibitum & irritum, ita ut quacumque ratione interveniente ſeparandum ſit, dubium eſt in quo multi negant, plures affirmant, quos vide apud Authores paſſim, nominatim apud Sanchez, loc. cit., apud Dianam (*a*), & Avendaño (*b*), qui ſententiæ negativæ majorem, ut opinor, probabilitatem vindicat à cenſura Ill. Araujo (*c*).

Ill. Villarroel Chilenſis Epiſcopus ait (*d*): *Si ſe* convirtieſſe à la fe un pagano ſegun ſus lejes caſado con hermana, ſe lo havia de permitir *la Igleſia*. Pro quo citat Abulenſem, qui eam ſententiam ſuccinctè probat (*e*). Thomas Sanchez, quamvis ex ſententia quam probabiliorem putat, judicet eſſe ſeparandum, ex negativæ probabilitate ſubdit, ſanum eſſe conſilium, ut in eo matrimonio relinquantur ægreferentes ſeparationem. Ut ſic facilius & ſuavius adducantur ad Fidem. Ex rationibus & fundamentis utrinque collatis vide tu, utra ſententia probabilior ſit.

§. II.

Sententiæ negativæ probationes.

PRobatur authoritate D. Thomæ (*f*) dicentis. *In commixtione* conjunctarum perſonarum aliquid eſt quod eſt ſecundum ſe indecens & repugnans naturali rationi, ſicut quod commixtio fiat inter parentes & filios, quorum eſt per ſe & immediata cognatio . . . Aliæ verò perſonæ, quæ non conjunguntur ſecundum ſe ipſas, ſed per ordinem ad parentes non habent ex ſe ipſis indecentiam, ſed variatur ſecundum hoc decentia vel indecentia ſecundum conſuetudinem, vel legem humanam vel *divinam*. Id ipſum confirmat dum ait (*g*): *De lege* naturali eſt quod pater

(a) *Diana Coörd. tom. 3. tr. 1. R. 84. Ex P. 8. tr. 1. R. 70.*
(b) *Avend. Tit. 12. Theſ. Ind. n. 379. Et P. 1. Auctar. Sect. 4.*
(c) *Araujo, D. 11. De Stat. civ. q. 2.*
(d) *Villarr. Gob. Eccl. tom. 2. q. 16. art. 2, n. 34.*
(e) *Abulenſ. Quæſt. 176. in 1. Reg. 8.*
(f) *D. Th. 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3.*
(g) *D. Th. in 4. d. 40. q. un. art. 3. C.*

Digitized by Google

ter & mater à matrimonio repellantur . . . Secundum leges humanas & ſtatuta Eccleſiæ plures conſanguinitatis gradus à matrimonio ſunt *ſeparati*.

Doctor Seraphicus (*a*): *In lege*, inquit, naturæ duæ perſonæ excipiebantur, ſcilicet pater & mater . . . Proceſſu temporis in lege fuerunt proles *exceptæ*. Nec te moveat quod in concluſione ibidem inquit, lege naturæ dirimere cognationem in primo gradu; nam loquitur ſecundum morem aliquorum, de quibus Magiſter Sententiarum in littera ibi: *Alii* patrem in primo gradu, filios in ſecundo *ponunt*. Igitur naturæ lex tantum irritat matrimonium prolis, & tantum prohibet, cum patre vel matre.

Accedit primo, quod in mundi exordio fratres ſorores ducebant, nec de diſpenſatione, vel diſpenſationis neceſſitate ſatis conſtat. Et alienum videtur à divina providentia, ut notavit loc. cit. Abulenſis, ſic rerum naturam diſponere, ut ſtatim à principio eſſet neceſſaria diſpenſatio, & ſtatuti ordinis vulneratio, cum poſſet plura hominum paria creare.

Accedit ſecundo authoritas Concilii Aurelianenſis III. anni 1538. (*b*): *His* qui denuò ad baptiſmum veniunt . . . ita pro novitate converſionis ac fidei ſuæ credimus conſulendum, ut contracta hucuſque conjugia non ſolvantur; ſed in futurum, quod de inceſtis conjunctionibus in anterioribus canonibus ſtatutum eſt *obſervetur*. Ubi reſpectus fit ad can. 61. Concilii Agathenſis anni 506. ſic habentem: *Inceſtis* conjunctionibus nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos verò nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum eſt, hos eſſe cenſemus: Si quis relictam fratris, quæ penè priùs ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit; ſi quis frater germanam uxorem accipiat; ſiquis novercam duxerit; ſiquis conſobrinæ ſe ſociaverit, aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quod ita in præſenti tempore prohibemus, ut ea quæ ſunt hactenus inſtituta, non diſſolvamus. Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii *libertatem*. Quibus conformia ſunt decreta Concilii Epaonenſis anni 517., & referuntur *Can. De inceſtis* 35. q. 2. & 3.

Accedit 3. jus Hiſpanum (*c*) ſine diſtinctione graduum edicens: *Si algunos* ſeiendo moros ò judios caſando ſegun ſu lei ſejendo parientes ò cuñados è deſpues de eſto ſe tornaſſen chriſtianos, non debe ſer desfecho el caſamiento por eſta razon, maguer que ſean parientes ò cuñados faſta el quarto *grado*. Eſto otorgo Santa Egleſia por honra & acrecentamiento *de la fê*. Accedit tandem, quod nulla ratione probabilitatis terminos excedente perſuadetur oppoſitum. Quæ ratio etſi negativa ſua vi conſtat, dum agitur de inducenda obligatione, gravamine, & initi contractus irritatione.

§. III.

(a) *D. Bonav. in 4. d. 40. art. 1. q. 3.* (b) *C. Aurelian. Can. 10.* (c) *Partit. 4. tit. 6. leg. 6.*

Digitized by Google

§. III.

Objectiones.

Objicies 1. ex P. Sanchez Cap. *Gaudemus*, *De divortiis*, ubi Innocentius Tertius decernit ſeparandos non eſſe fideles qui baptizantur, ſi contraxerint in ſecundo, & in ulterioribus conſanguinitatis gradibus. Et Cap. *Litteras*, *De reſt. ſpol.* dicitur, Papam non poſſe diſpenſare in gradibus divina lege prohibitis Lev. 18. Hoc verò ſupponit, eam legem obligare modò, non quà divinam poſitivam, ſed quà naturalem. Et Zacharias C. *Pitacium* 30. q. 3. probat, non licere modò cognatam ſpiritualem ducere ex eo quod à Deo prohibitum ſit cognatam ducere carnalem. Quod ſi hæc prohibitio ceſſavit quatenus divina, nullum eſt argumentum Zachariæ. D. Gregorius *Can. Quædam lex*. 35. q. 3. inquit: *Experimento* didicimus ex tali conjugio (inter fratres & ſorores) prolem non poſſe *ſuccreſcere*.

Objicies 2., quod S. Thomas & Bonaventura (*a*) docent infideles conjunctos in gradibus Lev. 18. prohibitis eſſe ſeparandos. Objic. 3., quod Ariſtoteles (*b*) ſolo ductus naturæ lumine turpiſſimam putat conjunctionem parentum cum filiis, vel horum inter ſe. Et D. Auguſtinus (*c*) ait, ſolum in mundi exordio licuiſſe ex neceſſitate. Et Tertullianus quarundam nationum morem impugnat (*d*) hoc permittentem, ut legi naturæ repugnantem. Objicies 4., quod Abraham ad occultandam uxorem Saram, obtexuit eſſe ſororem, connotans hæc etiam apud barbaros eſſe incompatibilia. 5. Quodſi licet matrimonium inter fratrem & ſororem, finis ſecundarius a natura præfixus matrimonio ſcilicet concupiſcentiæ lenimentum, fruſtraretur; nam potius inflammaretur, cum notum ſit facilius reprimi concupiſcentiam quando impoſſibile cenſetur matrimonium. 6. Quod conjugium inter fratres pugnat cum reverentia & pudore conſanguineis lege naturæ debitis. 7. Quod nunquam in hoc impedimento & gradu diſpenſavit Eccleſia.

Objicies 8., quod Lev. 18., ubi hoc matrimonium prohibetur, ſignificatur fuiſſe abominabile in univerſis gentibus. Ergo non tantum lege divina tunc ad Judæos data, ſed naturali, quæ ſola fuit univerſalis. 9. Quia ratio ob quam ibi prohibetur, eſt turpitudo & indecentia, quæ contra naturam eſt. 10. Quod præceptum illud non eſt cæremoniale, ut patet, neque judiciale, quod ad pacem populi ordinatur, & ut ſua cuique ſalva ſint. Eſt ergo morale, & conſequenter obligans in lege nova. Quæ videtur eſſe S. Auguſtini ſententia reducentis (*e*) præcepta id genus ad decalogum.

Objicies 11. ex Card. de Lugo: minor eſt conjunctio ſoceri cum nuru, quam fratris cum ſorore. Sed illa eſt tanta, ut matrimonium red-

(a) *Bonav. in 4. d. 30. art. 2. q. 4. C. Et D. Th. ibid q. un. a. 3. ad 3.* (b) *Ariſtot. 2. Pol. 2.* (c) *Aug. lib. 15. de Civ. Dei cap. 12. Et lib. 22. contra Fauſt. cap. 35.* (d) *Tertul. cap. 9. Apolog.* (e) *Aug. qq. in Lev. l. 3. q. 53., alias 65.*

reddat vel irritum à natura, vel tam indecens, ut dispensari ad contrahendum non expediat, ut viri doctissimi occurrente casu judicarunt. Ergo.... 12. Quod ut refert P. Acosta (*a*), Concilium Limanum declaravit ex sententia Pauli IV. irrita matrimonia ab Indis ante baptismum contracta cum consanguineis. 13. Quodsi tale matrimonium esset à natura validum, neque posset consilium dari ut dissolveretur, neque separatio fieri, etiamsi uterque vellet conjux. 14. Quòd aliàs liceret etiam patri ducere filiam. 15. Quòd Can. 15. Concilii Arvernensis declaratur, hujusmodi conjunctiones esse contra legem divinam & naturalem.

§. IV.

Solutiones.

Ad 1. Object. resp., Pontificem definivisse quod erat certum in se quamvis interroganti dubium: reliqua disputationi tacendo permisit. Imo ex eo quod separationem in primo gradu conjugatorum non imperavit, dum rogabatur, nec expressit, inferre licet quod comprehendi noluit in decreto, nam si voluisset, expressisset, ex *cap. Ad audientiam, de Decimis*, & ex *cap. Inter. 2. De Transl. Ep.* Similiter decrevit Pontifex cap. *De infidelibus*, *De Consanguin.*, non esse separandos contrahentes juxta instituta veteris legis, quin propterea intelligatur decreta separatio contrahentium contra eam legem.

Replicat Ill. Araujo apud cit. Avendano Pontificis silentium *cap. Gaudemus* esse prohibitionis naturalis declarationem quoad primum gradum, quia juxta Regulam Juris interrogatus de duobus, & unum affirmans atque alterum tacens, quod tacet, negare videtur. Sed respondet Avendaño, Pontificem non fuisse interrogatum de duobus, seu de primo gradu, & de reliquis post primum, sed de iis tantum, nam interrogatio fuit: *Utrùm* pagani uxores accipientes in secundo, tertio, vel ulteriore gradu sibi conjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam insimul remanere vel adinvicem *separari*.

Textus in cap. *Litteras*, quidquid Glossa velit, potest intelligi de divina lege naturali, prout à positiva distinguitur. Nec dicas hosce gradus, si primum excipias transversæ lineæ, non esse plures. Plures enim sunt numero distincti: plures etiam sunt gradus patris ad filiam, & filii ad matrem, in quibus aliqua differentia plusquam numerica solet agnosci, ut minor sit indecentia, patrem cum filia, quam cum matre filium contrahere. Distingui etiam potest consanguinitas cum illegitimè natis, quæ etiam dirimit naturæ lege divina. Glossatoris sententiam, cujus est Levitici citationis additum, non curo Concilio Tridentino contradicente (*b*): *Si quis* dixerit.... nec posse Ecclesiam in nonnullis (gradibus, qui in Levitico exprimuntur) dispensare; *anathema sit*. Zacharias Papa recte

(a) *Acosta, De Nat. N. O., & de Proc. Ind. sal. lib. 6. c. 22.* (b) *Trid. sess. 24. can. 3.*

Digitized by Google

recte adhibuit exemplum prohibitionis in Levitico factæ, quamvis jam expirasset, respiciens tempus quo vigebat, & inde petens paritatem & normam prohibitionis ecclesiasticæ.

Divi Gregorii experimentum esse oportuit de aliquibus christianis, quos Deus punire voluit ob contemptum legis ecclesiasticæ. Non enim ait, sobolem tempore romanæ legis succrescere non potuisse, sed non posse; quod ad tempus ipsius Gregorii referri debet. Certe præter Romanos, Assyrios, Parthos, Medos, & Indos Asiaticos, teste Hieronymo (*a*); Nomades teste Chrisostomo; Mexicanos & Peruanos teste Avendaño loc. cit.; Scotos, & Hibernos apud Reding (*b*), constat contrahere solitos ejusmodi matrimonia, vel illis incestuosiora, utpotè parentum cum filiis. De Atheniensibus hæc habet Cornelius Nepos: *Neque* enim Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto; at id quidem nostris moribus nefas *habetur* (*c*). Constat etiam Guaranios in Paraguaria contrahere solitos cum sororibus, ut habet Casnedi (*d*).

Et inter Peruanos de Inguis scribit Herrera (*e*): *Era* lei entre estos poderosos reies, que el Inga tuviesse por muger à su hermana, porque caso que fuesse adultera, no faltasse la sangre real por ninguna *via*. De Mexicanis scribit Torquemada (*f*): *Padre* con hija...... Hermano con hermana. Todos estos grados eran illicitos y dirimian el *matrimonio*. Quod non opponitur testimonio P. Avendaño, de quo nuper, juxta quod Mexicanorum mos erat incestuosè contrahere, erant enim intra Imperii fines gentes plures moribus dispares, nominatim ea, quæ regionem post ea de Vera-pace nuncupatam incolebat, de qua idem Torquemada loquitur: *Los de Vera paz* era fuerza que casassen hermanos con *hermanas*. Nec tamen in tot gentibus incestuosis non succrescebat soboles.

Mitto quod D. Gregorius eodem modo loquitur de conjugatis in primo & in secundo gradu, quem etiam expresè nominat ibi. *Quædam* lex... permittit ut sive frater & soror, sive duorum germanorum filius & *filia*, &c.; cum omnium sententia constet, secundum gradum esse tantum juris ecclesiastici, dispensabilis ab Ecclesia, & in quo experientia est sobolem succrescere. Mitto etiam quod Gregorius loquitur de conjugio jam fidelium, ut patet ex tenore interrogationis ad ipsum factæ. Nempe quæsierat Augustinus Angliæ Episcopus & Apostolus apud Joannem Diaconum in *Vita Gregorii* (*g*), unde lex illa ecclesiastica deducta est: *Usque* ad quotam generationem fideles debeant copulari. Ad quod dispensativè respondit: Necesse est ut in tertià, vel quarta.... nam in secunda omnino se debent *abstinere*.

Ad 2. Object. In locis citatis nihil simile habent D. Thomas & Bonaventura: & quæ vera sit eorum mens, constat ex probationibus. Ad

(a) *Hieron. apud Sanchez l. 7. d. 51.*
(b) *Reding. Tr. de Matrim.*
(c) *C. Nepos Præf. in Vitas Excell. Imper.*
(d) *Casnedi tom. 2. D. 11. num. 216.*
(e) *Herr. D. 5. l. 4. c. 1.*
(f) *Torquem. lib. 13. Monarch. cap. 7.*
(g) *Joannes Diacon. lib. 2. cap. 37.*

Digitized by Google

Ad 3. In conjugio fratrum aliqua est indecentia naturalis, similis etsi inæqualis illi, quæ in conjugio & commixtione consobrinorum est; donec tamen de prohibitione constet, honestabilis est per rationem, per se tamen non inducit prohibitionem legis naturæ, multoque minus nullitatem contractus, licet fundamentum & causa sit sufficiens, ut prohibitio legis positivæ indicatur à potente, ut innuebat D. Thomas in probatione laudatus. Et sicut in exordio mundi ob necessitatem propagandi genus humanum, ita in fine sæculorum ob necessitatem vel causam propagandæ facilius religionis & fidei cohonestari potest.

Sic in conjugio consanguineorum in tertio & quarto gradu aliqua est naturalis indecentia, scilicet revelatio turpitudinis, ut Scriptura loquitur, sanguine junctorum: propter quam indecentiam merito fidelibus interdicitur. Sed per eas rationes honestari potest, propter quas Indis specialiter concessum est, & passim cum non-Indis dispensatur, ut in illis gradibus licitè contrahant. Unde patet ad objectas authoritates: nam barbarorum est sine causa, sine necessitate, sine ratione & modo, consanguineis immisceri.

Ad 4. Non fuisse Abrahami tempore, hoc est, ante legem scriptam incompatibile esse uxorem & sororem, patet ex eod. Genes. cap. V. 12.: *Verè* soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem. Unde deceptio Abimelec, & Pharaonis cap. 12. non ex naturali incompatibilitate, sed quia regulariter illa duo non conveniunt, nec sine causa convenire debent, ortum habuit.

Ad 5.: finis matrimonii secundarius sit lenimentum, non impeditivum, sed satiativum concupiscentiæ: ad quod non conducit matrimonii impossibilitas cogitata. Sed quamvis conduceret, conducentia hæc est respectus valde extrinsecus, ut ex eo dicatur conjugium aliquod legi naturali repugnans. Ad 6. Pugna illa seu repugnantia honestabilis est per rationem seu dispensationem, ut omnes dicere tenentur in matrimonio consobrinorum, in quo verecundi honoris debitum ejusdem generis est cum debito fratrum, quamvis non ejusdem gradus.

Ad 7. Quod Ecclesia nondum dispensaverit, non probat dispensare non posse, ut bene tradit Card. de Lugo (*a*). Ratio non dispensandi esse potest, quam Augustinus docet per hæc verba (*b*): *Factum* licitum propter vicinitatem horret *illiciti*. Quod explicat D. Thomas (*c*), quia si inter eos quos in eadem domo habitare oportet, licitè carnalis copula esse posset, magnum incentivum libidini præstaretur. Et ideo lex divina (*Veteris Testamenti*) non solum patrem & matrem exclusit à matrimonio, sed etiam alias conjunctas personas. Alia ratio esse potest, quam pulcrè prosequitur Augustinus, ut reipublicæ christianæ membra seu familiæ pluribus inter se nectantur consanguinitatis & affinitatis vinculis: quod minus succederet si eadem esset & mater & socrus. Et retorquetur obje-

(a) *C. de Lug. Resp. Mor.* (b) *Aug. l. 15. De Civ. Dei cap. 16.* (c) *D. Th. in 4. d. 40. qu. un. art. 4.*

Digitized by Google

objectio contra P. Sanchez ejus authorem: Ecclesia nondum dispensavit ut socer ducat nurum. Sed hoc non probat potestatis defectum. Ergo... Majorem admittit P. Sanchez (*a*), & Minorem, dum pro causa perpetuò negatæ dispensationis assignat magnam talis conjugii indecentiam, quando non præponderat alia ratio. Quod etiam in nostro casu locum habere potest.

Ad 8. Tale conjugium abominabile est apud gentes, tum occasionaliter juxta nuper dicta ex D. Thoma, tum etiam dum nulla ratione contrahitur, vel dum contrahitur contra prohibitionem aut consuetudinem, si quam habent in suis gentiles legibus. Universalitas in Sacris litteris sæpè accipitur respective ad gentes Judæis circumvicinas, eas præsertim quibus cum populo Dei res erat, ut expositoribus notum est, & patet Luc. 2. 1., ubi orbis universitas simili restrictione intelligenda est. Ad 9. Constat ex dictis.

Ad 10. Præceptum erat judiciale ad pacem & unionem populi faciens, & nuper ajebat Augustinus. Præcepta verò ejusmodi commodè referuntur, quandiu vigent, ad Decalogum, sicut præcepta ceremonialia reduci possunt ad tertium, vel etiam ad primum Decalogi.

Ad 11. De majore dubitare quis posset propter authoritatem Augustini (*b*): *Si vir* & uxor, sicut Dominus dicit, non jam duo, sed una caro est, non aliter nurus est deputanda quam *filia*. Hoc autem potest intelligi quoad effectum dirimendi matrimonium, quandiu vixerit uxor soceri, aut maritus nurûs. De cætero nexus affinitatis, qualis est hic, minor est quam consanguinitatis. Et de infidelibus sunt plures Americani; quibus nulla de nexu affinitatis habetur ratio, ut de Abiponibus in Paraquaria testatur P. Josephus Brignel antiquus illorum missionarius.

Unde concessa maj. nego min. quoad 1. p. Quoad 2. concedo, non expedire, ut dispensetur propter rationes videndas apud Card. de Lugo ibid. Sed nihil obstat ut negativè dispensetur cum infidelibus, qui baptizantur, seu permitti, ut in eo matrimonio priùs inito perseverent, dum est incommoda, difficilis, & neophitis ægre ferenda separatio.

De positiva dispensatione inter fideles fuit per Hispaniam fama, Benedictum XIII. aliquando dispensasse. De qua fama testis est Episcopus pro tempore Paraquariensis litteris datis 15. Sept. 1763. ubi inquit: *En quanto* à los escandalos major escandalo es solicitar tales dispensas... y pudieramos con esto dispensar entre hermanos emancebados en la opinion de ser dispensable este grado, como lo practicó Benedicto XIII. segun se refirio *en España*. Quo loquendi modo de rumoris veritate per Hispaniam vulgati parum fidere videtur Prælatus hic: neque ego fido magis.

Ad 12. In multis venit rectificandus Cardinalis de Lugo objectionis author. Verba P. Acostæ sunt: *Quapropter* in Concilio Provinciali ex sen-

(a) *Sanch. lib. 2. De Matrim. d. 66. n. 9.* (b) *Aug. lib. 22. contra Faustum, rel. in Can. 15. 35. q. 2. & 3.*

sententia Pauli IV. Pontificis omnia isthæc matrimonia (cum sorore, noverca, matre, filia, nepte, aut avia) infidelium cum christiani fiunt, irrita fieri *decretum est*. Ubi nota 1., Paulum IV. non dici declarasse irrita, sed irrita fieri decrevisse, aut ex ejus sententia decretum esse: quod potiùs supponit, ante decretum fuisse rata. Saltem dat locum, ut aliqua ante decretum & sententiam rata fuisse dicantur, vel an fuerint ex aliquo antecedente jure examinetur.

2. Acostam citare ad marginem Const. 38. Concilii Provincialis: Unde Concilium, de quo loquitur, nequit esse Tertium Limanum, quod est Primum Sancti Thuribii à Sede Apostolica approbatum, cui Acosta ipse consultor interfuit, quod ipse digessit & latinitate donavit, quod Romam portavit approbandum, quodque redux in Hispaniam originale reliquit in Collegio Regali Salmaticensi Soc. Jesu. Hoc inquam nequit esse Concilium, de quo loquitur Acosta: distinguitur enim in Actiones & capita, non in Constitutiones, quarum 38. citatur ab Acosta. Præterquam quod opus *De Procuranda Indorum salute*, ubi hæc habentur, scripsit ante hujus Concilii celebrationem. Nec videtur Concilium fuisse Secundum, quod in sessiones & capita dividitur, sic enim citatur in Tertio. Fuit ergo Primum. At hoc, quamvis Conciliis Provincialibus Limæ primo loco annumeretur, caret authoritate, ut declaratum est in Tertio, ubi dicitur (*a*): *Quæcumque* in Prima Limensi Congregatione anni 1552. acta decretaque sunt, quia in his & legitima authoritas desideratur, & pleraque melius postea disposita sunt, nullam de cætero sive in tota provincia, sive in hac diœcesi obligandi vim *habeant*. Celebratum est porrò quale-quale Concilium hoc tribus ante annis quam Paulus IV. sederet Pontifex; nec potuit quidquam ex illius in eo sententiâ definiri.

3. In Concilio Limensi II. cap. 38. (pro quo omissa sessione posita est forte Const. 38., capite in Constitutionem levi errore mutato) nihil habetur de sententia Pauli IV., sed dicitur: *Que el que* siendo infiel estaba casado con su propria madrastra, ò con hermana, ò con alguna en linea recta de parentesco, primero sea apartado que reciba el bautismo, pues por lei natural estan reprobados tales *casamientos*.

Dices, hæc esse verba non Concilii, sed Summarii, in quo potuit omitti Pauli IV. asserta declaratio. Respondeo de hac declaratione solum constare, mihi saltem ex Acostæ testimonio, de quo jam dictum, cum Secundi Concilii exemplar integrum neque Romæ à Card. de Lugo, neque in Regni Peruani regione, in qua hæc scribebantur, à quærentibus haberi potuerit. Sed & timeo, ne de Concilio Limensi II. ante celebrato quam Acostam videret America, sit ejus testimonium infirmum, maxime cum declaratio comprehendere dicatur, non solum matrimonium inter fratres, sed inter affines, ut sunt noverca & privignus. Episcopus quidem Chilensis Villarroel supra cit. qui limano jure tenebatur, pontificiam declarationem ab Acosta memoratam non noverat. Nec Quitensis

(a) C. Lim. Act. 2. cap. 1.

tensis ejusdem provinciæ præsul Montenegro (*a*), neque alius quem sciam.

Benedictus XIV. (*b*) nihilo magis talem apostolicam declarationem novisse videtur, dum ait: *In Synodo* Limana decretum est, ut Indi Peruani qui matrimonium contraxere cum noverca vel nuru, non admittantur ad baptismum, nisi prius conjugium præfatum veluti jure naturæ irritum solvant, uti refert Acosta De Procur. Indor. salute lib. 16. cap. 21. Synodus hæc certum ponit, affinitatem, quæ ex matrimonio causatur, jure naturali dirimere matrimonium in primo gradu lineæ rectæ. Id autem certum non est, cum probatissimi authores doceant, nullam affinitatem, ne eam quidem quæ est in primo gradu lineæ rectæ, dirimere matrimonium jure naturæ, sed jure ecclesiastico tantum: & consequenter super eo impedimento gravissimis urgentibus causis, posse à Summo Pontifice *dispensari*.

Ubi nota 1., quod à Paulo IV. declaratum esse testatur Acosta, carere fundamento; neque enim Pontifex Benedictus haberet pro incerto quod à Sede Apostolica esset declaratum in materia juris naturalis. 2. Incertitudinem à Benedicto attributam limano decreto afficere etiam indispensabilitatem conjugii inter fratres, quantum est ex limana definitione, nam hæc definitio, quæ incertum ponere dicitur, eadem est qua conjugium inter fratres dicitur esse contra naturale jus.

In Concilio Mexicano anni 1585. in quo Limense II. magni habitum est, ut patet ex iteratis ejus allegationibus, idem ferè decretum est (*c*), quin de pontificia declaratione ulla fiat mentio, quam certè non omisisset, cum ibi citetur *cap. fin. de Divortiis* minus ad rem faciens. Verba Concilii Mexicani sunt: *Nefaria* inter fratres & sorores matrimonia omni jure prohibentur. Quare præcipitur, ut infideles hujus provinciæ, qui tempore infidelitatis in hoc gradu erant conjuncti matrimonio, cum primùm baptismum receperint, separentur, matrimoniumque ejusmodi nullum & irritum *decernatur*. Quod decretum, quatenus præceptivum est, non obligat extra provinciam juxta dicenda infra anno 1589. 27. Octobris, Ord. 158. & 159.

Dices iterum: Saltem obligat in reliquis Americæ provinciis Concilium Limense II., cujus sunt similia decreta. Respondeo, obligare quidem juxta decretum Concilii Limensis Tertii dicentis (*d*): *Quæ* verò per Concilium Provinciale (II) constituta sunt, cum omni veneratione suscipiantur, dummodo Concilium ipsum canonicum sit, & canonica statuta contineat, præterquam si quid rerum ac temporis ratione exigente ab hac synodo aliter dispositum *revocatumve sit*. Dispositum verò aliter fuit & confirmatum quod in prima parte cap. cit. 38. habetur, & quod effertur per modum consilii sine formula præceptiva. Dum tamen supprimitur quod in 2. p. cap. habetur de reprobatione juris naturalis, tacitè

(a) *Monten. lib. 3. tr. 9. sect. 12.* (b) *B. XIV. Lib. 7. De Synodo D. cap. 39. pag. mibi* 419. (c) *C. Mexic. lib. 4. tit. 2. §. 5.* (d) *C. Lim. Act. 2. cap. 1.*

Digitized by Google

tè significatur id minus esse verum, vel non tam verum ut pro canone synodali accipiendum sit; vel statuendum, quamvis etiam possit intelligi, ut dictum esto de Concilii Mexicanensis declaratione, conjugium fratrum esse jure naturali reprobatum reprobatione consequente, vel etiam fundamentali explicata supposit. 3. §. 1. Verba concilii Limensis Tertii sunt (*a*): *Conjugia inter* fratres, cum ad baptismi gratiam pervenerint, rata non habeantur, sed quicumque ita reperti fuerint, *separentur*. In quibus nulla praecepti, aut impositæ obligationis, nulla prætensæ declarationis pontificiæ mentio, nihil de matrimonio cum affinibus, sed meri consilii nota, observandi quidem indicta separatione, dum hæc non sit incommoda fidei candidatis.

Ad 3. object. negatur assumptum, nam matrimonium ante baptismum, cum sacramentum non sit, sed merus justitiæ contractus cum mutuo contrahentium onere & obligatione, licet hac ratione sit sine causa indissolubile, non habet tamen omnimodam indissolubilitatem, nam pro dominio excellentiæ dissolvi potest cum causa, sicut alii contractus onerosi. Sic Princeps tenetur stare pacto cum vasallis inito, quod tamen cum causa rescindere potest pro dominio excellentiæ, facta quidem compensatione si contractus sit illius capax, vel non facta si sit incapax. Sic bona vassallorum propria sunt jure naturali inauferibilia; cum causa tamen justè possunt à Principe retineri, dum è re publica sit.

Neque hoc tantùm admittitur quando infidelium conjugum alter ad fidem convertitur, altero in infidelitate remanente, sed etiam quando uterque convertitur juxta sententiam Navarri, & P. Sanchez (*b*). Vide infra anno 1571. 2. Aug., & 1585. 25. Jan. privilegia, quibus supponitur & asseritur contractûs matrimonialis infidelium dissolubilitas. Et *cap. Quanto, de Divor.* dicitur: *Et si matrimonium* verum inter infideles existat, non tamen est *ratum*. Et causam dat Glossa ibi: *Quia potest dissolvi*. Si ergo matrimonium infidelium est absolutè dissolubile, potest cum causa præcipi, & consuli ut dissolvatur. Sed potest etiam cum causa manuteneri, & ut manuteneatur, dari consilium.

Ad 14. Est clara disparitas à D. Thoma tradita (*c*): *De lege* naturali est, quod pater & mater à matrimonio repellantur, quia inordinatum est, quod filia patri per matrimonium adjungatur in sociam, quam oportet patri per omnia esse *subjectam*. Quæ ratio apud aliquos tantopere valet, ut putent quamlibet consanguinitatem in linea recta matrimonium dirimere jure naturali, ita ut Adam resurgens nulli posset in mundo matrimonio conjungi; quamvis alii sentiant tantum eo jure dirimere in primo gradu, eo quod avus respectu neptis tantum habeat majoritatem per accidens. Et huic sententiæ tanquam probabiliori adhæret Sanchez (*d*).

Ad 15. Concilium Arvernense loquitur, non de conjugio, sed de copula

(a) *Lim. Act. 2. cap. 8.* (b) *Sanch. l. 2. De Matrim. d. 17. n. 2.* (c) *D. Th. in 4. d. 40. q. un. art. 3. C.* (d) *Sanch. lib. 7. d. 51. n. 29.*

Digitized by Google

copula per vim illata, ut patet ex tenore (*a*): *Si quis* relictam fratris... carnalis conjugii crediderit consortio violandam, & ausu sacrilego authoritatem divinæ legis, ac jura naturæ perruperit, & cui charitatis & pii affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis ac pudicitiæ expugnator vim inferre tentaverit, apostolicæ authoritatis sententia *feriatur*. Loquitur etiam ad fideles, qui à tali conjugio prohibentur jure divino & naturali, sed prohibitionem positivam ecclesiasticam consequente juxta supra dicta.

Tandem nota, inter Pignatelli J. C. consultationes ac decisiones (*b*) extare illam: *Jure* naturali prohibetur primus gradus *consanguinitatis*. Hæc tamen decisio caret nota altioris scribente authoritatis: de qua dum non constat, probabilitatis sphæram non transcendit decisio.

(V) *Ecclesias erigere*. Supra Ord. 22. Adnot. 3. dictum est, quatenus usus hujusmodi concessionum limitatus sit jure indico hispano. Per aliud privilegium Carthusianis in Cisterciensibus concessum possunt superiores ordinum communicantium in grangiis & locis, in quibus non sunt capellæ vel ecclesiæ, aliquas capellas seu oratoria constituere, in quibus missæ & alia divina officia celebrari possint absque alicujus præjudicio, nullius licentia requisita, ex bullis Urbani V. & Alexandri VI. citatis in Compendio Communi Privil. Soc. V. *Oratorium*. Neque privilegiis ejusmodi derogatum esse per Concilium Tridentinum (*c*), ubi dicitur, *Ne* Episcopi patiantur in privatis domibus celebrari, putat cum aliis Quarti (*d*). Sed & post Concilium Tridentinum concessum erat a Gregorio XIII. in Const. *Decet*. 3. Maji 1575., ut in oratoriis & capellis, quæ Societatis Provinciales per se in domibus, & collegiis, aliisque locis, ubi aliqui de Societate residerent, approbassent, & ad divinum cultum deputassent, missæ & alia divina officia, alterius licentia minime requisita, celebrari possent. De visitatione verò ejusmodi capellarum, vide infra anno 1737. 31. Januar.

(VI) *Sine alterius præjudicio*. Sixtus IV. declaravit, per alterius præjudicium significari præjudicium parochiæ, & per hoc non aliud nisi extractionem decimarum & primitiarum, ut refert Joannes de la Cruz apud P. Forti (*e*).

(VII) *Benedicere*. Quandoquidem hæc concessio facta erat pro locis ubi Episcopi non sint, esse poterat tantum ex usu extra limites Episcopatuum, vel intra, dum diu vacaret sedes. Neque ad ejusmodi concessionum usum sufficit quævis absentia physica vel personalis. Sic dum requiritur defectus parochorum, ut Regulares Indici munus obeant parochiale ex Constitutione Pii V., nemo sanæ mentis putat sufficere absentiam localem, aut quemlibet parochi defectum, sed omnes requirunt, ne sit parochia, vel ut sit destituta sacerdote parocho, vel qui pro parocho ex Episcopi commissione parochiam administret. Hinc tempore quo Insulæ Philippinæ Episcopis erant destitutæ,

(a) C. Arvern. apud Hard. t. 2. Concil. col. 1182. (b) Pignat. apud Abbrev. Pascucci, De Dispensatione pag. 138.
(c) Trid. sess. 22. Decr. De cel. Miss.
(d) Quarti, Rubr. P. 3. tit. 10. num. 1. sect. 2.
(e) Forti, Art. 21. De Jud. Conserv. n. 400. pag. 140. Res. 7...

tæ, rectè censuit Joannes de Paz Dominicanus (*a*), potuisse Provinciales calices, aras, reliquamque supellectilem sacram benedicere & consecrare. Idemque docet Murillo (*b*). In Peruvio tamen toto, & in Nova Hispania (idem dic de aliis regionibus, in quibus Episcopi sint), certissimum est, inquit Paz post Villaroel (*c*), ejusmodi privilegia jam expirasse, defectu scilicet conditionis requisitæ, ut Episcopi non sint.

Num verò existat aliunde absoluta concessio, videndum est. Et quidem Urbanus IV. 17. Sept. 1263. per bullam concessit Abbati de Monte Virginis Ordinis S. Benedicti facultatem benedicendi calices & omnia alia ornamenta sacra, ut refert Pittoni (*d*) sub eo die & anno. Priori Generali S. Salvatoris Congregationis potestas sacrandi & benedicendi corporalia, vestes & ea, quæ sacris usibus sunt necessaria, concessa est 2. Apr. 1512. Item 3. Febr. 1514. concessà est à Leone X. Generalibus, Provincialibus, & Fratribus Minoritis, ut paramenta, & ornamenta, & alia quæcumque ad divinum cultum & proprium usum necessaria benedicere possent, cum limitatione tamen ad ea in quibus unctio non intervenit. Clemens VII. 22. 1534. Abbati Montis de Becco Ordinis S. Benedicti concessit, ut corporalia, calices, & alia ornamenta in monasterio, prioratibus, ecclesiis, & locis ab eodem monasterio dependentibus necessaria benediceret. Hæc ante Concilium Tridentinum.

Pius V. 5. Jan. 1567. Præpositis Congregationis de Somasca concessit, ut corporalia, paramenta, & omnia alia per Episcopos benedici solita pro usu ejusdem Congregationis benedicere possent, exceptis iis, in quibus unctio adhibetur. Et cum eadem exceptione Gregorius XIII. 7. Oct. 1575. concessit Generalibus, Provincialibus, Ministris Ordinis SS. Trinitatis licentiam benedicendi quæcumque ornamenta & vasa ecclesiastica. Et Paulus V. concessit 8. Febr. 1605., ut Fratres ejusdem Ordinis pro usu locorum & ministrorum existentium in partibus infidelium benedicant paramenta & ornamenta ecclesiastica, eo tempore dumtaxat quo apud eosdem infideles commorabuntur, nisi ibi quisquam alius reperiatur, qui ex officio illa benedicere valeat.

Sed benè advertitur in Compendio Communi Privil. Soc. (*e*), videndum esse quatenus obstent decreta posteriora S. C. Rituum, quibus prædictæ facultates imminutæ sunt. Nam 24. Aug. 1609. ea Congregatio declaravit (*f*), quod Abbates, & alii Prælati Regulares non possunt benedicere paramenta pro usu ecclesiarum sibi non subjectarum. Et 18. Aug. 1626. idem est declaratum abrogata contraria consuetudine, nisi super hoc obtineatur à Sede Apostolica privilegium, tunc enim etiam calices, & aras, & campanas possunt benedicere, & alia consecrare in quibus sacra intervenit unctio. Hujusmodi autem privilegia non censentur communicata superioribus aliarum Religionum, ubi non militat eadem ratio, ut ex Diana notare placuit Pittonio.

Anno

(a) *Pax, Consult. Class. 2. cas. 1.*
(b) *Murillo Curs. Can. l. 3. n. 355.*
(c) *Villarr. Gob. Eccl. P. 11. q. 6. a. 11. n. 4.*
(d) *Pitt. CC. ad Regul.*
(e) *Compend. Ed. 1705. V.* Benedicere.
(f) *Apud cit. Pittoni eo die & anno.*

Digitized by Google

Anno 1632. 13. Mart. prodiit declaratio, quod Abbates, Priores, & Guardiani, & alii Prælati Regulares etiam Soc. Jesu, habentes privilegia benedicendi vestes sacras, & cœmeteria, & similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in rebus, in quibus sacra unctio non adhibetur, & pro servitio duntaxat ecclesiarum suorum monasteriorum. Cujus declarationis meminit etiam (*a*) Barbosa, estque una de relatis in citato Compendii loco. Præterea 27. Sept. 1659. in Decreto Generali apud Card. Petram (*b*) statuit eadem Congregatio, quod *reliqua* pontificalia.. etiam de licentia ordinariorum exercere non valeant Abbates Episcopo inferiores, putà campanarum benedictiones, calicum, & similium, in quibus sacra adhibetur *unctio*.

Tandem eadem Congregatio 22. Sept. 1703, respondit: Abbatis Fuldensis Vicario Generali non potuit, nec potest delegari, tam benedictio paramentorum, quam consecratio campanarum, & aliarum rerum in quibus unctio sancti chrismatis intervenit, & benedictiones aut consecrationes hactenus à dicto Vicario Generali factæ reiterandæ sunt, quatenus hoc potest fieri sine scandalo, præterquam quoad vasa sacra jam adhibita, ut refert laudatus Card. Petra (*c*).

Et quod non aliud jus obtineat in Indiis, ubi Episcopi sunt, suadent pontificiæ decisiones in judicio contradictorio factæ, tum in causa angelopolitana, tum in alia Sanctæ Fidei *de Bogota*, de quibus infra anno 1622., & 1648., quibus iteratò decretum est, non posse à regularibus vasa sacra consecrari per sacram unctionem etiam pro ecclesiis propriis, nec ornamenta citra unctionem benedici pro alienis. Quod intelligit Reiffenstuel (*d*), dum facultas datur absolutè ad benedicendum, secus si detur specialiter etiam ad benedicendum pro alienis ecclesiis: quale privilegium concessum esse ait *Prioribus* Ordinis S. Hieronymi, & Vicariis in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cujuscumque monasterii ab Innocentio VIII., ut possint benedicere corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta ecclesiastica ad divinum cultum pertinentia, tam sui monasterii, quam etiam *undecumque sint*. Quod privilegium apud eundem referunt Rodriguez, Miranda, & Pellizzarius, nec videtur incommunicabile, saltem respectu Ordinum, quibus eadem ratiò quæ Hieronymitis favet. Et eo fortè nititur illorum praxis, qui pro extraneis benedicere non recusant, de qua testatur Sporer apud Lacroix, & ipse Lacroix (*e*).

Verius est, benedicere posse regulares ornamenta pro ecclesiis earum reductionum, quæ sunt administratione Ordinum propriæ, quanvis etiam sint de Episcoporum jurisdictione, præsertim si reductiones sint ut sunt plures, appendices conventuum in quibus collegialiter vivitur. In Compendio Privil. Soc. (*f*) post relata privilegia quædam benedicendi ornamen-

(a) *Barbos. Summ. Decis. Ap. V.* Abas.
(*b*) *Petra, tom. 3. ad C. 6. Urb. IV. n. 23. pag.* 330.
(c) *Petra, t. 3. ad C. 2. Bened. XI. n. 18.*
(d) *Reiff. in tit. De Consecr. Eccl. R.* 3.
(e) *Lacroix, lib. 3. P. 2. n.* 353.
(f) *Comp. V.* Benedicere *n.* 3. *Ed.* 1757.

Digitized by Google

menta pro alienis, indicitur Provincialibus, & Superioribus ut abstineant ob repetitas S. Congregationis in particularibus factis decisiones, ob decretum generale de quo supra, & quia facto à Casinensibus recursu, & allegato privilegio, respondit: *Donec exhibeant* indultum authenticum ex archivo apostolico desumptum, interim *abstineant*.

(VIII) *Quæcumque statuta, & ordinationes facere*. Ex hac concessione, & regio placito Adnot. I. relato, potuit Societas, dum stetit, ordinare & statuere conducentia quævis ad regulandos mores, etiam œconomicos & civiles neöphitorum in ecclesiis Indiarum illius operâ fundatis, accedente maxime eorundem neöphitorum consensu. Id quod Philippus V. gl. mem. Rex Hispaniæ & Indiarum lata in judicio contradictorio lege ratum habuit per hæc verba (*a*): *No es* mi real animo se haga novedad en el expressado manejo de bienes, sino antes bien que se continue lo practicado hasta ahora desde la primera reduction de estos Indios, con cuio consentimiento, y con tanto beneficio de ellos se han manejado los bienes de comunidad, sirviendo solo los curas doctrineros de directores, mediante cuja direccion se embaraza la mala distribucion y mal-versacion que se experimenta en casi todos los pueblos de Indios de uno y otro *reino*. Y aunque por cedula de 1661. se mandó, que los Padres no exercitassen el cargo de protectores de los Indios, como quiera que esta providencia resultó de haverles sindicado à los Padres haverse introducido en la jurisdicion ecclesiastica y secular, y que impedian con el titulo de protectores la cobranza de los tributos, lo que resulto ser incierto, y justificadose lo contrario por tantos medios, y que solo la proteccion y amparo es para dirigirlos y governarlos en quanto conduce à sus conveniencias espirituales y temporales; Hê tenido por conveniente declararlo assi, y mandar como lo hago, no se altére en cosa alguna el methodo conquese goviernan los pueblos en este *particular*. Ut appareat recentis scribellatoris (*b*) morositas dum missionarios in affectati regni invidiam hoc nomine trahere nititur, quasi homo hominem in bonum dirigere non posset, nisi leges supremorum ritu principum ambitiose ferendo. *Et ille*, inquit D. Thomas (*c*), qui gubernat aliquam familiam, potest facere aliqua præcepta vel statuta, non tamen quæ propriè habeant *rationem legis*. At neque præceptis aut statutis propriè talibus res agebatur cum Indis, sed consilio & directione regebantur à missionariis. = Consilio, non jure senes dominantur: ab annis = Una potestatem facit experientia rerum: = Unaque lex est juris amans sua cuique voluntas. = Consiliis hominum parent, hanc vivere vitam, = Qui docuere (*d*).

OR-

(a) *Cedula Real de 28. de Dec. 1743. Artic.* 4.

(b) *Bern.* 16. *Reino Jes.*

(c) *D. Th.* 12. q. 90. *art.* 3. *ad* 3.

(d) *Vanier, Prædii Rust. lib.* 14. Apes *in fin.*

Digitized by Google

ORDINATIO LXXIX.

PAulus Tertius vivæ vocis oraculo concessit iis, qui confessi & sacra communione refecti ecclesiam S. Annæ limensem visitarent, & aliquid per modum eleemosynæ erogarent, jubilæum: & quod absolvi possent ab omnibus peccatis præter ea quæ in Bulla Cœnæ reservantur. Meminit Ill. Montenegro (*a*). Eodem oraculo conceditur, ut possit pœnitens eligere confessarium, qui die festo S. Annæ & tribus præcedentibus præter dictæ absolutionis beneficium possit illum in omnibus irregularitatibus dispensare, & omnia vota commutare præter ultra marina, castitatis, & religionis. Circa quod inquit loc. cit. Montenegro: *Es grave* privilegio en quanto à la dispensacion de las irregularidades, porque en la generalidad con que habla de todas sin restriccion alguna, se comprenden todas, *Lex* quæ generaliter loquitur, generaliter est intelligenda, ex *lege De pretio*. 8. *ff. De Publician. in rem act.* Pero esta grande potestad es para el fuero de la conciencia, y no para el exterior. En quanto à este indulto se puede dudar si vale hasta estos tiempos. El fundamento de la duda es, que esta fue gracia que hizo el Papa *vivæ vocis oraculo*, y estan ya revocados todos los *vivæ vocis* oraculos por dos Pontifices..... Pero sin embargo tengo por probable que se puede usar deel mientras no se intimare à la parte la revocacion. La razon es, porque no es de menor efficacia el *vivæ vocis* oraculo que el privilegio. Y paraque pierda su fuerza el privilegio, no basta la noticia particular de la revocacion, sino que ha de ser por publicacion ò intimacion judicial hecha à la *parte*. Hucusque Ill. Montenegro, cujus ratio hæc ultima minus vera est, præsertim quando privilegium non est collatum ex oneroso contractu, ut vide apud Castropalao (*b*). Sed ea doctrina non est opus ut privilegium parochiæ & hospitalis limani sit firmum adhuc, si non alia quam proposita sit dubitandi ratio. Ex dictis enim supra Ord. 68. constat, revocationem vivæ vocis oraculorum non afficere ea, quæ sunt concessa sæcularibus, multo minus ea quæ sæcularium ecclesiis & hospitalibus.

ORDINATIO LXXX.
Anno 1550.

UT S. Ignacius communicare posset jubilæum Anni Sancti per se vel per alios de Societate fidelibus in transmarinis regionibus. Constat ex litteris Sancti propria manu subscriptis extantibus ad venerationem in relicto Tyrocinio Neocordubensi S. J., quibus similes proculdubio datæ sunt ad Xaverium Indiæ Præpositum. Illarum tenor est. = IHS. = Ignacius de Loyola Præpositus Societatis Jesu Generalis. = Dilectis in Christo

(a) *Montenegro, lib. 5. Itiner. Paroch. tr. 1. sect. 19.* (b) *Castrop. P. 21. De Privil. §. IV. & V.*

Digitized by Google

sto fratribus Magistro Simoni Rodriguez Præposito ejusdem Societatis in Portugalliæ regno & transmarinis regionibus citra Indiam Serenissimo Portugalliæ Regi subjectis, & aliis Præpositis particularibus, vel aliorum curam gerentibus in regno Congi & India Brasilia nuncupata, & in Africa ab eodem Simone constitutis, salutem in Domino sempiternam. = Cum hoc anno MDL. de ditissimis Domini Nostri Jesu Christi, & Sponsæ ejus Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ thesauris quattuor Ecclesias Romæ invisentibus jubilæi gratia, idest, omnium peccatorum plenissima remissio condonetur, cum eos de nostris, ac reliquos christianos, quibus ad hanc almam urbem tot terræ ac maris tractibus disjunctam venire non permittitur, ab ejusmodi gratia non excludi æquum censeremus, SS. D. N. D. Julio P. III., ut illis absentibus quidem corpore, præsentibus tamen animi devotione eandem gratiam impartiri dignaretur, supplicavimus, & obtinuimus: eam tamen proprio motu conditionem adjecit, ut qui de nostra Societate in prædictis regionibus in vinea Domini laborant, cum omni in ea parte Sedis Apostolicæ authoritate gratiam hanc quibus in Domino videretur, & ea imponendo quæ viderentur dispensarent. Nos igitur te (cujus prudentiæ quæ est in Christo Jesu plurimum confidimus) ad aliorum electionem & eos quos elegeris, & aliis in dictis locis (non sine delectu virtutis) præposueris, ad ejusmodi gratiæ ministrationem designamus, & potestatem è Sede Apostolica habere conferendi jubilæum omnibus sub obedientia nostræ Societatis degentibus, & christianis incolis dictarum regionum ad fidem catholicam conversis, seu advenis, seu quocumque modo ibi agentibus, qui verè confessi ea fecerint, quæ vos eis imponetis, declaramus: Et ut non tantum fideles, sed & prudentes tanti thesauri dispensatores ad Dei gloriam, & animarum salutem vos exhibeatis, hortamur. Dat. Romæ in Ædibus Societatis Jesu Nonis Julii 1550. = Ignatius. =

ORDINATIO LXXXI.
Anno 1551.

CONcessit Julius Tertius Guatemalensi Ecclesiæ S. Jacobi omnes gratias, indulgentias, & jubilæos Ecclesiæ S. Jacobi in Compostella. Author est Ægydius Gonzalez Davila apud P. Murillo (*a*). Quid tamen de hac communicatione usus habeat, pete ab indigenis, audivi enim à viro religioso aliquandiu Guatemalæ commorato, gratiam Anni Sancti Compostellani ibi habere quidem usum, sed periodicis supplicationibus impetrandam per septennia, idest per singulas ferè vices. Et fortè conceditur cum limitationibus, præsertim quia visitandæ ecclesiæ labor & opus minoris ibi est, ubi insueta est peregrinatio.

Anni verò Compostellani gratias, si Guatemalensi Ecclesiæ communes sint, explicatas vide à Castropalao (*b*), qui moralem theologiam diu

(a) *Murillo, lib. 9. Geogr. Hist.* (b) *Castropal. tom. 4. tr. 24. D. unic. P. 12. §. 2.*

diu Compostellæ professus, usum & documenta propè examinare potuit, de quo dicitur illud mirabile, citationes omnes, quas adhibet in Summa, bibisse de fonte. Nempe Alexander Tertius relata in Const. *Regis Æterni* 7. Kal. Jul. 1170. Calixti Secundi concessione, ut omnes verè pœnitentes & confessi ecclesiam S. Jacobi in Compostella visitantes in anno, in quo festum Sancti Apostoli in Dominica venerit, à vigilia Circumcisionis & per integrum illum annum usque ad diem Circuncisionis & per totum diem in fine illius anni, in diebus in quibus magis placuerit visitare, ut omnes indulgentias etiam plenarias, quas visitantes ecclesias Urbis & extra Urbem Romæ anno Jubilæi consequebantur, cum facultate deputandi confessores, qui ad dictam ecclesiam pro consequenda indulgentia ejusmodi confluentes etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolverent: ac in festo S. Jacobi, Translationis Corporis sui, ac Dedicationis ejusdem Ecclesiæ, Ecclesiam prædictam à primis vesperis ad secundas, & per totum diem devotè visitantibus annuatim, ut plenariam indulgentiam perpetuò duraturam consequerentur: Relata, inquam, hac concessione, ad devotionis augmentum prædicta confirmat in perpetuum.

Post quæ Castropalaus plura resolvit. 1. Jubilæum prodesse non tantum peregrinis, sed incolis Apostolicæ Civitatis. 2. Gratiam constare visitatione unica, quin per quindecim aut triginta dies repetenda sit: præsertim cum repetitio in romano jubilæo requisita post compostellani institutionem præscripta sit. Unde nec in compostellano suspenduntur gratiæ aliis concessæ, ut in romano. 3. Posse fideles repetita visitatione sæpiùs intra annum absolutionem à reservatis, & indulgentiam consequi. 4. Absolvi posse à reservatis episcopo. 5. Etiam à reservatis in Bulla Cœnæ; non tamen ab hæresi. 6. Non posse vota commutari virtute hujus concessionis.

Alia sunt privilegia, Ecclesiæ Compostellanæ propria, & Guatemalensi non communicata, quantum ex præsente ordinatione, quia non sunt illa à Summo Pontifice derivata, sed à Regibus, vel à pietate regnicolarum; & Pontifex non communicat nisi quod suum est. Nominatim privilegium vel concessio trium mille passuum *in giro tumbæ* facta æra DCCCLXXIII. (*a*), tribus aliis milliaribus aucta æra DCCCXCII. Privilegium votorum quo *de uno* quoque jugo boum singulæ mensuræ ad modum primitiarum ad victum canonicorum in ecclesia D. Jacobi *commorantium* per Hispaniam persolvuntur. Et privilegium quo *in singulis expeditionibus* de eo quod ex saracenis acquiritur ad mensuram portionis unius militis D. Jacobo *attribuitur* (*b*).

Reservatio voti peregrinationis compostellanæ etiam est privilegium factum Ecclesiæ Apostolicæ; sed Guatemalensi non convenit, tum quia est privilegium cum alicujus gravamine, præsertim si tale votum commutans incurrat excommunicationem, de quo vide Sanchez (*c*). At privilegia cum alicujus gravamine non censentur communicata nisi exprimatur. Tum quia

(a) *Huerta, Annal. de Gall. tom. 2. Aper. d. Escrit. 22. pag. 412.*

(b) *Acta SS. in Vita S. Jac. 25. Jul. §. XI.*

(c) *Sanch. lib. 4. Decal. cap. 40. n. 22.*

quia non est in Ecclesia Guatimalensi qualitas subiecti communicati, sive sepulcrum cujus intuitu privilegium speciale conceditur. Tum etiam quia non est privilegium inductum ex concessione Pontificis, sed ex consuetudine universali Ecclesiæ; ut videre est apud cit. Sanchez. Qua ratione opus erat specialiter exprimi, ut in communicatione concessorum comprehenderetur.

ORDINATIO LXXXII.
Anno 1551. 27. Jun.

FIt episcopalis in Provincia Limana Ecclesia Platensis, aliàs *de los Charcas*, *alias de Chuquisaca*, futura Archiepiscopalis ab anno 1609. Refert P. Emmanuel Rodriguez S. J. in Compend. Hist.

ORDINATIO LXXXIII.
Anno 1552. 22. Oct.

UT Præpositi S. J. inferiores præsertim in locis Indiarum, & aliis remotis partibus à Præposito Generali, vel Provincialibus deputati quascumque gratias, concessiones, facultates, & indulta eis communicata & concessa, quibuslibet aliis de Societate professis de Præpositi Generalis licentia communicare & concedere possent, concessum fuit à Julio Tertio per Constit. *Sacræ Religionis*.

ADNOTATIONES.

Liquidum est, usum facultatum sine superioris licentia, dum hæc requiritur ut hîc, esse illicitum. An verò sit validus, dubitaverit quis. Negat Card. de Lugo (*a*). Idem sentit P. Suarez (*b*) de facultate audiendi confessiones: *Intelligendam esse cum dependentia subditorum à suis prælatis*, non solum quo ad hoc ut propter subordinationem obedientiæ non liceat uti hoc munere contra superioris voluntatem, sed etiam quia substantialis facultas, ut sic dicam, & jurisdictio necessaria per superiorem conferenda sit Ita generaliter declaratum est *a Gregorio XIII.* P. Pellizarius (*c*) non solum putat invalidum usum privilegiorum contra voluntatem superiorum, sed eum etiam qui præter voluntatem sit, quatenus ait, usum privilegiorum non concessorum esse illicitum & invalidum. Et merito, quando quidem communicatio vel licentia superiorum ita requiratur, ut non aliter subditi facultatibus uti possint. Negatio quippe potestatis actum invalidat. P. Castropalao (*d*) de clausulis *non possit*, *non potest* ait, aliquando solam inducere actûs illicitudinem, non valoris defectum, quia verè dicor non posse facere, quod non possum licite. Regulariter

(a) *Lugo, Resp. Mor. l. 4. c. 39. n. 10.*
(b) *Suar. tom. 4. De Rel. tr. 10. lib. 9. c. 2. n. 3.*
(c) *Pellizz. tr. 8 Man. Reg. c. 1. n. 64.*
(d) *Castrop. D. 2. De Leg. P. 17. n. 4.*

Digitized by Google

lariter autem ſemper cenſenda ſunt hæc verba nullitatem inducere. Imò ſi materia legis pendet ab eo qui talem apponit conditionem vel clauſulam, omnes, inquit, conveniunt, tolli potentiam per illa verba, ac proinde poteſtatis defectu devenire actum nullum.

ORDINATIO LXXXIV.
Anno 1553.

CArdinalis Poggius, aliàs Boſſius authoritate apoſtolica, quippe Sedis Apoſtolicæ Nuntius (I), conceſſit Prædicatoribus, Minoribus, & Auguſtinianis (II) facultatem abſolvendi Ordinis candidatos à cenſuris (III), ſi quas incurriſſent in bello indico, vel in alio militantes. Refert Loſſada (*a*). Incipit *Ex injuncto*. Ad eundem annum referunt regulares Mexicani apud Fr. Joannem Baptiſtam privilegium aliud ejuſdem Nuntii fortè in eiſdem litteris contentum, quod ajunt extare Mexici originale apud Franciſcanos, ut nempe iidem religioſi in Nova Hiſpania (IV); poſſint ſuos reſpectivè Fratres diſpenſare in irregularitate (V) etiam contracta ex homicidio voluntario, & ut poſſint vota commutare (VI) quæ ordinarius (VII), ac diſpenſare & abſolvere in omni caſu quo poteſt ordinarius & ſimilia. Item quod poſſit cum definitorio Provincialis duos aut tres in quolibet conventu deſignare, quos ipſe nominat pænitentiarios, qui poſſint ab omnibus peccatis Diœceſano reſervatis (VIII) abſolvere. Forte in eiſdem litteris continentur conceſſiones aliæ ejuſdem Legati, quas ad eundem annum refert Emmanuel Rodriguez Minorita (*b*), ut in India lucrifiat indulgentia plenaria (IX) in diebus S. Dominici, S. Franciſci, & S. Auguſtini, recitando ter *pater* & *ave* in reſpectivis eccleſiis pro fidei exaltatione, omnes etiam indulgentiæ viſitantibus in die 2. Auguſti eccleſiam Portiunculæ conceſſæ (X). Conceſſit item omnibus hoſpitalibus in Nova Hiſpania indulgentias omnes conceſſas Mexicano, vulgò *del Marques*. Et miniſtris Indorum ſemel in vita, & in articulo mortis indulgentiam plenariam, & quoties quis miniſtrat ſacramenta Indis, vel prædicat gratis ſeptem annos & ſeptem quadragenas remiſſionis. Ad eundem annum refert Ill. Montenegr. (*c*), quod ſupra retulit Fr. Joannes Baptiſta, nulla facta mentione Card. Poggii, ſed quaſi à Julio Tertio conceſſum.

ADNOTATIONES.

(I) *Nuntius*. Solorzanus circa medium ſæculi proximè elapſi ajebat (*d*): *Haſta* ahora no ſe ha permitido que ſu juriſdicion (la del Nuncio, que reſide en la Corte de Madrid) ſe eſtienda, ni exerza en las Indias, como lo dice una cedula dada en Valladolid à 3. de Majo de 1605., y otra dada en Madrid à 10. de Diciembre de 1607. Verum accedente Senatus

(a) *Loſſada, Chronol. Privil. Ind.*
(b) *Rodrig. qq. Reg. tom. 2. q. 97. art. 1.*
(c) *Monten. lib. 5. Itin. Par. tr. 1. ſ. 11. n. 1.*
(d) *Solorz. lib. 4. Polit. cap. 23.*

natus Indici permissione, litteras Nuntiorum per Indias obtinere, supponi videtur in Jure Indico (*a*) ubi dicitur: *Que* los Arzobispos y obispos hagan que se recojan los breves ... de los Nuncios Apostolicos . . . no haviendo passado pornuestro Consejo de las *Indias*. III. Villarroel (*b*) inquit: *Aunque* es verdad que los mandatos de los Señores Nuncios no corren en las Indias por especial concordia entre el Summo Pontifice y Su Magestad, recibi su bula (para tomar compañero de la Orden), porque no se executo en las Indias, sino en *España*. Et non alia fortè ratione nititur indulgentiarum concessio per Nuntium aliquando facta recitantibus coram sacris iconibus ad Americam advectis ex Hispania.

(II) *Prædicatoribus*, *Minoritis*, & *Augustinianis*. Cunctis videlicet ordinibus, qui sedem per id tempus habebant in Nova Hispania, nempe Minorum ingresso 1524. Prædicatorum anno 1526., & S. Augustini 1533., nam reliqui diu post ingressi ut sedem figerent. De ingressis post præsentis concessionis epocham dubitaverit quis, an participent privilegia prioribus concessa. Sed dubium est idem, atque resolvendum mox Adnot. IV., Utrum privilegia Novæ Hispaniæ regularibus concessa faveant Peruanis: nam perinde est extendi à tempore ad tempus atque de loco ad locum.

(III) *A censuris*. Quas incurrat censuras ab irregularitate distinctas, vel incurrere potuerit in bello indico miles, ut opus fuerit authoritate Legati ad absolvendum non capio; nisi fortè excommunicationem ex clerici, vel monachi percussione, de qua docet Castropalaus, quod *à quacumque* percussione absolvere potest, tam in foro conscientiæ, quam externo, præter Summum Pontificem Legatus à latere juxta *Cap. Ad eminentiam*, *De Sent. excomm.*, tam eos qui sunt de provincia ad quam destinatur Legatus, quam quosvis alios ad ipsum concurrentes à die quo Curia Romana egreditur usque ad diem quo ipsam regrediens ingreditur, uti ex communi docet Glossa, & Panormitanus in Cap. *Excommunicati*, *De off. Legati*. Verum Legatus Nuntius qui à latere non est, absolvere potest eos qui sunt de suæ provincia legationis, & dum in ea provincia existit, & *non alios*.

In bello Peruano, quod paucis ante annis gesserant Hispani contra Hispanos, refert Franciscus Lopez de Gomara ejus temporis author (*c*), militasse cum Lic. Gasca Episcopos, clericos, & monachos. Quodsi verum est, potuit à militibus, quorum multi deinceps ad Novam Hispaniam transierunt, dictæ Excommunicationis incurri pœna, vel illius timor authoritate Legati sanandus, vel absolutione ejus nomine impensa. De cætero excommunicatio lata ab Alexandro VI. adversus navigantes in Americam, mercium aut belli causa, sine licentia Regis, quamvis tunc esset in viridi, non erat reservata, & excommunicatio lata à Nicolao V. adversus navigantes per mare lusitanicæ demarcationis, si deinceps fuerit extensa

(a) *Lib. 1. tit. 7. l. 55. Recop. Ind.* (b) *Villarroel, q. 2. art. 5. num. 14.* (c) *Gomara, Hist. de las Ind. c. 185.*

Digitized by Google

tensa adversus navigantes per mare Hispanicum, satisfacta parte nec erat reservata; non satisfactâ, voluit Pontifex, ut nec apostolica authoritate solveretur.

(IV) *In Novo Hispania*. Ill. Montenegro (*a*), post quam hoc privilegium retulit verbis totidem, ut à Julio P. III. concessum, addit: *La major* difficultad está en saber, si este privilegio concedido à los religiosos de Nueva España se comunica tambien à los del Peru y otras partes, paraque en virtud deel puedan los prelados de las religiones, y los que tuvieren susveces, absolver de irregularidades, aunque sean *ex homicidio voluntario*. La duda se funda en que los privilegios concedidos à un lugar, ò personas deel nomas, no se comunican, ni passan à otras ciudades ni religiosos de ellas, como declaró Leon X., sino solos los privilegios generales, que se conceden à toda la religion .... Difficultad es esta que toco, y resolvio Miranda. Y despues de haver puesto por la parte negativa la declaracion de Leon X., dice que por la comunicacion de privilegios se entienden todos los que se han comunicado, no solo à la religion en comun, sino tambien los que se han comunicado à qualquier convento *en particular*. Mirandæ resolutioni subscribit Rodericius (*b*) ex concessione Pii IV. Hieronymitis facta, qua privilegia unius ad omnia Ordinis monasteria extenduntur. Viderit quisque quid sibi communicatum sit; alia est enim communicatio fundata in concessionibus cuique Ordini factis; alia quæ per extensionem privilegii de loco ad locum, de tempore ad tempus fit, & sine ullo fundamento asseritur. Vide Ord. 154.

(V) *In irregularitate contracta ex homicidio voluntario*. Refert Vera Cruz in Compendio M. S. (*c*), quod hac facultate usi sunt in Indiis occidentalibus Fratres Ord. Præd. in primo Capitulo Provinciali celebrato Guatimalæ anno 1553., sive id factum sit ex præsenti privilegio, sive ex alio simili à Martino V. concesso Benedictinis Vallisoletanis, ut significare videtur Rodericius loc. cit., cujus tenor est: *Quod* Prior monasterii S. Benedicti Vallisoleti in foro conscientiæ possit absolvere monachos ab omni excommunicationis sententia, etiamsi talis esset quam Summus Pontifex sibi reservare consuevit. Et cum eis super omni irregularitate etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reservat (in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) valeat dispensare. Dum tamen aliquid horum trium non sit notorium. Et hoc propter *scandalum*.

Neque obstat huic privilegio, inquit Rodericius, quod Sixtus IV. & Concilium Tridentinum (*d*), dum plura concedunt circa irregularitatem, excipiant contractam ex homicidio voluntario; intelligenda est namque exceptio respectu ad concessiones, quæ ibi fiunt, non de factis per privilegia aliàs habita, quæ Concilium non abrogat.

Ejusdem privilegii mentio fit in Compendio Privil. Soc. Edit. anni

---

(a) *Monten. lib. 5. tr. 1. Sect. 11.*
(b) *Roderic. qq. Reg. q. 55. a. 18.*
(c) *Veracr. apud Roder. tom. 1. qq. R. q. 24. art* 12.
(d) *Trid. sess. 24. cap. 6. De Ref.*

Digitized by Google

ni 1705. (*a*), ubi dicitur esse oraculum authenticatum; sed non dicitur an sit authenticatum subscriptione officialis Apostolici ad illius incolumitatem requisita ex Decreto Urbani VIII., de quo supra Ord. 68. Usus sum citata Compendii Editione anni 1705. Sed in postrema anni 1757. plura de privilegiis mutata sunt, *expunctis oraculis revocatis*, ut in Præfatione habetur. Et interea expunctum est quod in præcedente editione ex Martini V. concessione relatum erat.

(VI) *Vota commutare quæ Ordinarius*. Ordinarius autem potest commutare omnia præter quinque reservata Pontifici à Jure: quibus adde vota etsi simplicia in aliqua religione fieri solita, & quæ ad religionis votum reducuntur (*b*). Idem erat à Paulo Tertio Societati concessum in Const. *Cum inter*. 3. Jun. 1545. Quod ad vota jurata sine tertii præjudicio extenderat Gregorius XIII. in Const. *Decet*. 3. Maii 1575.

(VII) *Ac dispensare & absolvere in omni casu quo Ordinarius*. Episcopus dispensare potest ex Tridentino in omni irregularitate & suspensione ex delicto occulto proveniente (*c*), excepta quæ oritur ex homicidio voluntario, & aliis deductis ad forum contentiosum, & absolvere in diæcesi sua sibi subditos in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis. Quam facultatem negat præter alios P. Suarez (*d*) prodesse prælatis episcopo inferioribus ex quadam Cardinalium declaratione his verbis concepta: *In hoc decreto* (Trid. cap. 6. s. 24.) non comprehenduntur inferiores habentes jurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem, sed tantùm episcopi privativè ad omnes *alios*. Quæ declaratio, inquit Suarez, non potest fundari in aliqua speciali ratione, aut locutione illius textus, sed in generali doctrina, & ideo ad omnes casus similes extenditur. Probabilius putat Sanchez (*e*) esse, eam facultatem competere etiam prælatis inferioribus; causaturque non constare authenticè de allegata declaratione.

Quidquid de hac opinione sit, pro certo habet Diana (*f*), prædictam Tridentini facultatem competere prælatis regularibus etiam conventualibus ex Bulla Pii V., cujus tenor apud Emmanuelem Rodriguez est (*g*): *Exponi* Nobis nuper fecit Prior Provincialis Provinciæ Hispaniæ FF. Prædicatorum . . . Et insuper quia S. Concilium Tridentinum concessit episcopis, ut absolvere possint in foro animæ seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. cap. 6. habetur; ne Prior Provincialis & superiores prælati dicti Ordinis, tam in dicta provincia, quam extra eam ubilibet in hac parte deterioris conditionis, quam clerici aut sæculares existant, eisdem Priori & superioribus prælatis, ut idem omnino possint in fratres sibi subditos quoad absolvendi & dispensandi hujusmodi, quam alias quascumque facultates, perpetuò *concedimus*

(a) *Tom. 1. Inst. V.* Dispensatio, §. 4.
(b) *Vide Pellizz. tr. X. Man. Reg. cap. 3. n. 165.*
(c) *Trid. s. 24. cap. 6.*
(d) *Suar. to. 4. De Relig. lib. 2. tr. 8. cap. 12. n. 8.*
(e) *Sanchez lib. 8. de Matr. d. 2. n. 12.*
(f) *Diana, coord. tom. 7. tr. 1. R. 91. ex P. 7. tr. 2. R. 5.*
(g) *Rodrig. tom. 1. qq. Reg. q. 61. a. 9.*

Digitized by Google

mus. Ubi noto, independenter ab hoc piano privilegio deteriores fore conditionis fratres quam clericos, quippe carentes facultate, quam habent hi ex Tridentino. Igitur facultas Tridentini secundum se non extenditur ad fratres. Sed potest dici deterioris fore conditionis independenter à privilegio, quia facultatem habent ex Tridentino opinionibus involutam, cum ex privilegio certa reddatur. Sed videndum quatenus obstet privilegio huic Constitutio Gregorii XIII. plures Pii V. Constitutiones reducentis ad terminos juris. Vide Ord. 185. Adnot. 2.

Facultas episcopis à Tridentino concessa respiciebat sine dubio primùm casus Bullæ Cœnæ, cum in eodem decreto nominetur etiam hæresis. Sed quantum ad hos casus inhibiti sunt per posteriorem Bullæ Cœnæ promulgationem, ut S. Congregatio apud Card. Petra (*a*) respondit: & non extenditur ad casus post Tridentinum à Summo Pontifice per novam legem reservatos, ut approbante Gregorio XIII. eadem Congregatio respondit apud Gallemart in cit. Tridentini loc. Consequenter si qua facultas regularibus competit ratione ejus decreti, pariter revocata, vel reformata censeri debet, quamvis facultates missionariis Indiarum concessæ ea revocatione immunes sint, ex Declaratione Clementis VIII. de qua suo loco.

Sed notandum è regione, multa posse episcopos Indiarum jure communi negata propter difficultatem adeundi Pontificem. Quæ est sententia communis apud Sanchez (*b*). Et Ludovicus Lopez apud ipsum negans, fatetur, Episcopum in remotissimis Indiæ partibus posse in voto castitatis dispensare ex gravi incontinentiæ periculo.

Eadem ratione & doctorum authoritate P. Acosta, ut ipse narrat (*c*), persuasit Archiepiscopo Limano, ut dispensaret in secundo gradu ex occulta fornicatione. Sed hoc aliis persuaderi non potuit, saltem ad dispensandum pro foro externo. De quorum numero fuit Paraguajensis olim Episcopus, ut ipse testatur litteris datis 15. Sept. 1763., in quibus ait: *Aqui* me han pedido *pro foro externo* dispensa en segundo grado, porque el Señor Palos las concedia. Hélo negado. El Señor Palos tenia especial privilegio, que obtuvo mediante aviso que le dio el Rei Phelipe V. para su solicitud, offreciendole su real mediacion, como la havia interpuesto para los Obispos de Caracas, Puerto Rico, y Puebla de los Angeles, à quienes se les concedio esta facultad por veinte años, como yo lo hê solicitado: convenciendo esto mismo que sin ella no podemos dispensar *en Indias*.

(VIII) *Diœcesano reservatis*. Intellige de iis, quæ Diœcesano à Jure, a Pontifice, aut consuetudine reserventur; nam de iis quæ Diœcesanus sibi reservat obstat 1. declaratio Gregorii XIII. in Epistola Card. S. Sixti, de qua fit mentio in Compendio Communi Privil. Soc. (*d*): *Hac de re* ubi Congregatio accuratè egisset, deinde ad SS. D. N. retulisset, illius

(a) *Petra, tom. 3. ad C. 18. Innoc. IV. num. 19.*
(b) *Sanch. l. 8. De Matrim. d. 9. nu. 22. Et lib. 2. d. 40. n. 3.*
(c) *Acosta, l. 6. De Proc. Ind. sal. c. 22.*
(d) *Comp. Ed. 1705. V.* Absolutio.

lius Sanctitas... censuit ex facultatibus per mare-magnum aliave privilegia regularibus concessa, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus sibi ab Episcopo *reservatis*.

Obstat 2. Constitutio Urbani VIII. 17. Nov. 1628. declarantis (*a*), quod *per confirmationes* privilegiorum, quas regulares à Sede Apostolica post S. C. Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixerunt privilegia prius ab eodem Concilio, deinde S. Congregationis decretis sublata atque extincta, si qua habebant absolvendi à casibus ordinario loci reservatis. Ac proinde regulares nec intra nec extra Italiam in vim privilegiorum aut confirmationum hujusmodi, quas hactenus obtinuerunt, vel deinceps obtinebunt, possunt quemquam absolvere a prædictis casibus... Ordinario loci reservatis: ac si secus egerint, absolutiones nullæ sint & *irritæ*. Obstat 3. decretum Alexandri VII. damnantis inter alias hanc propositionem num. 3.: *Mendicantes* possunt absolvere à casibus Episcopo reservatis, non obtenta ad id Episcoporum *facultate*.

Fuit qui damnationis ictum vitatum crederet dicens Mendicantes non posse absolvere jure communi in casibus Episcopo reservatis, benè tamen jure speciali. Sed potestas quamcumque imagineris, fundabitur in privilegio, quod jus est, non commune, sed speciale, seu lex privata, ut definiri solet. Dum ergo potestatem negat Pontifex, negat potestatem jure speciali competentem. Hoc tamen non tollit, quominus possit Pontifex jus speciale conferre absolvendi ab iis quæ sibi Episcopus reservat, valiturum dum sufficienter exprimatur, nec tantùm constet clausulis generalibus. Accedit, quod declaratio Gregorii XIII., de qua nuper, quam verbis totidem authenticam reddidit Clemens X. in Const. *Superna*, omnia privilegia excludit etiam non contenta in corpore juris, neque enim mare-magnum ibi continetur. Ergo excludit omnia jura specialia præcedentia. Effugia alia præoccupata vide apud P. Viva (*b*).

De Bulla Clementis X. Matriti publicata anno 1672. inquit Torrecilla (*c*), supplicatum fuisse à Regina Gubernatrice, & ad supplicationem tacuisse Pontificem. Sed in modernis Facultatibus, quæ ad audiendas confessiones scriptæ in dies expediuntur per Episcopos, illius inculcatur vigor & observantia. Et per supplicationem non suspendi executionem litterarum, quæ rescripta particularia non sunt, sed doctrinam generalem continent, est doctrina Rodericii, quem vide (*d*).

(IX) *Indulgentia plenaria*. Notare jubet Rodericius, Legatum Papæ concedere posse indulgentias etiam perpetuas in terminis suæ legationis, sicut statuta facere potest ex *cap. fin. De off. leg.* Neque numerum dierum illis esse præfixum sicut aliis ecclesiarum prælatis. Quidquid de hoc sit attento jure communi; si Legatus aliquis indulgentiam ut hîc plenariam & jubilæum concedat, credi par est id facere ex concessione speciali, si ordinaria illi jurisdictio non suppetat. Ex facultatibus Nuntiaturæ Coloniensis

(a) *Apud J. B. Pittoni. CC. ad Confess. sub die 17. Nov. 1628.*

(b) *Viva, ad prop. 12. Al. VII. a n. 7.*

(c) *Torrecilla, tom. 2. Consult. tr. 1. p. 6. n. 97. pag. 32.*

(d) *Roder. tom. 2. QQ. Reg. q. 6. art. 7.*

ſis ab Innocentio XI. 1. Octobr. 1680. conceſſis ſequentem refert P. Lacroix (*a*) minus latam, quam quæ modò verſatur collata Cardinali Poggio: *Nuntius* Apoſtolicus ſubditis Nuntiaturæ ſuæ poteſt pro quocumque opere pio centum aut plurium dierum indulgentias concedere, attamen minus ſemper quam annum. Pro templo vel capella poteſt dare ſeptem annorum & ſeptem quadragenarum, ideſt, ſepties quadraginta dierum pro illis, qui confeſſi communicaverint, & in eo oraverint de more ad intentionem eccleſiæ. Quodſi concedat pro eodem loco in duobus feſtis anni, durabunt tantùm ad triennium: ſi in uno feſto, ad ſeptennium tantùm: ſicque expirabunt, niſi *prorogentur*.

(x) *Portiunculæ*. Illud habet in Indiis hujus jubilæi gratia, quod refert P. Fuente Franciſcanus (*b*): *En* 1577. *à* 17. *de Majo* expidio bula Gregorio XIII. paraque ſe pueda ganar el jubiléo de la Portiuncula desde la hora de prima del primer dia de Agoſto, y releva de la obligacion de confeſſar y comulgar para ganarlo en las Indias *occidentales*. Citatque Ledeſmam (*c*).

Facultatum hac ordinatione contentarum, quatenus ab authoritate Nuntii dimanaſſe dicuntur, quo ampliores illæ ſunt, eo magis deſidero firmitatem. Si enim ex concordato Summi Pontificis & Regis Catholici Nuntius Apoſtolicus jus non dicit in Indiis, ut ſupra ajebat Villarroel cum Solorzano, unde vim ſortiri poſſunt? Conjectura nuper circa indulgentias ex facto deſumpta, corroborari poſſet uſu. Sed de uſu mihi non conſtat. Nam quod ſupra retulit Veracruz, actus eſt unicus, & potuit aliis niti privilegiis.

ORDINATIO LXXXV.

Anno 1555. 1. Jul.

PAulus IV. ſupplicante Fr. Clemente Monelia, Ordinis S. Franciſci Miniſtro Generali, omnia anteceſſorum privilegia confirmavit, ac omnia revocata reſtauravit, ac denuò conceſſit ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis. Ac præcepit, ut omnia privilegia, & omnia in eis contenta eſſent in partem favorabiliorem interpretanda. Religioſos eximit à ſolutione (I) quartæ funeralium. Expreſsè derogat Clementinæ *Religioſi* (II), *De Privilegiis*, & Regulis (III) Cancellariæ. Adimit in non-obſtantiis omnem, ſi qua ſit, cujuſcumque privilegii reſtrictionem. Ajunt ſæpè citati regulares Mexicani, extare originalem Mexici in conventu S. Franciſci. Unde ſuſpicor, quanquam ex data epitome non conſtat, expeditam eſſe ordinationem pro Indiis.

AD-

(a) *Lacroix*, *Quæſt.* 181. *De Indulg. n.* 1322. (b) *Fuente*, *Succeſſ. Pontif. Greg. XIII. n.* 15. *p.* 343. (c) *Ledeſma*, *De Tertia Ord. fol.* 244.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *A solutione quarta*. Cum hoc privilegium novem omnino annis ante confirmationem Tridentini concessum sit, parùm se solo prodesset, cum decretum sit ibi, *Ut quibuscumque* (a) in locis jam ante annos quadraginta quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocumque privilegio concessa, eadem Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ *persolvatur*. Non obstantibus, &c.

Sed post Concilium Tridentinum idem privilegium renovatum est, nominatim pro Societate à Gregorio XIII. per Const. *Pastoralis*, anno 1578. Et judice Solorzano (b) *Excedent* Indiarum prælati, si ab ecclesiis religiosorum etiam doctrinariorum suæ diœcesis eandem quartam exigere velint. Quia omnes, inquit, religiones privilegium exemptionis habent in in Indiis observari jussum. Privilegio favet Jus Indicum (c), ubi Archiepiscopi, & Episcopi admonentur, *Que no cobren* de los curas doctrineros la quarta funeral y de oblaciones que en algunas partes han acostumbrado llevar fuera de los casos en que dispone el derecho, y hai costumbre legitimamente *prescrita*. Idque dubio caret, si lex 10. tit. 18. lib. 1. ejusdem Juris servetur, quâ dicitur: *Se deben* conformar (los curas y doctrineros) con la costumbre..... no llevando derechos à los Indios por los casamientos, *entierros*, &c. Si enim doctrinarii nihil jurium funeralium percipiant, quartam, quæ jurium horum pars est, solvere non debent.

Solorzanus loc. cit. nullum præsentis argumenti privilegium refert præter concessum à Pio V. Constit. *Etsi mendicantium*, quam affirmat esse revalidatam à Gregorio XIII. De revocatione constat ab hoc Pontifice facta per Const. *In tanta*. 3. Kal. Maii 1573. De revalidatione fides sit penes Solorzanum, nisi typorum fortè sit error. Fortâsè loquitur de revalidatione, non totius pianæ Constitutionis *Etsi mendicantium*, qua plura alià continentur privilegia Mendicantium, sed de revalidatione illius quoad eam partem qua continetur præsens circa quartam funeralem privilegium renovatum à Gregorio XIII. in Const. *Pastoralis*, & usu munitum.

(II) Clementinæ *Religiosi*. Nempe derogatur penes ea, quæ juris ecclesiastici sunt, nam plura continet ea Clementina de jure naturali, ut est inhibitio ne religiosi prælatis in sermonibus detrahant, ne retrahant laïcos ab ecclesiarum suarum seu parochiarum frequentatione & accessu, ne indulgentias pronuntient indiscretas, ne cum conficiendis testamentis intersint, ne a restitutionibus debitis, aut a legatis ecclesiis matricibus faciendis quemquam retrahant, ne legata vel debita sibi, aut singularis Ordinis fratribus aut conventibus fieri procurent in præjudicium aliorum, ne

---

(a) *Trid. sess. 25. cap. 13. De Reform.* (b) *Solorz. t. 2. De Ind. Jur. lib. 3. cap. 22. num. 25.* (c) *Lib. 1. t. 13. l. 13. Rec. Ind.*

Digitized by Google

ne ecclesiasticas personas suam contra eos justitiam prosequentes vexare præsumant.

Quæ verò in eadem Clementina sunt derogabilia quippe de jure ecclesiastico, sunt illa, ut religiosi qui clericis aut laïcis sacramenta unctionis extremæ, vel eucharistiæ ministrare, matrimoniave solemnizare, non habita parœcialis presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos à canone vel sententia per statuta provincialia aut synodalia promulgatis absolvere præsumpserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto per Sedem Apostolicam duntaxat absolvendi. Ejusmodi verò Clementinæ derogatur, quatenus necessarium sit ad usum privilegiorum canonicè concessorum, & vigentium.

(III) *Regulis Cancellariæ*. Hac expressa derogatione opus erat, ut Regulis Cancellariæ derogatum esset, cum illarum Regula 71. sit in publicatis per Clementem XII. (*a*): *Quod* Regulis Cancellariæ nunquam censeatur derogatum in quibuscumque constitutionibus, litteris, brevibus, indultis, & aliis ordinationibus apostolicis, etiam motu proprio, & ex certa scientia emanatis, per quæcumque verba & decreta derogatoria, irritantia, universalia, & amplissima, & clausulas quantumvis efficacissimas, nisi facta fuerit de illis expressa mentio.

ORDINATIO LXXXVI.
Anno 1556.

IDem Paulus IV. ad instantiam Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum omnia prædecessorum privilegia denuò concessit, verbisque amplissimis communicavit omnia aliis ordinibus concessa, & confirmavit, non tantùm pontificia, sed regalia. Ita laudati Regulares Mexicani testantes extare breve typis editum inter privilegia Prædicatorum. Unde inferunt, privilegia quædam à Regibus Catholicis pro Novo Orbe in favorem regularium concessa, per præsentem confirmationem devenisse ex regalibus (I) regalia simul & pontificia. Nominatim, ajunt, quod Princeps Joanna pro Rege Gubernatrix Vallisoleti concessit anno 1557. (II), ne quid innovaretur clericos in doctrinis pro religiosis instituendo, & ne prohiberentur religiosi sacramentorum administratione: & ut monasteria fierent (III) cum proregis venia, nullo episcoporum requisito consensu: & ne clerici visitatores (IV) adirent Indorum oppida: & quod à Rege anno 1559. decretum est, ne de religiosis sæculares (V) magistratus publicis aut secretis informationibus darent operam, & quod à Regia Mexici cancellaria ordinatum est anno 1570., ut clerici & regulares in suo quisque districtu essent sacramentorum ministri. Hæc, inquiunt, omnia per præsentem ordinationem jam sunt privilegia pontificia & apostolica. Quodsi de hujusmodi privilegiis dubium aliquod emergat, vult Pontifex in eodem brevi, ut in partem favorabiliorem dirimatur, omnibus ablata aliter inter-

(a) *Bullar. Rom. tom.* 13. *C.* 1.

Digitized by Google

terpretandi facultate. Derogatque expresè, ut in præcedente, Clementinæ *Religiosi*, & Cancellariæ Regulis publicatis & publicandis. Ac tandem religiosos eximit à solutione decimarum (VI) & exactionum. Hucusque nominati Regulares apud Fr. Joannem Baptistam in *Advertentiis pro Confessariis Indorum*.

ADNOTATIONES.

(I) *Devenisse apostolica*. Quidni etiam devenerit ex regali regalis simul & apostolica revocatio horum privilegiorum à Rege decreta? Præsertim cum juxta doctores alibi (*a*) citatos, & quos prætereà citat Ill. Villarroel (*b*), Rex Catholicus in Indiis Legati Apostolici titulo investitus sit. Sed & dubito, an qualiscumque confirmatio Pontificis satis sit, ut privilegia regalia deveniant pontificia. Et Diana quidem (*c*) notare jubet, *Statuta* Religionis Hierosolymitanæ fuisse confirmata à Papa, & ideo dici statuta papalia, prout à pluribus Rotæ decisionibus confirmat Beltraminus.... Unde dixit Hunius, quod statum à Principe confirmatum dicitur *lex Principis*.

Similiter Pascuccius J. C. Pignatelli abbreviator (*d*) ait: *Constitutiones* Societatis sunt ita confirmatæ à Sede Apostolica, ut Sacra Rota expresè deciderit in Romana Legati coram Burato decis. 245., & in 4. P. Recent. per Farinacium, par. 2. decis. 477. num. 2., constitutiones Societatis esse constitutiones papales, & tales censendas *esse*. Potest sine dubio Pontifex apostolica authoritate munire & qualificare leges Principum, & statuta quævis, præsertim ea quæ de re ecclesiastica sunt; sicut potest sæcularis Princeps aliquam apostolicam constitutionem tanquam regni legem admittere, & de facto admissa est; sed specialis illa qualitas seu qualificatio expressiùs erat significanda: maximè cum possit vera esse approbatio & confirmatio, quin à sibi ingenita & propria qualitate statutum extrahatur, hoc solum quod ratum habeatur à Pontifice.

Statuta Synodi Provincialis à Pontifice confirmata ligare christianos omnes, docuit Thomas Hurtado. Sed hoc, inquit Haroldus (*e*), facilè negaverit quis, quia Pontifex confirmat statutum pro determinata provincia: quod est confirmare qualitatem & vim statuti provincialis, non illud reddere universale. Ex quo videtur, non quamvis confirmationem Pontificis reddere pontificium statutum quod confirmatur. *Confirmatio*, inquit Fagnan (*f*), nisi aliud in litteris sit expressum, dat robur, sed non extendit actum *confirmatum*. Quod ibi multo textu solidare pergit. Vide Ord. 178. Adnot. 2.

(II) *Nequid innovetur*. Id ipsum Juri Indico insertum est (*g*): *Mandamos*, que por ahora, y mientras Nos no mandáremos otra cosa, queden las

(a) *Supra Ord. X. Adnot. 6.*
(b) *Villarr. P. 1. Gob. Eccl. q. 2. art. 8.*
(c) *Diana coord. tom. 7. tr. 2. R. un. nu. 38.*
(d) *Pascucc. ex Pignat. tom. 7. C. 88.*
(e) *Harold. In Notis ad Concil. Lim. V.* Ne tabacum. *Act. 3. c. 24.* (f) *Fagn. in C.* Canonum statuta, *Le Constit. n. 13. & seq.*
(g) *Lib. 1. tit. 15. l. 18. Recop. Ind.*

Digitized by Google

las doctrinas y se continúen en los religiosos como hasta ahora, y por ninguna via se innóve *en esta parte*. Sed prodiit jam post pontificiam ordinationem, de qua infra anno 1751. 8. Nov. regia schedula data 1. Febr. 1753., per quam clerici religiosis in doctrinarum administratione succedere jubentur, per aliam 23. Jun. 1757. explicata. In hac postrema quinque modificationes adhibentur. 1. Ne ulla parochia, sive Indorum doctrina, ut appellant, à regularibus administrata sæculari clerico tradatur, quandiu reipsa non vacaverit. Ac tunc dispiciat Prorex cum Prælato Diœcesano, an utilis futura sit provisio sæculari facta, attenta majori idoneitate, locorum asperitate, & parochiarum distantia, ac præcipuè idiomatum peritia. 2. Ut singulis Ordinibus in quaque provincia una vel altera parochia ex pinguioribus reservetur, & illæ insuper quibus annexi sunt conventus pro congregandis fratribus, & præparandis qui ad missiones vivas destinantur. Cavetur tamen nequa ex his modificationibus locum habeat in parochiis jam à sæcularibus possessis. 3. Ut suus regularibus servetur conventus cum suis redditibus, bonis, & utensilibus in parochia in qua formatus sit, & cum religiosis permanentis incolatus non minus octo: quanquam a parochiæ cura, cum vacaverit, removendi sunt, traditis rebus & ornamentis ad parochiam judicio concorde Proregis & Prælati pertinentibus attenta benefactorum voluntate. Quæ omnia non stricto rigore contra religiosos interpretanda sunt, sed habita ratione fundorum, vel eleemosynarum, quibus conventus sustentatur. 4. Ne ordines allegare possint præsentes resolutiones ad affirmandum jus aliquod sibi suppetere ad parochias: & eisdem cura detur non plures admittendi candidatos, quam qui necessarii sunt pro conservanda disciplina regulari, & sufficiendis missionibus receptui signo dato fratribus à doctrinarum cura dimotis. 5. Ut possit Indiarum Senatus cognoscere de causis occurrentibus, & quæ deinceps possint occurrere, ita ut nullam admittat interpellationem eo tendentem, ut hæ declarationes effectu careant.

(III) *Cum Proregis venia, nullo Episcoporum requisito consensu*. Hoc etiam regale decretum reformatum mox est, & ex causis videndis apud Solorzanum (*a*) redactum ad terminos legis 1. tit. 3. lib. 1. Recop. Ind.: *Mandamos*, que se edifiquen y funden monasterios de religiosos... con calidad de que antes de edificar se nos dê cuenta y pida licencia... con el parecer y licencia del Prelado Diocesano conforme al S. Concilio *de Trento*. Et quod in Concilio Tridentino præscribitur, est (*b*): *Ne de cetero* similia loca erigantur sine Episcopi in cujus diœcesi erigenda sunt licentia prius *obtenta*. Neque Proregis venia jam sufficit, sed à Rege in Indiarum Senatu petenda, ut in eadem lege decernitur, & notatum est supra Ord. 22.

Refert Solorzanus, Novæ Hispaniæ prælatos interpellasse de schedulæ regiæ executione, qua continetur facultas erigendi monasteria non requi-

(a) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. lib. 3. c. 23. num. 26.* (b) *Sess. 25. cap. 3. De Regular.*

Digitized by Google

quisito Episcoporum consensu, sed prodiisse in judicio contradictorio confirmationem 9. Aug. 1561., & non obstantibus posterioribus decretis Clementis VIII., Gregorii XV., & Urbani VIII. relatis à Barbosa (*a*), Regiis Ministris esse privativè delatum fundationes id genus permittendi & approbandi negotium, Regio Senatui deinceps reservatum. Quod difficultate caret stantibus privilegiis à Pontifice, sive regularibus, sive Regi Catholico concessis, nam Episcoporum consensum supplet licentia Pontificis, qui Episcopus Episcoporum est, ut tradit Barbosa (*b*), Torrecilla (*c*), & Pignatelli (*d*).

(IV) *Ne clerici visitatores*. Jam etiam clerici possunt esse visitatores regularium regentium doctrinas juxta legem 28. tit. 15. lib. 1. Recop. Ind. *Estando* assentado por derecho, y declarado por la Congregacion de EE. Cardenales del Concilio de Trento, que los curas religiosos deben ser visitados en todas las cosas que son en *officio officiando*..... es nuestra voluntad que los Arzobispos y Obispos de las Indias puedan visitar à los dichos doctrineros en lo tocante al officio de curas.... iendo à las visitas por sus personas, ò las que para ello à su satisfaccion y eleccion *embiaren*. Post hanc legem latam & recopilatam intercessum est à regularibus, sed rejecta est intercessio per schedulam, de qua supra Ord. 37. Adnot. 8.

(V) *Ne sæculares magistratus*. De hoc argumento extat lex 73. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind., ubi dicitur: *Mandamos* à los Presidentes, Audiencias, Governadores, y otras Justicias de nuestras Indias, que no hagan informationes publicas contra ningun religioso de los que en aquellas partes estuvieren, salvo quando el caso fuesse publico y escandaloso y solo para effecto de informarnos, que entonces permitimos que las puedan hacer secretamente, y requerir al Provincial ò Prelado, en cuia provincia estuviere el religioso paraque le castigue, y no lo haciendo de manera que satisfaga, embien à nuestro Consejo de las Indias la informacion que huvieren hecho, paraque provea lo que convenga y sea *justicia*.

Non solum ad informandum Regem, sed ut prælato regulari factam informationem præsentet, illam posse conficere Judicem sæcularem, docet Sousa apud Dianam (*e*), quando non est aditus ad prælatum ecclesiasticum, qui juridicè possit se informare de facto criminali, & in eo continuatur, & est periculum in mora. Quibus conditionibus eandem sententiam tenet Riccius apud laudatum Dianam (*f*). Quod si casus talis sit, ut ad propriam vel alterius innocentis intersit rem, non solum informatio, sed captura licet, non solum laïco magistratui, sed homini privato, dummodo defensio necessaria non sit prætextus, sed vera causa. Neque casus ut putat Diana est metaphysicus.

OR-

(a) *Barbos. Remis. ad Trid. c. 3. f. 25. n. 36.*
(b) *Barbos. P. 2. De Pot. Ep. Alleg. 36. n. 1.*
(c) *Torrecilla, tom. 1. Consult. tr. 8. c. 2. num. 16.*
(d) *Pignatelli, tom. 1. C. 179.*
(e) *Diana coord. tom. 9. tr. 2. R. 62.*
(f) *Diana, l.c. Resol. 63.*

Digitized by Google

ORDINATIO LXXXVII.

UT Indi *del Cuzco* liberi ſint à ſolutione decimarum. Refert P. Alloza, (*a*), cujus verba ſunt: *Indi* Cuzquenſes & omnes qui ad Cuzquenſem Epiſcopatum ſpectant, ut Guamangenſes & alii privilegium habent apoſtolicum, per quod liberi ſunt a ſolutione decimarum & primitiarum. Hiſpani verò, qui inter eos habitant, non gaudent hoc privilegio, etiamſi illorum ſeminent *terras*. Eandem exemptionem favere Arequipenſibus Indis in locis ab Epiſcopatu Cuzquenſi diſmembratis, tradit Solorzanus (*b*): qui tamen id non ad privilegium apoſtolicum ut Alloza, ſed ad conſuetudinem refert. Conſuetudo verò omnibus fere Indis favet, nec tantum Cuzquenſibus, ut idem Solorzanus ſcribit (*c*): *Eſto es* quanto ſe puede conſiderar en orden à que deben diezmar y diezmen los Indios. Pero ſin embargo la contraria opinion, es maſcierta, y eſtá por ahora recibida en practica en caſi todas las provincias de Indias, teniendo por mas acertado gobierno relevarles en todo de eſta carga, ò por lo menos que ſe haia de cobrar y ſe cobre de ellos con mucha *moderacion*. Conſuetudinis ſeu praxis hîc aſſertæ obſervatio præſcribitur leg. 13. tit. 16. lib. 1. Juris Ind.

Re tamen vera Indi, qui ſive apoſtolico privilegio, ſive conſuetudine dicuntur exempti à decimando, nonnihil erogant omnes ad miniſtrorum altaris ſuſtentationem; quod ſumma decimarum eſt. Philippini certam taxam nomine decimarum & tributi ſimul pendunt, ut teſtatur Murillo (*d*). Id quod etiam pro Peruanis à Prorege Toleto ſtatutum eſt. Et in Tucumania, quæ Peruvii pars eſt, ubi Indi commendati pro regio tributo vel taxa commendatariis pendunt quinque octiregalia, ex his commendatarii parocho rependunt pro ſingulis Indis regalia duodecim pro ſynodo ut appellant. Sed difficultas exigendi argentum ſeu pecuniam fecit, ut & taxa & ſynodus ad ſervitium quoddam perſonale paſſim redacta ſint.

Guaranii præter tributum ex quo deducitur congrua parochorum ſuſtentatio, centum octiregalia nomine decimarum ex Regis Ferdinandi Sexti præſcripto erogare juſſi ſunt pro ſingulis oppidis: Quæ Rex piiſſimus novis reductionibus promovendis pro tempore conſignari fecit. Univerſim taxæ Indorum commendatariis conſignandæ is eſt finis primarius, ut doctrinarius & doctrina detur, ut tradit Acoſta (*e*) & Pinelus (*f*), & in Jure Indico notum eſt, ut rectè differit loc. cit. Solorzanus: *Lo que ſè*, y tengo por mui digno de advertencia es, que todo aquello que en eſta Igleſia (de Lima), y en otras ſe cobrare de los Indios por via de diezmo, ſe les ha de rebajar de lo que para el miſmo effecto ſe les cargó en las taſſas, aunque á titulo de *tributo*.

OR-

(a) *Alloza*, *V.* Indi Peruani. *S.* 2. *n.* 15.
(b) *Solorz. lib.* 2. *Pol. c.* 23.
(c) *Solorz. ib. cap.* 22.
(d) *Murillo*, *Curſ. Can. lib.* 1. *n.* 181.
(e) *Acoſta*, *lib.* 3. *cap.* 12.
(f) *Pinel. Confirm. Real. P.* 1. *cap.* 14.

Digitized by Google

ORDINATIO LXXXVIII.

PAulus IV. concessit Franciscanis, ut possent omnia sacramenta ministrare omnibus Indis. Refert Fr. Joannes Baptista apud Avendaño (a). Et quia non excipit diem Resurrectionis, sequitur (ait) id etiam eo die posse etiam Indis in Hispanorum oppidis commorantibus. Notat Avendaño, esse concessum vivæ vocis oraculo, sed Card. Alexandrini, qui deinceps fuit Summus Pontifex Pius V. attestatione firmato. Quo adjuncto est qui credat, vivæ vocis oraculum à revocatione sequentium Pontificum præservari. Quia dum aliquis Pontifex attestationem à se Cardinale factam potens non retractat, eo ipso præsumitur eam cum privilegio ratificare, & authoritate necessaria solidare, ne in posterum generali revocatione comprehendatur. Ratio verè frivola. Ex quo enim Pontifex aliquis in minoribus agens concessionem aliquam attestatus sit, non conficitur quod ratam habere velit. Et quanvis aliquando voluisset non revocari, ea voluntate non constringitur idem, nedum successores, ne unquam revocare velint prius concessa. Certè Urbanus VIII. revocavit privilegia à semet non tantum attestatione firmata, sed priùs in suo concessa pontificatu, ut ex Constitutione ipsa oraculorum revocatoria patet ibi: *Per prædecessores nostros ac per nos vivæ vocis oraculo, & S. R. E. Cardinalium manu firmata . . . revocamus*. Concidit igitur præsens Pauli IV. privilegium, nisi aliter fulciatur. Sed nec dies Resurrectionis comprehendi potest in concessione indefinita, nempe parochialitatis causâ.

ORDINATIO LXXXIX.

EX Pauli IV. sententia in Concilio Limano omnia matrimonia cum sorore, noverca, matre, filia, nepte, aut avia, nempe Indorum ante baptismum contracta, irrita fieri decretum esse, refert P. Acosta (b). Sed vide supra Ord. 78. Adnot. 4. ad object. 12. §. IV.

ORDINATIO XC.
Anno 1558.

HOc anno collocat author Geographiæ Sacræ apud Chiquetium erectionem Archiepiscopatus Goani exacto jure Funicalensis seu Funchalensis Metropolitani: erectionem etiam comprovincialium Episcopatuum Coccinensis, & Malacensis, nam Meliapurensem differt ad annum 1570., Macaonensem ad annum 1576., Cranganorensem ad annum 1600., quem sub Goano relinquit, cum anno 1607. sit elevatus in Archiepiscopatum, sine suffraganeis quidem. Barbosa vult (c), Archiepiscopum Goanum India-

---

(a) *Avend. Thesaur. Ind. tit.* 12. *cap.* 10. (b) *Acosta, lib.* 6. *cap.* 21. (c) *Barbos. tom.* 1. *De Pot. Ep. cap.* 7. *pag.* 53.

Digitized by Google

diarum Primatem antehac institutum esse à Paulo Tertio, datis in Suffraganeos Coccinensi, Malacensi, Macaonensi, Nangasachensi, Malahanensi in regno *de Malaos*, & Meliapurensi, ex quibus Nangasachensis seu Japonicus fit Manilæ suffraganeus in cit. Geographia.

P. Orlandinus (*a*) ait, à Paulo Tertio constitutam Goæ Sedem, sed Episcopalem: in qua primus sederit Ill. Alburquerque ex Familia Seraphica, in cujus manibus Apostolus Indiarum anno 1542. apostolicum missionis & nuntiaturæ suæ diploma deposuit; nam Ill. Baqueiro ex eadem familia, quem Fr. Antonius Daza (*b*) primum Goæ sedere fecit, ab Orlandino dicitur. Episcopus annularis ab Archiepiscopo Funicalensi in Indiam delegatus. Hoc tamen non tollit, quin ab eodem Pontifice Sedes, quam ipse constituerat, elevaretur.

Idem Orlandinus (*c*) refert, anno 1559. destinatum esse Goæ Archiepiscopum; Coccino, & Malacæ Episcopos, qui ad Æthiopiæ Patriarcham pontificium detulere diploma, quo Goana ei commendabatur Ecclesia, dum perveniret Archiepiscopus. Sed fortè missi sunt Episcopi & Archiepiscopus aliquandiu postquam erigerentur ecclesiæ; nam & erecta per Pium V. Ecclesia Tucumanensi anno 1570., nondum excesserat ex Hispania Episcopus, qui erectionem opere perfecit; ut vide infra Ord. 127.

Circa Goani Antistitis primatum præter Barbosæ dictum, de quo nuper, refert Moreri Ill. Alexium Menesses (*d*), qui ad finem hujus sæculi Goæ sedit, contendisse per Æthiopiam Africæ mediterraneam jus dicere, nempe titulo Indicanensis Primatiæ. Concurrentia verò Jurisdictionis Goanæ & Manilensis in Japoniam & Sinas, cujus in earum partium historia nonnulla monumenta stant, referri æquo jure potest in jus metropoliticum, & in primatiale.

ORDINATIO XCI.

AD Pauli IV. tempus referendum videtur privilegium, quod Ill. Quitensis Episcopus sic exponit (*e*): *Los Provinciales* de la Orden de S. Domingo en las provincias de S. Juan Bautista de Lima, S. Vicente de Chiapa, Santiago de Nueva España, S. Antonino en el Nuevo Reino, de Santacruz en la Isla de S. Domingo, y Santa Catalina en Quito, tienen privilegio para absolver y dispensar en los dias de Santo Domingo, Santo Thomas de Aquino, S. Vicente Ferrer, y Santa Catalina de Sena, todas las irregularidades, excepto la del homicidio voluntario y la de illegitimidad. Es amplissima concession, cuias palabras son estas. *Quod* in diebus præfatis Priores Provinciales, in eisdem partibus pro tempore existentes quoscumque irregulares (non tamen illigitimè natos & voluntarios homicidas) ab hujusmodi irregularitate absolvere, secumque possint & valeant desuper dispensare, plenam & liberam concedimus *facultatem*. Esta bula

(a) *Orland. P.* 1. *Hist. Soc. l.* 3. *n.* 89.
(b) *Daza, Chron. Francisc. P.* 4. *lib.* 2. *cap.* 53.
(c) *Orland. loc cit. n.* 142.
(d) *Moreri*, *Verbo* Abisinie.
(e) *Monten. lib.* 5. *tr.* 1. *sect.* 12.

Digitized by Google

bula se mandó recoger por el Tribunal supremo de la Inquisicion, y de hecho embio un traslado de ella à España, siendo Commissario de la Cruzada en el Perú el Ill. D. Feliciano de Vega año de 1610. Finalmente el año de 1624. se volvio otra vez à tratar de esta bula en el Tribunal de la Cruzada, y en contradictorio Juicio salio, que los dichos Provinciales, y successores usen de esta bula libremente sin perjuicio de la expedicion de las bulas. Adviertase, que acerca de este privilegio se dudó en el Perú, si en virtud de el se podra dispensar en la bigamia, y consultados los doctores y maestros de las religiones, respondieron que sî podian. Y de este parecer es el Doctor Feliciano de Vega, el qual dice: *In pluribus* casibus sæpius practicatum est in his provinciis, y lo prueba con aquel principio general, *Exceptio* firmat regula in *contrarium* .... En quanto à la simonia digo, que no se puede habilitar al simoniaco en virtud de este privilegio, paraque pueda obtener el beneficio adquirido con precio. La razon es, porque en esta bula se dâ potestad para absolver y dispensar irregularidad, y esta inhabilidad para obtener el beneficio mal adquirido no es irregularidad, sino pena que pone el derecho en castigo del peccado, como dice Suarez (*a*) Fuera de que hai declaraciones de Cardenales, que trae Suarez, en que dicen, que aun los Obispos no pueden hacer està habilitacion con la potestad general que tienen por el Concilio de Trento (*b*) para todas las irregularidades y casos occultos, que el quitar esta pena està reservado à la *Sila Apostolica*.

In his cum loquatur author Montenegro de beneficio malè acquisito, & de beneficiato inhabili reddito vel declarato, minus est dubium. Dubium tamen est, an ad beneficia alia simoniacè non acquisita possit simoniacus per Episcopum habilitari, vel debeat ita inhabilis reputari, quin possint illa per Episcopum conferri. P. Suarez loc. cit. ait, hoc excedere potestatem Episcopi, si supponatur Motus-proprius Pii V. inducentis hanc pœnam usu vigere. Loquitur de Motu-proprio *Cum primum*. edito 1. Apr. 1566. ubi dicitur (*c*): *Qui* beneficium aut officium ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis sit ipso jure privatus ... Et perpetuo sit inhabilis ad ea & quæcumque alia beneficia ecclesiastica *obtinenda*. Sed Suarez ipse cum Navarro, tum alibi, tum loc. cit. dixerat, hanc Constitutionem quantum ad hanc pœnam inhabilitatis ad alia beneficia ipso facto contractæ non esse usu receptam, sed opus esse sententia criminis declaratoria. Idemque sentit Lessius apud Castropalaum (*d*). Facitque declaratio S. Congregationis, cujus verba dat hic author (*e*): *Congregatio* censuit, potuisse (Episcopum) absolvere, & ad ordines rehabilitare & beneficia tam obtenta quam obtinenda, sed non ad beneficia quibus per simoniam privatus fuisset, vel ad *obtinenda*.

OR

(a) *Suar. tom. 1. De Rel. lib. 4. c. 61. n. 11.*
(b) *Trid. s. 24. cap. 6.*
(c) *Bullar. Cherub. tom. 2. c. 5. pag. 180.*
(d) *Castrop. tom. 3. tr. 17. D. 3. P. 25. n. 7. & Punct. ult. num. 3.*
(e) *Castrop. loc. cit.*

Digitized by Google

ORDINATIO XCII.

AD instantiam Philippi II. Regis Catholici ordinavit Pius IV., ne ullus religiosus ex Indiis ad Hispaniam transmitteret pecunia instructus præter necessariam ad iter, eamque superiori manifestatam. Mentio fit in lege 91. t. 14. l. 1. Recop. Indiar., ubi dicitur: *Es nuestra voluntad*, que los dichos religiosos haian de manifestar y manifesten el dinero que traxeren. Y si alguna persona lo recibiere de ellos en confianza, sea condenado en la cantidad con el quatro tanto . . . En los puertos se tenga gran cuenta y advertencia de no dejar venir ò ningun religioso de otra forma. Y si alguno viniere y traxere oro ò plata, nuestros Governadores de los puertos, Alcaldes majores, y officiales de la Real Hacienda secresten y hagan secrestar lo que assi traxeren, y en los primeros navios embien ante Nos al Consejo de Indias razon de lo que huvieren secrestado, y de que religion era, paraque vista se provea lo que convenga, y hagan volver al religioso à la parte de donde huviere salido. Y porque la Santidad de Pio IV. de b. m. por sus letras apostolicas dedas à instancia del Señor Rei Phelippe II. nuestro avvelo provejo, que ninguno de los religiosos que viniesse de las Indias, pudiesse traer mas dinero del que tuviesse necessidad para su viage, y este manifestandolo à su superior, y son muchos los inconvenientes que se siguen de que los religiosos se embarazen en adquirir, ni tener dineros, respecto de que es ocasion de distrahimiento, y relaxacion en el cumplimiento de sus institutos, y por otras causas especificadas en el breve de su Santidad, à que no conviene dar lugar; mandamos à los Virreies, Audiencias, y Governadores, y demas Justicias de nuestras Indias que procuren la publicacion, guarda, y execucion de dichas letras apostolicas en todas las ciudades villas, y lugares de sus *distritos*. Vide infra anno 1568. 28. Dec. Ord. 122.

ORDINATIO XCIII.
Anno 1560.

PIus IV. singulis episcopatibus imposuit pro media annata triginta ducatos & mediam unius partem. Ita Claudius Clemens in Tabulis Chronologicis Indiarum Decade 8. De reliquis Indiarum beneficiis id juris non exigitur, tum quia nullius collator est pontifex, tum quia canonicatuum omnium redditus in distributionibus consistunt, ut patet ex erectionibus, quarum exemplar vide in Tucumanensi infra Ord. 127., & annata non solvitur in provisione canonicatuum, quorum redditus toti sunt distributiones, etiamsi magni sint valoris, ut docet Card. Petra (*a*).

Et Gonzalez (*b*) inquit: *Quamvis* in Cancellaria Apostolica sit solvenda

(a) *Petra, tom. 5. ad Const. 6. Pauli II. n. 23. pag. 483.* (b) *Hieron. Gonzalez in Reg. 8. Cancell. §. 7. Prom. num. 166. pag. 52.*

Digitized by Google

venda dimidia annata beneficii a ſede Apoſtolica collati, cujus valor excedit 24. ducatos de camera; tamen ad hunc effectum, ut paſſim videmus, non taxantur diſtributiones, cum longe à fructibus diſtent, nec de diſtributionibus annata ſolvitur. Et propterea nulla annata ſolvitur de canonicatibus Eccleſiæ Toletanæ, Hiſpalenſis, & *aliarum*. Idem habet Caſtropalaus (a) addens Eccleſiis Toletanæ & Hiſpalenſi Compoſtellanam.

Sed licèt non omnes redditus eſſent in diſtributiones redacti, & beneficiorum epiſcopatu inferiorum collator eſſet Summus Pontifex, non Epiſcopus; eſſent nihilominus ab annatæ penſione libera, ſi verum eſt quod nulla beneficia per Hiſpaniam, Galliam, & Germaniam taxantur in Camera ultra 24. ducatos, ut habet Lacroix (b), & de Hiſpania atque Germania, ſuppreſſa Gallia Leurenius (c). Et P. Hunoldus Pletemberg (d) ait: *Canonicatus* autem Germaniæ & Hiſpaniæ ex generali conſuetudine & ſtilo Curiæ, atque etiam ſecundum concordata Germaniæ, reſcribuntur omnes ad 24. ducatos, ut nimirum vitentur annatæ. Ideoque ne gratia fiat nulla, addi ſolet in litteris expeditionis: *Verus* valor & vacationis modus . . . habeantur pro *expreſſis*. Conſequenter Indiarum canonicatus etiamſi de reliquo eſſent annatis obnoxii, ex hoc capite liberarentur, nam quoad qualitates non expreſſas in propriis erectionibus ſequuntur normam hiſpanicorum, præſertim quæ vigeat in Eccleſia Hiſpalenſi.

At de hiſpanicis ante noviſſimum concordatum Benedicti XIV. & Ferdinandi VI. anni 1753., dubium movet Articulus VIII. ubi dicitur: *Su Mageſtad* ſe obliga à hacer conſignar en Roma à titulo de compenſacion (por los derechos de las expediciones y annatas) tres-cientos-y-diez-mil eſcudos *romanos*. Quò enim reſpicit compenſatio pro annatis, ſi nihil annatarum nomine penſabatur? Verius eſt de beneficiis aliquibus per Hiſpaniam ſolvi annatam, de aliis non item. Idque ſignificare videntur hiſpanici ſcriptores ſupra laudati, qui exemptionem attribuunt, non omnibus canonicatibus, ſed aliquibus, nempe Eccleſiarum, quas nominant. Et fortè Eccleſiæ ſunt, in quibus alii obligati ſunt, alii exempti, ut modò poſt concordatum, per quod ex omnibus, qui in Hiſpania ſunt beneficiis, quinquaginta-duo Pontificis collationi reſervantur.

ORDINATIO XCIV.
Anno 1561.

CHriſtiana re apud Yucatanos refloreſcente, Sedes Epiſcopalis erigitur Emeritæ. Meminit author Geographiæ Sacræ apud Chiquet. Vide ſupra anno 1518. & 1526.

OR-

(a) *Caſtrop. tom. 2. tr. 7. D. 3. P. 7. n. 2.*
(b) *Lacroix, Quæſt. 89. De Benef.*
(c) *Leuren. P. 2. De foro benef. q. 601.*
(d) *Pletemberg, Not. Cur. Rom. cap. 12. ad Regul. 55. Cancell. num. 3.*

Digitized by Google

ORDINATIO XCV.
Anno 1561. 28. Jan.

AD Instantiam Sebastiani Portugalliæ Regis Pius IV. Episcopis, aliisque (I) locorum ordinariis, in partibus & insulis Brasiliæ & Indiæ orientalis illius dominio subjectis, præsentibus & futuris concessit, quod ipsi per se vel alios, quascumque personas, tam ecclesiasticas cujusvis ordinis regulares, quam etiam sæculares partium præfatarum, quæ in quascumque excommunicationis, suspensionis, aliasque censuras, sententias & pœnas ecclesiasticas, super quibus eadem Sedes veniret consulenda, quavis de causa pro tempore inciderent, ab ejusmodi censuris, sententiis, & pœnis, & a quibusvis earum peccatis & criminibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis (præterquam conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis, injectionis manuum violentarum in episcopos vel alios prælatos, presbytericidii, delationis armorum aliorumque prohibitorum ad infideles, ac falsificationis litterarum apostolicarum), in foro conscientiæ duntaxat, in contentis videlicet in dicta Bulla semel in vita cujuslibet personæ, & in mortis articulo; in aliis verò reservatis casibus quoties eis videbitur, absolvere: ac super irregularitate per eos quavis de causa, non tamen homicidii voluntarii aliàs quam in bello contra infideles perpetrati, aut bigamiæ (II) occasione contracta. Quòdque præmissis non obstantibus ad omnes etiam sacros ordines promoveri, seu eisdem ordinibus jam susceptis uti; nec non quæcumque & qualiacumque beneficia cum & sine cura recipere & retinere possent, etiamsi dignitates ipsæ post majores pontificales forent. Necnon quibuscumque earum partium personis, quarto simplici, aut tertio (III) & quarto mixtim, sive etiam multiplici (IV), consanguinitatis aut affinitatis gradibus invicem conjunctis, aut (V) publicæ honestatis justitia impeditis, seu qui antea per adulterium se polluissent, sine machinatione tamen (VI) in mortem defuncti, vel in contractis per eos matrimoniis, si carnali copula exinde secuta consummata fuissent, remanere, seu illa de novo contrahere, & in facie Ecclesiæ solemnizare possent gratìs dispensare prolem legitimam declarando, ac omnem inhabilitatem & infamiæ maculam ab ecclesiasticis personis contractam abolere valerent. Non obstantibus quibuscumque contrariis. Extat apud P. Simonem Marquez S. J. (*a*) in *Brasilia Pontificia*. Incipitque *Insuper eminentis*. Et in indice operis affirmat idem author, usu hodierno vigere. Et alibi (*b*) plurium Theologorum & Canonistarum suffragia coacervat, judicantium facultates constitutionis hujus transire in Capitulum sede vacante. Quod extra dubium videtur esse, cum concedantur ex æquo Episcopis & aliis locorum ordinariis: quo nomine Capitulum sede vacante venire, nemo dubitat.

AD-

(a) *Marq. lib. 2. D. 3. §. 1.* (b) *16. sect. 2.*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(1) *Ordinariis*. Quis hoc nomine ſit intelligendus, docet Diana (*a*). *Quoties* in aliquo, inquit, decreto mentio fit ordinarii, niſi ſubjecta materia aliud poſcat, intelligi non tantum Epiſcopos, ſed omnes habentes juriſdictionem ordinariam, quia omnes illi ordinarii ſunt: atque adeo nomine ordinarii comprehendi Vicarium Epiſcopi, cum verè ordinarius ſit. Idem dic de Vicario Capituli ſede vacante, & aliorum habentium juriſdictionem epiſcopalem. Hæc tamen non ſunt extendenda ad Vicarium foraneum (qui à Luſitanis dicitur *da Vara*); hic enim ordinarius non eſt, ut ex communi ſententia docet Sanchez (*b*), & Gutierrez (*c*).

De Prælatis Braſilianis à Sede Apoſtolica conſtitutis in partibus longinquis à diœceſi aliqua diſmembratis, ut olim in Provincia Januarienſi, & modò in Cujabaënſi, & Gojaſenſi, de quibus infra anno 1575. 16. Jul., & anno 1746. 6. Decembr., dubitaverit quis an nomine ordinarii intelligantur. Sed affirmandum eſt, nam *Judex ordinarius eſt*, inquit Laiman (*d*), qui tanquam ex officio univerſitati cauſarum præeſt, ſive proprio jure ſuo, ſi ſupremus judex ſit, ſive ex Principis beneficio, ſi *ſubordinatus*.

Et P. Mendo quinque colligit (*e*) judicis ordinarii proprietates, quæ omnes conveniunt ejuſmodi prælatis. 1. Quòd judex ordinarius juriſdictionem habet à lege, non ab homine; delegatus verò, ab homine, nempe à judice ordinario. 2. Juriſdictio ordinaria ſequitur, non perſonam ſed officium, & ideo agit nomine proprio, non alieno; at delegatio ſequitur perſonam, & agit illa nomine alieno, ejus ſcilicet qui delegavit. 3. Judex ordinarius habet territorium deſignatum, & circa illius perſonas univerſitatem cauſarum. 4. Judex ordinarius poteſt delegare cauſas aliquas, aut partem juriſdictionis; delegatus autem nequit ſubdelegare niſi ſit delegatus Pontificis in eccleſiaſticis, aut Principis ſupremi in ſæcularibus. 5. Juriſdictio ordinarii non expirat morte concedentis, quia datur officio non perſonæ, verùm juriſdictio delegata expirat morte concedentis, niſi jam cauſa fuerit cæpta.

Ex his infert Mendus Scholaſticum Salmantinum eſſe judicem ordinarium, quia jus habet à Principe, ſeu à lege Principis ſanctionibus ſtabilita; quia jus, quo gaudet, ſequitur officium; agit judicem nomine proprio; quia habet territorium aſſignatum, & univerſitatem cauſarum; quia poteſt delegare; neque morte concedentis expirat juriſdictio. Eandem ordinarii qualitatem reſpectu Scholarium, qui in matricula deſcripti ſunt tribuit cum aliis Sanchez (*f*) Scholaſtico, *ſi privilegium habeat*.

Ex

(a) *Diana coord. tom. 2. tr. 6. R. 90. ex P. 11. tr. 6. R. 35.*
(b) *Sanch. lib. 3. de Matr. 629.*
(c) *Gutierr. cap. 67. & 69. de Matr.*
(d) *Laiman, lib. 3. Summ. tr. 6. cap. 2.*
(e) *Mendo, lib. 1. De jur. Acad. q. 24. n. 492.*
(f) *Sanch. lib. 3. De Matr. D. 7. n. 4.*

Digitized by Google

Ex quo patet, non obstare quominus jurisdictio dicatur ordinaria, quod per privilegium præter jus commune, seu per specialem sanctionem Principis conferatur. Quod solum obstare poterat, quominus jurisdictio Prælatorum Brasiliensium & similium dicatur & sit ordinaria. De cætero quod nomine ordinarii quasi substantivè accepti non semper veniat potestatem habens ordinariam, non quilibet judex ordinarius quasi adjectivè sumptus, sed aliquando contrahatur, vel ex subjecta materia, ut ajebat Diana, vel ex declaratione aliqua, patet ex resolutione S. Rituum Congregationis, quam refert Cavalieri (a): *Regularium* superiores non veniunt nomine ordinariorum: & consequenter non possunt assignare aliquam ex dominicis Novembris pro recitatione officii *de Patrocinio B. M. V.*

(II) *Bigamiæ occasione*. Privilegia dispensandi in irregularitate excepta bigamia, *sunt intelligenda solum*, inquit Rodericius (b), de bigamia vera & interpretativa respectu ordinum sacrorum, idest, quando quis habuit, & cognovit duas uxores, vel in uxorem duxit viduam, vel ab alio corruptam. Cum bigamo similitudinario, cum clericus in sacris constitutus, vel religiosus professus contrahit matrimonium, & cognoscit uxorem, inquit Hieronimus Rodriguez (c), etiam ad sacros ordines, & cum veris & interpretativis bigamis ad ordines minores, optimè posse per ejusmodi privilegia dispensari.

Loquens de Episcopo eidem sententiæ tanquam probabiliori adhæret Sanchez (d), nempe dispensare posse cum omni bigamo ad ordines minores, cum similitudinario etiam ad sacros, præsertim si delictum sit occultum. Ad subdiaconatum absolutè negat posse potestate ordinaria dispensare cum vero & cum interpretativo bigamo. Addit tamen: At posse dispensare Episcopum ex tacita concessione Pontificis, dum ingens est penuria ministrorum; nec esset aditus ad Pontificem ob magnam loci distantiam, ut apud Indos, placet utique propter rationem generalem, ob quam in simili necessitate probabimus (lib. 2. d. 40.), posse Episcopum in lege Concilii Generalis vel Pontificis dispensare. Sed non video cur hæc facultas sit ad subdiaconatum restringenda; sed poterit in omnibus sacris ordinibus dispensare, quia eadem necessitatis ratio militat. Imo necessitati fidelium ob ministrorum penuriam nullatenus consulitur, nisi Episcopus ad sacerdotium dispenset, quia soli sacerdotes possunt sacramenta conficere, quibus fideles indigent, eucharistiam, pœnitentiam, extremam-unctionem,

(III) *Tertio & quarto mixtim*. Is cui conceditur, verba sunt P. Sanchez lib. 8. De Matrim. d. 24., potestas dispensandi in aliquo gradu, potest in eo dispensare, quamvis sit mixtus ex alio propinquiore, quia is gradus verè non est mixtus sed simplex, nisi alter contrahentium distaret à stipite in primo gradu. Et hæc exceptio fit propter verba motus-proprii Pii V. editi 26. Aug. 1566. incipientis *Sanctissimus*, ubi revocans constitutionem

(a) *Cavalieri, Oper. Liturg. tom. 2. cap. 3. Decr. 3.* (b) *Emman. Roderic. tom. 1. qq. Regul. q. 24. art. 2.*

(c) *Hieronim. Rodr. Resol. 15.*

(d) *Sanchez, lib. 7. De Matrim. d. 85.*

Digitized by Google

nem Pii IV. contrariam, decidit non esse necessariam mentionem gradus propinquioris in petenda dispensatione, *Dummodo primum quoquomodo non attingat, cum in eo Sanctitas Sua nunquam dispensare intendat*, nisi exprimatur. Sed quamvis alter contrahentium attingat in primo gradu Stipitem, si alter sit in quinto vel ultra gradu, contractus licet etiam sine dispensatione, ut alibi docet ex communissima sententia, v. g. siquis amet ducere filiam sui quarti avi hunc attingentem in primo gradu, cum ille distet in quinto.

Hinc infert, Indos Novi Orbis posse ex privilegio Pauli Tertii, de quo supra Ord. 58. contrahere sine alia dispensatione, cum alter est in tertio vel ultra, alter in gradu primo distans à trunco, quia licèt dispensatio sit stricti juris, debet recipere interpretationem à jure communi, quando versatur circa juris communis materiam; & attento jure communi distantia graduum computatur secundùm remotiorem. Neque obstat motus-proprius Pii V. nuper relatus; loquitur enim quando uterque contrahentium est in gradu prohibito. Sed prohibitus non est respectu Indorum gradus tertius, sicut nec quintus respectu aliorum.

Dices: quid ergo in præsente privilegio & similibus ad gradum quartum simplicem additur tertius cum quarto mixtim, si solum gradus remotior computatur. Sed tempora distingue, nam Pius IV. præsentis ordinationis author decretum edidit de exprimendo propinquiore gradu, quod Pius V. revocavit. Et independenter à decreto opinio fuit olim, computandam esse graduum ex utraque parte distantiam. Ex ea opinione poterat oriri dubium, ad quod tollendum utile est, ut in privilegiis etiam posterioribus fiat similis additio.

Si tamen quæras, quis dicatur esse in tertio cum quarto gradu mixtim, collige ex iis quæ habet laudatus Sanchez (*a*) dum ait: *Si quis* ducere velit filiam fratris sui, aut filiam filii, aut nepotis fratris; hic contracturus distat à primo stipite in primo gradu, & à filia fratris in primo cum secundo, à nepte fratris in primo cum tertio, à pronepte fratris in primo cum *quarto*. Quia scilicet proneptis fratris quæ cum fratre est in tertio gradu, est in quarto cum fratris patre, qui fratrum communis est stipes, quem attingit in primo gradu contracturus in casu posito. Igitur in tertio cum quarto gradu, ut ex præsente privilegio dispensari posset, sunt nepos Petri v. g. cum pronepte ex fratre vel ex sorore Petri. Nam stipes est Petri pater, à quo Petrus distat in primo, filius Petri in secundo, Petri nepos in tertio, & pronepos vel proneptis ex fratre vel sorore Petri distat eadem ratione à communi stipitè in *quarto*.

(IV) *Multiplici*. Sunt qui putent apud Sanchez (*b*), & Dianam (*c*), dispensatum in uno gradu censeri dispensatum, quamvis in eo gradu sit duplici titulo, ut siquis ducere velit consobrinam, quæ talis sit *por parte de padre y de madre*. Alii negant, & dubium quod ex affirmantium & negan-

(a) *Sanch. lib.* 8. *De Matr. d.* 24. *n.* 32. (b) *Sanchez, ibid. n.* 4. (c) *Diana, coord. tom.* 3. *tr.* 2. *R.* 98.

Digitized by Google

negantium opinionibus emergit, commodè tollitur expressa in privilegio multiplicitate gradûs. Neque par est difficultas in præcedente Adnotatione tractata de gradu mixto. De hac enim extat textus in cap. *Vir qui De Consanguin.*, ubi dicitur: *Vir qui* à stipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere distat quinto, secundùm regulam approbatam qua dicitur, Quoto gradu remotior distat à stipite, & à quolibet per aliam viam descendentium ex eodem, licitè possunt matrimonialiter *copulari*.

Et licet *cap. Quo dilecto*, eod. tit. negetur posse contrahi attento gradu remotiore, dum propinquior est mixtus, hoc tamen decretum est factum peculiariter pro regione, de qua ibi dicitur, incolas consuevisse sic conjunctos separare, & conjunctionem impedire. Cui consuetudini deferendum putavit Pontifex, ne novitate generaretur scandalum.

Extat etiam motus proprius Pii V., de quo supra dictum est, qui licèt dispensato gradu remotiore requirat litteras declaratorias de non-obstantia propinquioris, hoc tamen fit, inquit Sanchez, pro foro externo, & ut vitetur scandalum si quod timeatur ex hominum opinione. Hæc tamen fundamenta non militant ad excusandam expressionem multiplicitatis impedimentorum.

(V) *Publicæ honestatis*. Sive impedimentum procedat ex sponsalibus sive ex matrimonio rato in primo aut ulteriore gradu. Quodsi publica honestas afficiat infideles posteà baptizatos, putant plures cum Sanchez (*a*) non esse opus dispensatione, ad contrahendum videlicet cum sorore desponsatæ.

(VI) *Sine machinatione tamen*. Per machinationem intelligitur conatus occidendi, sed effectu secuto, quia verba cum effectu sunt accipienda, quando aliud non exprimitur, ex cap. *Relatum. De cler. non resid.*

ORDINATIO XCVI.
Anno 1561. 27. Jun.

PIus IV. sedem episcopalem constituit in oppido Sancti Jacobi, & in Civitate Imperiali Regni Chilensis, utramque sub Limensi Metropolitano. Sed Imperiali barbarorum incursionibus destructa, translata est sedes ad oppidum Conceptionis in eodem regno anno 1620. Refert P. Petrus Lozano S. J. (*b*). Et Ill. Villarroel S. Jacobi Episcopus ait, hujus Ecclesiæ erectionem esse factam instar Cuzquensis.

ORDINATIO XCVII.
Anno 1561. 1. Jul.

VEræpacis Ecclesia fit episcopalis unienda Guatemalæ tempore Pauli V. Refert P. Claudius Clemens in Tabulis Chronol. Ind.

OR-

(a) *Sanch. lib. 7. De Matr. d. 65. n. 7.* (b) *Loz. Hist. del Parag. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 11.*

Digitized by Google

ORDINATIO XCVIII.

FIt Episcopalis Ecclesia Sanctæ Fidei *de Bogota* in Novo Regno Granatensi, Archiepiscopalis futura ab anno 1564. Mentio fit partim in cit. Tabulis, partim in Geographia Sacra apud Chiquet.

ORDINATIO XCIX.
Anno 1562. 11. Aug.

AD instantiam Regis Catholici, Episcopos Indiarum trium numero non adhibito, aliàs tamen ritè consecratos, ab ejusmodi excessu (I), ac suspensionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis per eos propterea incursis absolvit Pius IV. Et super irregularitate, siquam inde contraxissent, dispensavit. Et quod munere præfato sic suscepto, suis & presbyteratûs ordinibus ac officio pontificali uti (II), & in illis, etiam in altaris ministerio ministrare, ac suis ecclesiis præesse, liberè & licitè valerent. Et specialis dono gratiæ dispensavit, ut deinceps (III) à quocumque catholico antistite, accitis & in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus in ecclesiastica dignitate constitutis, seu Cathedralis, aut cathedralium canonicis, consecrationis munus recipere valerent. Non obstantibus quibuscumque. Extat apud Ill. Villarroel (*a*) Incipit *Ex supernæ*.

ADNOTATIONES.

(I) *Excessu ac suspensionis*. De excessu constat ex decretis Adnot. seq. referendis, siquidem factum dispensationem præcessit. Suspensio verò aliæque censuræ, & pænæ, quæ dicuntur incursæ, quænam sint, difficilius est enucleare. In genere sunt illæ, quæ feruntur in indebitè promotos, si & quatenùs episcopos comprehendant, nam sub generali dispositione pænali non comprehenduntur, & fieri debet illorum expressa mentio ex cap. *Quia periculosum*, *De sent. exc. in 6.* Sunt etiam illæ, que feruntur in Jure in indebitè utentes pontificali, quas vide apud Castropalaum (*b*). Supponitur enim Episcopos non adhibito trium prælatorum numero consecratos non abstinuisse pontificalis usu. Sunt illæ, quæ feruntur in intrusos, quas vide apud Ill. Urrutigoiti Episcopum Balbastrensem (*c*). Vel quæ feruntur in *Extrav.* 1. *De Elect. inter Commun.*, in qua licèt sermo sit de iis, qui ecclesiasticorum bonorum administrationem accipiunt, litteris promotionis non præsentatis, supponitur Episcopos in quæstione administrationem accepisse, & est certum ante dispensationem litteras non potuisse præsentare.

Termini citatæ Extrav. sunt: *Sancimus*, ut Episcopi . . . qui apud dictam

(a) *Villarr.* 1. *P. q.* 1. *art.* 9. *n.* 30. (b) *Castrop. D.* 4. *De Censur. Puncto* 10. §. 5. (c) *Urrutiig. De Intrus. quæst.* 115.

Digitized by Google

dictam Sedem promoventur, aut confirmationis munus recipiunt, ad commissas sibi ecclesias absque dictæ Sedis (Apostolicæ) litteris hujusmodi eorum promotionem aut confirmationem continentibus accedere vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant. Nullique eos absque dictarum litterarum ostensione recipiant, aut eis pareant. Quodsi forsan contrà præsumptum fuerit, quod per episcopos actum fuerit irritum habeatur, nec quidquam interim iidem episcopi de ecclesiarum proventibus percipiant. Capitula verò aut alii eos recipientes vel obedientes tandiu sint à beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec super hoc ejusdem Sedis gratiam meruerint *obtinere*. Qua constitutione Episcopis, nec tantum Capitulis recipientibus, irrogatur pœna suspensionis, ut benè advertit P. Suarez (*a*) dicens: *Quamvis* ibi non utatur Pontifex verbis suspensionis, tamen reipsa suspensionem imponit per effectus ejus, dum irritat omnia gesta in hujusmodi regimine per tales prælatos, eosque proventibus privat.

(II) *Pontificali uti*. Ad hæc non advertit P. Avendaño (*b*), qui cum probè fateatur, similes dispositiones pontificias certitudinem rei, de qua agitur, inducere; valde dubium esse ait, an consecratio sine beneplacito Pontificis facta, non concurrentibus ad eam episcopis tribus, valida sit. En Pontifex, qui non solùm dispensat in futurum, nec tantùm absolvit ab excessu commisso, sed episcopis sine tribus aliis ante dispensationem consecratis indulget, quod invalidè consecratis indulgere non posset, ut ordinibus, non tantum presbyteratus, sed suis, hoc est, episcopalibus & officio pontificali licitè uti valeant. Opposita ergo sententia qualemqualem probabilitatem habuerit olim, jam est improbabilis.

P. Lacroix (*c*), ut immunem reddat à damnatione 1. proposit. ex innocentianis sententiam hanc de valore consecrationis sine trium episcoporum concursu, inquit: *Certa* videtur sententia, quod valet consecratio episcopi. facta ab uno episcopo ex dispensatione apostolica, assistentibus duobus sacerdotibus, ut constat ex praxi S. Gregorii Magni, S. Gregorii (III), S. Pii V., quam confirmarunt Innocentius X. & Alexander VII.... nam de tali consecratione ita resolvit S. Congregatio 15. Dec. 1657.: *Quantum* spectat ad sacramentum & impressionem characteris, fuisse validam; quantum verò spectat ad licitam ordinis executionem, fuisse irritam & inanem, & episcopum ita consecrantem & consecratum respective indigere absolutione & *dispensatione* ... Quodsi Episcopus ab uno tantùm Episcopo, etiam assistentibus duobus sacerdotibus, consecretur sine dispensatione apostolica, Henao dicit talem consecrationem fore probabiliter invalidam, ideoque sub conditione *repetendam*. Hucusque Lacroix.

Praxis, quæ dicitur S. Gregorii Magni, dubia videtur; nam locus, in quo fundatur, aliter legitur apud J. C. Pignatelli (*d*), aliter apud Castropalaum (*e*) Gregorius III. pro Gregorio XIII. positus videtur, qui cum

(a) *Suarez, Disp. 30. De censur. sect. 5. num. 23. pag. 518.*
(b) *Avendaño, Tit. 13. Thesaur. Ind. à n. 27.*
(c) *Lacroix, De Sacram. Ord. à num. 2147.*
(d) *Pignatelli, tom. 1. C. 182.*
(e) *Castropal. Punct. 4. De Sacr. Ord. n. 14.*

Digitized by Google

cum Patriarcha Æthiopiæ dicitur dispensasse, & Pius V. pro Pio IV. præsentis ordinationis authore; sic enim legitur apud laudatum Pignatelli, qui punctum hoc omnium exactissimè discussit. Sed S. Congregationis resolutio à Lacroix producta, & quæ infra suo loco latiùs exponetur, minus ad rem præsentem de numero Episcoporum pertinet, nam illa consecratio facta est ab uno quidem Episcopo, sed litteris promotionis aut confirmationis non exhibitis. At S. Congregatio, quamquam resolvit, fuisse illegitimam, in medio reliquit illegitimitatis causam, quænam fuerit è duabus, an Episcopi unitas, an defectus litterarum: quamvis quoad valorem bene probetur ex ea intenta certitudo.

Praxis de cætero Episcopum consecrandi sine tribus est indubitata, non solum de Indiis, pro quibus nulla fit promotio in qua non dispensetur, saltem in America; sed & de Europa refert Anasthasius Bibliothecarius, & Baronius (*a*), Pelagium I. ordinatum esse a duobus Episcopis & uno Presbytero. Et Barbosa (*b*) testatur, decreto S. Rituum Congregationis 2. Octobr. 1601., factam esse potestatem Episcopo Ussellensi in Sardinia, ut à duobus Episcopis & uno Abbate consecraretur.

Sed præsente ordinatione piana, quatenus indulget episcopis ab uno ordinatis, ut suis ordinibus utantur, certus fit consecrationis valor etiam ante dispensationem quoad sacramenti valorem & characteris impressionem. Nec de diplomatis, quod adversarii non negant, existentia dubitare jam licet, ut notavit loco cit. Pignatelli. Etsi aliquando minus fuit notum; ut patet ex actis Ill. Cardenas Episcopi Paraguai, in cujus consecratione maximè desideratum est. Præter quam quod pro singulis qui hoc tempore ad ecclesias Novi Orbis promoventur, singula ejusdem argumenti diplomata expediuntur in dies: quale vide infra anno 1763. 18. Jul.

Assertæ certitudini non obstat Epistola S. Damasi ad omnes Episcopos 4., & habetur *C. Corepiscopi*, D. 69., ubi ait: *Quod* Episcopi non sint qui minus quam à tribus ordinati sunt Episcopis, omnibus patet; prohibitum est enim à SS. Patribus, ut qui ab uno vel à duobus sunt ordinati Episcopis, non nominentur Episcopi. Si enim nomen non habent, qualiter officium habebunt? Non obstat 2. C. *Siquis*, D. 65., ubi dicitur: *Ille*, quia solus est, ordinare non potest *Episcopum* 3. C. *Si forte*, D. ead. *Si fortè* in provincia contigerit, unum tantùm remanere Episcopum, superstes convocet Episcopos vicinæ *provinciæ*. Quod esset frustra, si ab uno tantum fieri posset consecratio. Est autem illa decisio Concilii Sardicensis, can. 6.

Non obstat 4. Can. 1. D. 64. ex Concilio Nicæno cap. 4. desumptus: *Tres* Episcopi debent in unum *congregari*. 5. *Can. Comprovinciales*, ead. Dist., qui habetur etiam cap. *Si Archiepiscopus*, *De tempor. Ord.*, *Comprovinciales* Episcopi . . . . à tribus ordinari possunt, consentientibus *aliis*. 6. Cap.

(a) *Apud Pax-Jordanum, tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 18.* (b) *Barbos. Decis. Apost. V.* Consecratio.

Digitized by Google

Cap. *Nec Episcopi*, eod. tit. *Nec* Episcopi sine Metropolitani permissu, neque Metropolitanus sine duobus vel tribus Episcopis comprovincialibus præsumat Episcopum *ordinare*.

Non obstat 7. Can. *Porro*, D. *66. Jacobus* . . . à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis est ordinatus, successoribus dantibus formam, ut non minus quam à tribus episcopis ullatenus episcopus *ordinetur*. Et Glossa ibi: *Quod* dicitur à tribus, est de substantia consecrationis, aliàs non esset consecratus, si essent *pauciores*. Et hæc Glossæ sententia à cæteris JurisCanonici Doctoribus est eo capite approbata & recepta, ut inquit Azor (*a*).

Non inquam obstat primum, nam S. Damasi verbis tantum significatur suspensio suscepti ordinis quoad exercitium, non characteris defectus. Patet hoc ex Can. *Illud*, D. *64*., qui ex Concilio Nicæno c. *6*. desumptus est, ubi habetur: *Illud* generaliter est clarum, quod siquis præter sententiam Metropolitani factus fuerit Episcopus, hunc magna synodus definivit, Episcopum esse non oportere. Ubi Episcopum esse pro Episcopi munus obire sumitur. Neque enim visa est aliquando necessaria Metropolitani sententia ad validam ordinationem, sed ad ordinis functiones obeundas: quod est Episcopum esse in exercitio, & quasi in actu secundo.

In hoc sensu locutum esse Epistolæ objectæ authorem, constat ex sequentibus, ubi ait: *Tria* obstant, quibus eorum cassatur actio vel institutio: unum quod ab uno Episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio à canonibus discordat. Aliud, si à pluribus Episcopis ordinati sunt in modica civitate. Tertio, si absolutè sunt *instituti*. In quibus eadem ratione episcopos non esse significatur per unitatem ordinantis, ac per assignationem modicæ vel nullius plebis: quod est quidem contra canones, non tamen contra validitatem ordinationis. In eundem sensum convenit Pignatelli supra laudatus, dum ait: *Juxta* modum loquendi canonum irrita dicuntur, quia à jure sunt prohibita, & non valent ad producendos legitimos *effectus*.

Mitto quod judice Petavio & aliis (*b*), falsò tribuitur S. Damaso epistola in quæstione. Imo in codice, quem Damasus Papa de Episcopis Romanæ Ecclesiæ petente Hieronymo conscripsit, legit Rabanus (*c*), quod Linus & Cletus ex præcepto B. Petri ordinationes presbyterorum fecerunt: quam credit idem author esse primam corepiscoporum originem, de quibus Nicolaus I. in Epistola ad Rodulphum scribit (*d*) *Ad formam* septuaginta (discipulorum) corepiscopi facti sunt, quos quis dubitet episcoporum habuisse *officia*.

Communius exploditur, & primum à Baronio (*e*) tanquam adulterina epistola Joannis Tertii, qua dicitur; *Omnia* maxima concilia affirmant, eum non esse episcopum, qui minus quam a tribus episcopis factus fuerit episcopus. Ideoque illos, quos corepiscopos nominatis, quia ab uno fiunt

(a) *Azor, tòm. 2. Inst. lib. 3. cap. 30.*
(b) *Petav. apud Hard. tom. 1. Concilior. col. 768.* (c) *Raban. apud eund. t. 5. c. 1418.*
(d) *Nicol. I. apud eund. t. 5. col. 348.*
(e) *Baron. apud eund. tom. 1. c. 768.*

Digitized by Google

fiunt episcopo, episcopos non esse *perspicuum est*. Unitas igitur ordinantis non obstat ordinationis valori, si de cætero canonica sit.

At postquam à Sede Apostolica, & à Conciliis pluribus prohibitum est, ne episcopi ordinarentur in villis vel absque plebe, & ne nisi tribus concurrentibus consecrarentur, credere est in presbyteros tantùm ordinatos vicarios quosdam foraneos, qui episcoporum vice super horum gregis portione speculatores in certis villis excubias agerent, ideo *Corepiscopos* appellatos, ac deinceps *Archipresbyteros*: de quibus si quando suarum facultatum modum excederent, ut fit, intelligi possunt mediæ ætatis invectivæ, ut illa quam ex Leone III. refert Carolus Magnus in Capitularibus.

Reliqua objecta non obstant; fatemur enim, per sacros canones esse prohibitas ordinationes episcoporum factas minus quam à tribus: hoc tamen non pertinet ad ordinationis valorem, & Ecclesia potest canones immutare, quorum æquitas à nullo ultra quam præstare possit, exigit, ut inquit Pius IV. in textu præsentis ordinationis. Exemplum Jacobi à tribus Apostolis ordinati, si admittatur, ab omnibus explicandum est, nam Jacobus jam erat cum aliis Apostolis à Christo Domino ordinatus in Episcopum, neque poterat rursus à tribus aliis ordinari. Forte cum Jacobus in sede hierosolimitana constitutus est, adhibitus est ritus aliquis à tribus qui nominantur Apostolis, ut ex P. Suarez animadvertit Pignatelli.

Quidquid de hoc sit, forma illa adhibendi in consecratione trium prælatorum numerum à juris canonici doctoribus non ita censetur esse de substantia, ut inquit Azor. Neque sententia Glossæ est vera, si substantia accipiatur pro essentia sacramenti. Potest verò dici ritus & forma substantialis, quatenus consecratio aliter sine dispensatione facta est irrita secundùm modum loquendi canonum supra à Pignatelli explicatum.

Dixi de Jacobi exemplo, *Si admittatur*. Continetur enim in quadam epistola decretali Anacleti Papæ, unde canon ille est desumptus, & in alia Aniceti, ut refert loc. cit. Castropalaus. At decretalibus horum Pontificum, & aliorum usque ad Siricium, non est indubitata authoritas, ut vide infra Ord. 133. §. 2. ad object. 3.

(III) *Dispensavit, ut deinceps*. Quamvis hæc dispensatio extendatur ad omnes in posterum eligendos; ad quemlibet, dum promovetur, mittitur Româ cum aliis bulla peculiaris dispensationis, ut notavit Ill. Villarroel, & est notum. Id quod Capitulo Paraguaiensi olim judicandi causa fuit, Breve Pianum vel esse revocatum, vel caruisse usu, ut habetur in quadam ejusdem Capituli responsione ad provisionem seu decretum Judicis Metropolitani expeditum anno 1646. 14. Martii. Sed Bulla ad quemlibet in particulari electum mitti potest ad abundantiam, vel ex Curiæ stilo, aut melius quia Breve Pianum haberi non potest à singulis electis authenticum, ut in forma exhibeatur à consecrando. Aliud simile datum est à Paulo V. 7. Dec. 1610., quod refert Franciscus Ortiz Salcedo apud Fr. Hyacintum Jorquera O. P., in quadam resolutione, ubi affirmat Bre-

Digitized by Google

ve Pianum, de quo in præsenti, extare in archivio Ecclesiæ Metropolitanæ Limensis. Sic licet à Sixto V. ordinatum sit pro omnibus Episcopis transmarinis, quoto tempore debeant Apostolorum visitare limina, eadem ordinatio in promotione singulorum per peculiare diploma reiteratur.

ORDINATIO C.
Anno 1562. 11. Aug.

IDem Pontifex concessit omnibus fidelibus Indis Indiarum occidentalium ad supplicationem Philippi II., ut cum indulgentiæ plenariæ aut non plenariæ à Sede Apostolica publicantur, pro quibus jejunium, confessio & communio debent præcedere, si ante tempus ad indulgentiarum consecutionem statutum peccata sua commodè (I) confiteri nequiverint, dummodo corde contriti sint, & confiteantur cum primum confitendi opportunitatem nanciscentur, vel saltem intra mensem, facta quoad jejunium (II) debita diligentia, prædictas indulgentias etiam plenarias (III) consequantur, perinde ac si confessionis & communionis sacramenta suscepissent, non obstantibus conditionibus præmissis in concessionibus indulgentiarum ejusmodi per prædecessores appositis, ac per successores apponendis. Ita P. Avendaño (*a*) ex Rodericio (*b*). Idem privilegium refertur in Summario authoritate Concilii Limensis publicato; apud Haroldum (*c*): & esse privilegium bullatum supponit Rodericius, cujus sunt sequentes.

ADNOTATIONES.

(I) *Si commode confiteri nequiverint*. Ergo si commodè possint, tenentur statuto pro aliis tempore confiteri, nec sufficit contritio cum proposito confitendi deinceps. Causa hujus concessionis fuit sacerdotum penuria aliquando tanta ut uni parocho instaret cura sexdecim nationum totidem linguis differentium, ut post Rodericium refert Montenegro (*d*). Et in Tucumaniæ diœcesi, ubi hæc scribebantur, non una sit parochia centum & ultra milliaria lata. Penuria tamen sacerdotum est causa remota, vel occasio concessionis. Unde si nequeant Indi commodè confiteri, etiamsi copia sacerdotum sit, non ideo præsente gratia privandi sunt.

(II) *Quoad jejunium*. Sermo est de indulgentia vel jubilæo requirente præter confessionem & communionem jejunium tantum. Si tamen ultra jejunium requirat orationem, vel eleemosynam erogari, Indi non eximuntur.

(III) *Consequantur*. Quidsi Indus excommunicatus sit? Consequetur-ne jubilæum non confessus, non absolutus? Videtur quod quandiu quis excommunicatus existit, non potest communicare in divinis, & per consequens

(a) *Avend. t. 12. n. 223.* (b) *Roderic. tom. 99. Regular. quæst. 99. art. 6.*

(c) *Harold. Lima limata, pag. 111.*
(d) *Monten. lib. 1. tr. 1. sect. 16. num. 1.*

Digitized by Google

quens neque indulgentia neque jubilæo frui, dum non absolvitur, licet jejunet, oret, & eleemosynam largiatur. Ita cit. Rodriguez. Sed oppositum videtur esse probabilius. Si enim excommunicatus adhuc vivens & contritus, per quem non stat quominus ecclesiæ communioni restituatur, probabiliter juxta Navarrum & Sà lucrari potest indulgentias operibus, quæ licitè exercet, annexas, eo quòd sic prudenter præsumitur de benigna ecclesiæ voluntate, ut habet Lacroix (*a*); quanto magis in casu nostro quando ecclesia declarat, indulgentiæ favorem perinde prodesse Indis ac si confessionis & communionis sacramenta suscepissent.

III. Montenegro relato hoc Indorum privilegio (*b*) subdit: *Por lo qual* no es necessario, que los Indios tomen la bula de la *Cruzada*. Non tamen explicat rationem quare Indi ad hujus gratiæ fructum percipiendum bulla Cruciatæ non indigeant. Sed neque Solorzanus in loco ad quem Montenegro nos remittit. Quod solo jejunio satisfacere dicantur, non sufficit, requiritur enim jejunium solum ad excludendam confessionem, quam commodè facere nequeunt, quando non aliud indulgentia requirit, quam confessionem, communionem, & jejunium, quo non excluduntur opera aliàs requisita, ut de eleemosyna ajebat nuper Rodericius. Illud est certum, quod si Indi habeant Cruciatæ bullam, quando jejunant & corde conteruntur, quamvis dum confessionis & communionis sacramenta jam commodè potentes suscipiunt, tempus bullæ promulgationis annuum vel biennale fortè expiraverit, & bullâ novâ careant, non sunt indulgentiâ privandi.

ORDINATIO CI.
Anno 1562. 12. Aug.

UT Regius Indiarum Senatus possit ecclesiarum erectiones immutare, & emendare, prout sibi visum fuerit. Ita Claudius Clemens in Tabulis Chronol. Indiar. Nec meminit restrictionis, de qua supra Ord. 69., qua requiritur ut recursus ad Pontificem fiat pro approbatione. Sed argumentum illius Ord. aliud est, nempe de contrahendis vel dividendis Episcopatuum limitibus, cum præsens sit de mutandis vel corrigendis statutis, quæ dum ecclesia primùm erigitur, fieri solent ab Episcopo cum vel sine Capitulo circa distributionem fructuum decimalium, & officiorum, beneficiorumque, quæ sunt de regio patronatu. Ex qua differentia procedit, ut cum agitur de dividendo episcopatu, res ad Pontificem deferatur, ut factum est cum Arequipensis & Guamangensis, dismembrato Cuzquensi, erecti sunt; in Truxillensi ex Limano Archiepiscopatu partim, partim ex Episcopatu Quitensi fundato; & in divisione Episcopatuum Pacis, & Sanctæ Crucis *de la Sierra*, de quibus ait Solorzanus (*c*): *el modo*, que se ha tenido en estas divisiones, y desmembraciones, ha sido reci-

(a) *Lacr. Quæst.* 185. *de Indulg.* (b) *Montenegro*, *lib.* 5. *tr.* 1. *sect.* 23. (c) *Solorz. lib.* 4. *Polit. cap.* 5.

Digitized by Google

recibir informes de su utilidad. Y necessidad precisa, y ganar el beneplacito de los Azobispos, ò Obispos, que en ellas podian ser interessados ò perjudicados, y embiar relacion de todo al Summo Pontifice, el qual se sirvio de aprobar y admitir la nueva ereccion de Cathedrales y Obispos para ellas, y sus divisiones, cometiendo à los mismos Rejes y à las personas que ellos non brassen la forma particular de cada division, ò señalamiento de los terminos de cada *diocesis*.

Dum res erat de mutandis, corrigendisve erectionum statutis, recursus ad Summum Pontificem non est factus, quia facultas vel quæ præsenti ordinatione conceditur, vel quæ in regio jure patronatus Indiarum continetur, est absoluta. Juxta quod Ill. Villaroel (*a*) refert, per regiam schedulam 8. Januarii *1620*. decretum esse, ut ab erectione Metropolitanæ Ecclesiæ Platensis deleretur clausula, qua prælato reservabatur facultas dubia interpretandi circa erectionem: declaratumque id solum competere Cancellariæ Presidi ibi agenti Vice-Patronum. Et in Jure Indico dicitur (*b*): *Ordenamos* y mandamos, que en las erectiones, que estuvieren hechas, y se hicieren de aqui adelante, se ponga clausula de que quando se offreciere que emendar, ampliar, corregir, establecer de nuevo, ò declarar, los prelados nos lo avisen en nuestro Consejo de las Indias. Y si la materia fuere tal que pueda tener peligro en la tardanza, la resuelvan por ahora nuestros Virrejes, Presidentes, y Audiencias: y esto se execute con calidad de que en la primera occasion den cuenta al *Consejo*.

ORDINATIO CII.
Eodem anno & die.

NE Indi teneantur ullum interdictum servare, nisi illi dederint caussam vel specialiter interdicti sint. Valuit usque ad annos triginta, hoc est, usque ad annum 1592. Ita Summarium privilegiorum à Concilio Limensi approbatum. Fr. Joannes Baptista apud Avendaño ait (*c*), Indis à Pio V. esse concessum, ut possint tempore interdicti audire sacrum. Sed videtur esse concessio præsens, quæ jam diu expiravit, cujus caducitas supprimitur, & quæ Pio V. tribuitur, cum à Pio IV. facta sit.

ORDINATIO CIII.
Eodem anno & die.

UT Indi quocumque anni tempore velari possint, & nuptialem benedictionem accipere, dummodo nuptialis pompæ apparatum illis temporibus non exhibeant, in quibus prohibitæ sunt ejusmodi velationes.

Sed

(a) *Villarr. apud Frasso cap. 34, n. 41.* (b) *Lib. 1. tit. 2. l. 24. Recop. Ind.* (c) *Avendaño, tit. 12. Thesaur. Ind. num. 225.*

Digitized by Google

Sed valuit tantùm ad annos viginti quinque, ideſt uſque ad annum 1587. Ita cit. Summarium ex Manuali Mexicano.

ORDINATIO CIV.

Eodem anno & die.

UT Epiſcopi Indiarum ad conficiendum ſacrum chriſma uti poſſint liquore, quem balſamum ibi vocant, quamvis non ſit verum balſamum. Ita habetur in cit. Summario, in Tabulis Claudii Clementis, & apud Loſſadam addentem, quod parùm refert, eſſe factam conceſſionem ad inſtantiam Fr. Franciſci Armellones, non ad inſtantiam Regis Catholici, ut aliàs habetur. Sed uterque ſuas potuit interponere preces, maximè cum conceſſio eadem facta ſit ſemel & iterum, ut in eodem Summario exponitur. Vide infra anno 1571. 2. Aug. Ord. 133.

ORDINATIO CV.

UT ſacrum chriſma poſſit confici cum numero miniſtrorum qui reperitur, quamvis non tot ſint quot requirunt jura. Sic habetur in citato Summario ex litteris apoſtolicis apud Bartholomæum Ledeſma in fine Summæ Sacramentalis: & fortè ſunt eædem, in quibus præcedens conceſſio ſit. Quot verò miniſtrorum aſſiſtentia requiratur ad chriſmatis renovationem, habes in pontificali. Concilii Rhotomagenſis anni 1072 canon eſt (*a*): *Secundum* ſtatuta Patrum chriſmatis, & olei baptiſmatis & unctionis conſecratio fiat hora competente, ſcilicet poſt Nonam . . . Debet Epiſcopus ut duodecim ſacerdotes ſacerdotalibus veſtibus indutos ſecum habeat curare, vel quam *plures*. Et Concilium Mediolanenſe I. (*b*) præcipit, ut cum oleum chriſmatis conſecratur, omnino interſint, qui dignitates & perſonatus obtinent, & canonici, & reliqui Eccleſiæ Cathedralis clerici, & quos Epiſcopus vocandos duxerit de eccleſiis civitatis, vel *diœceſis*.

ORDINATIO CVI.

Anno 1563. 2. Febr.

UT quoties ii qui verè pœnitentes & confeſſi ſunt, ſive firmum conſtitutis temporibus contendi propoſitum habentes aliquem ex infidelitate ſive ab idololatria ad veri Dei cultum reduxerint, toties plenariam indulgentiam, plenariumque jubilæum conſequantur, adjuncta aliqua per confeſſores pœnitentia ſalutari arbitraria: pro quo illorum conſcientiæ onerantur. Ita refert Avendaño (*c*): & quamvis jam expiraverit quippe ad vicennium tantum valitura conceſſio; ſed a ſucceſſoribus Pontificibus proro-

(a) *C. Rhotom. C. 1. apud Hard. t. 6. c. 1188.* (b) *C. Mediol. apud eund. t. 10. c. 646.* (c) *Avend. tit. 12. Theſ. In n. 488.*

Digitized by Google

prorogata est in Constit. *Animarum saluti*, ut vide infra ann. 1729. 12. Decembr. In prorogatione tamen requiritur etiam communio, & ablata est disjunctiva *Sive firmum*, &c. & conceditur omnibus Christi fidelibus in quibuscumque oceani Indiis, aut Sinarum regione, vel Brasilia costitutis. Neque in prorogatione continetur additum illud *Plenariumque jubilæum*.

ORDINATIO CVII.
Anno 1563. 15. Jun.

UT Societatis Jesu Provinciales, & ab eis deputati (I) presbyteri cum (II) neophytis provinciarum utriusque Indiæ, aliarumque regionum, ut in quocumque vel quibusvis à jure divino non prohibitis consanguinitatis & affinitatis gradibus vel aliàs conjunctis, matrimonium inter se contrahere, seu in jam etiam scienter contractis remanere valerent; in partibus ubi ordinarii facilè adiri possent, in foro conscientiæ tantùm (III) perpetuò: Et insuper ibidem infra tamen viginti annos, quod ipsi locorum ordinarii de presbyterorum eorundem tanquam assessorum & adjutorum suorum in locis ubi eorum posset haberi copia, consilio & cum illis etiam in judiciali foro: In reliquis autem provinciis ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis non minus bis-centum milliaribus remotis, quod Provinciales & deputati presbyteri cum eisdem neophytis etiam in utroque foro, gratis tamen dispensare possent. Et eos, qui in gradibus hujusmodi prohibitis etiam scienter contraxissent, ab excessibus, & excommunicationibus aliisque censuris, & pœnis ecclesiasticis in utroque foro absolvere, prolemque inde susceptam legitimam decernere. Ita habetur in litteris ejusdem indulti prorogatoriis à Gregorio XIV. datis 21. Sept. 1591. Incipit *Alias quidem*. Supra quam concessionem multa deinceps orta sunt dubia, de quibus infra anno 1701. 29 April.. & 1757. 27. Januar.

ADNOTATIONES.

(I) *Deputati presbyteri*. Non ergo erat opus ad dispensationes hasce deputari doctrinarios, seu parochos neophytorum, sed presbyter quilibet poterat deputari. Quod & de aliis privilegiis notaverat Avendaño (*a*).

(II) *Cum neophytis*. Neophytus, si etymon spectes, est novum germen, novum satum, nova planta. Apud Du-Fresne (*b*) sonat *Rudis*, *Novellus*. Apud Isidorum *Novellus*, *Rudis fidelis*. Apud Papiam *Nuper renatus*, vel noviter ad fidem veniens. Suidæ *Neostiphyteutis* sonat qui nondum sacramentum confirmationis suscepit: & in eundem sensum loqui videtur Concilium Rhegense (*c*), & Arelatense III. Eoque ipso nondum confirmati non

(a) *Avendaño*, *tit.* 12. *n.* 444. (b) *Du-Fresne*, *Glossar. Latinit. V.* Neophytus. (c) *C. Rheg. apud cit. Du-Fresne*, & *apud Hard. tom.* 1. *Concil. col.* 1750.

Digitized by Google

non poterant ad diaconatum vel sacerdotium promoveri. Neöphyti etiam nunc in Comitatu Provinciæ vocantur christiani ex Judæis facti, quos Hispani & Lusitani appellant *Christianos nuevos*. Neöphyti appellantur novi clerici & novi religiosi. Et universim novitas quædam eo nomine significatur.

At quantum temporis elabi oportet ut novitas hæc adolescat, & neöphytus esse desinas? Synodus Arvernensis (*a*) Aurelianensem imitata unius anni spatium, neöphytis præfixerat can. 9. his verbis: *Ut* nullus ex laïcis absque anni conversatione Episcopus *ordinetur*. Aliqui apud Solorzanum (*b*) requirunt bis centum ut minimum annos, ut possit quis christianus vetus appellari: & verum habet ad eos effectus ad quos adhibentur probationes de quatuor avorum christianitate.

Communis sententia est, neöphytum non esse qui baptizatur infans, neque qui ante decem annos baptizatus est (*c*). Et communis sententiæ ratio videtur esse, quia decennale tempus in jure dicitur longævum ex tit. 33. c. lib. 7. sic habente: *De præscriptione* longævi temporis decem vel viginti *annorum*. Et ex nota marginali ibid. explicante longum tempus per decem annos. Et ex arg. ejusd. tit. circa medium, ibi: *Longi* temporis, idest, decennii inter præsentes, vicennii inter *absentes*. Quibus alludit Jus Hispanum Partitarum (*d*) requirens ad consuetudinem præscribendam, dum tempus longum requiritur, decennium vel vicennium. Tempus verò ita longum ut sufficiat rebus antiquandis, sufficit utique ut illarum cesset novitas.

Certum igitur sit, neöphytos non veterascere breviori quam decem annorum tempore. An verò exacto decennio novitatem deponant, ita ut nequeant uti neophytorum privilegiis, quæstio est difficilis praxim per Novum Orbem observantibus. Dubium tamen hoc non cadit in privilegia concessa Indis qua talibus, vel Indorum genti, neque cadit in privilegium præsens quandiu vigeat quoad dispensationes matrimoniales; declaratum quippe est pro neöphytis habendos ad hunc effectum oriundos omnes Indiarum orientalium & occidentalium, etiam si christianorum filii, & in infantia baptizati sint. Vide infra anno 1729. 12. Dec. Ord. 522.

(III) *Perpetuò*. Cum vicennales prorogationes usque ad Alexandrum VIII. factæ sint suppressa hac perpetuitatis nota, sed non expresè revocata, dubitatum est an hoc privilegium hac parte valeret, vel factum esset per illiusmodi reticentiam ex perpetuo temporale. Dubium exemit S. Congregatio, cujus resolutionem vide anno 1701. 29. April. Sed perpetuitatem concessionis quoad conscientiæ forum rursus agnovit Sanctæ Romanæ Inquisitionis Congregatio approbante Benedicto XIV. infra anno 1757. 27. Jan. Adn. IV.

OR-

(a) *C. Arvern. apud Sirmond. tom.* 1. *in C.* 1. *lib.* 1. *Gofridi Vind. V.* Neöphytus. (b) *Solorz. tom.* 2. *De Ind. Jur. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 82.

(c) *Vide Bonacinam, tom.* 1. *De Censur. d.* 7. *q.* 2. *P.* 1. *num.* 5.

(d) *Partit.* 1. *tit.* 2. *l.* 5.

Ee

ORDINATIO CVIII.
Anno 1564.

FIT Archiepiscopalis Sedes Sanctæ Fidei de *Bogota*, ut refert Cl. Clemens in Tabulis Chronol. Ind. Vide supra anno 1561. Ord. 98. Et novissime ait P. Coleti (*a*): *Le fu* dato Vescovo dal Pontefice Pio IV. con bolla degli 11. di Settembre del 1562., e due anni dopo nel 1564. fu fatta metropolitana con Arcivescovo, che ha per suffraganei i Vescovi di Popayan, Cartagena, e Santa *Marta*.

ORDINATIO CIX.

UT Episcopi Indiarum possint ad omnes ordines dispensare cum illegitimis. Meminit circa hoc tempus P. Cl. Clemens in cit. Tab. Vide infra anno 1571. 4. Aug.

ORDINATIO CX.
Anno 1566. 20. Jun.

UT prælati Indiarum dispensare possent in gradu simplice aut duplice, in tertio & quarto duplice, in quarto duplice & simplice. Parum obstat P. Claudii Clementis hoc referentis privilegium laconismus, & ex laconismo confusio; nam gratia concessionis decennio expiravit.

ORDINATIO CXI.
Anno 1567. 24. Mart.

PIus V. ad instantiam Regis Catholici concessit omnibus religiosis quorumcumque Ordinuum (I) etiam Mendicantium in Indiarum maris Oceani partibus in eorundem Ordinum monasteriis, vel de illorum superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium ipsis de simili licentia assignatis & assignandis officium parochi matrimonia celebrando, ecclesiastica sacramenta ministrando, prout usque ad illud tempus consueverant (dummodo in reliquis formam Concilii Tridentini observarent) exercere & verbum Dei prædicare de suorum superiorum licentia in capitulis provincialibus obtenta, ac confessiones audire, ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requisita (II) libere & licite valeant. Et ne in locis illarum partium, in quibus sunt monasteria religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per episcopos innovetur. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Ita habetur in Bullario Communi, & apud Frasso (*b*). Incipit *Exponi Nobis*.

Anno sequente 1568. 15. Januarii lata est a Philippo II. Rege Catholi-

(a) *Joann. Dom. Coleti Dizion. V.* Santafe. (b) *Frasso, cap.* 53. *De Reg. Ind. Patr. n.* 2.

Digitized by Google

tholico lex juri Indico (*a*) deinceps inserta, cujus argumentum est: *Que se publique*, el breve para que los religiosos mendicantes puedan administrar los santos sacramentos à los *Indios*. Et tenor ejusdem legis est: *Los Virreies*, Presidentes, y Oidores, y otros qualesquier Justicias de las Indias hagan publicar el breve concedido por N. S. P. Pio V. en 24. de Marzo de 1567., para que los religiosos de las Ordenes mendicantes puedan administrar los santos sacramentos en todos los pueblos de Indios segun y de la forma que lo hacian antes del Concilio de *Trento*.

ADNOTATIONES.

(1) *Quorumcumque Ordinum*. De Societate Jesu dubium fuit, eo quod in brevi requiratur ad obeundum parochi munus, quod fiat designatio vel obtineatur licentia in Capitulo Provinciali: quod non erat ex Societatis usu. P. Pellizzarius (*b*) inquit: *Moneo* hic unum, quod diximus in principali responsione, non posse uti præsenti privilegio religiosos, qui in his locis non habent capitulum provinciale, habere locum in societate Jesu, ideoque non posse illius religiosos uti tali privilegio, nisi ad id designentur in congregationibus provincialibus, quæ in unoquoque triennio (non nisi sexennio fiebat in Indiis) haberi solent, quamvis aliàs in illa non extet usus capitulorum ut in aliis religionibus. Ducor quòd ex una parte in concessione præsentis privilegii petitur, ut fiat illa designatio in capitulis provincialibus, congregationes autem provinciales in Societate æquivalent capitulis provincialibus. Ergo in iis facienda est illa designatio, cum sic impleri possit tenor privilegii. Ita docti Recentiores à me consulti, & *probabiliter*. Hæc Pellizzarius.

P. Joannes Perez Menacho, quem refert P. Eugenius Lopez Studii Neo-Cordubensis in Tucumania Cancellarius in M. S. ait, in Societate non requiri doctrinariorum assignationem capitularem, quia privilegium hoc receptum est in Societate, & quidquid recipitur, ut est in proverbio, ad modum recipientis recipitur. Quod nimis universaliter, nimis etiam crudè dictum est. Nullo teste, nulla ratione firmatur, privilegium hoc fuisse receptum in Societate, prout à Pio V. concessum; usus enim si fuit conformis, fundari potuit in concessione Adriani VI. & in alia Pauli III., de qua supra anno 1549., quæ non requirunt assignationem Capituli. Facitque lex 27. tit. 15. lib. 1. Recop. Ind., sex annis post hanc Pii V. constitutionem lata, ubi declaratur, religiosos Societatis posse doctrinas Indorum suscipere & administrare per omnimodam Adriani, ut vide supra Ord. 37. anno 1522. 9. Maii. Adnot. I.

Nihilominus videtur certum potuisse Societatem, dùm stetit, independenter à Capitulo vel Congregatione Provinciali parochiale munus obire, si & quatenus possunt alii regulares ex privilegio Pii V. juncto alio Gregorii XIII. Pii successoris in Const. *Decet Romanum*, data 3. Maii 1575.,

(*a*) *Leg. 47. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind.* (b) *Pellizzar. tr. 8. Man. Reg. cap. 3. s. 5. n. 337. q. 2.*

Digitized by Google

1575., in qua exposito per Præpositum Generalem, propter instituti Societatis diversitatem aliquando dubitari circa modum utendi privilegiis aliorum ordinum à Summis Pontificibus præsertim à Pio V. communicatis, ad submovendam dubietatem concedit Gregorius, ut Præpositus & Societas privilegiis utcumque concessis aliarum religionum ordinibus, congregationibus, capitulis, juxta Societatis instituti rationem, ritus, mores, usus, consuetudines, & procedendi modum uti possint: quodque talia privilegia Præposito Societatis concessa intelligantur cum potestate illa communicandi. At ritus, mos, & usus Societatis erat, ut officiis & ministeriis addicerentur socii a superioribus, non à capitulis, nec à congregatione provinciali.

Quodsi capituli concursus, vel consensus necessarius sit, ut vult Pellizzarius cum doctis ab eo consultis; satis fiet si congregatio provincialis pro assignatis & nominatis se habere declaret, quos Provincialis Superior nominaverit, ut docent Rodericius (a), Sanchez (b), & Pellizzarius ipse (c). Quia hoc perinde est ac si in capitulo vel congregatione fieret assignatio, & daretur licentia, & reipsa ibi confertur. Id probat Rodericius *argumento* eorum, quæ quotidie versantur in praxi, scilicet quando delegato conceditur, ut quos ipse in prælatos aut in procuratores nominaverit, ipse delegans Episcopus vel ordinarius ex nunc pro tunc habet pro nominatis, & ipse eos *nominat*.

Dubium etiam videtur fuisse de Franciscanis, non ratione assignationis nec ratione muneris parochialis, quod nihil habet alienum ab Ordine Seraphico saluti animarum cum primis intento, sed ratione synodi, ut vocant, quæ species quædam est redditus Minorum de Observantia paupertati repugnans. Sed Jure Indico (d) declaratur, synodum præstari ejus Ordinis doctrinariis, non per modum redditûs, sed per modum eleemosynæ.

Sed quo nomine præstabatur doctrinariis Societatis, quibus prohibitum erat (e) admittere stipendium vel eleemosynam in ministeriorum compensationem? Respondet P. Sanchez (f), *non interdici* in Societate eleemosynas accipere erogatas liberaliter & ex gratitudine, quamvis eas non erogarent fideles spiritualia non recipientes, quia cum tales eleemosynæ ex nullo inito pacto, nullaque obligatione, sed ex mera gratitudine & liberalitate conferantur, nullam habent rationem compensationis vel stipendii pro spiritualibus receptis. Et sic habetur 6. P. Constitutionum, cap. 2., & cap. 1. Exam. T. 3., ubi solæ eleemosynæ interdicuntur, quæ in compensationem & stipendium *dantur*.

Respondet ibid. num. 3., *non interdici* recipere aliquid ex pacto pro emendis necessariis ad eundum aliquò causa exercendi ministeria, vel pro sustentatione ministrorum, quia tales expensæ non petuntur pro rebus ipsis spiritualibus, sed pro requisitis ad *spiritualia*. Sed hæc secunda responsio

(a) *Roderic. QQ. RR. q. 55. art. 3.*
(b) *Sanch. l. 3. De Matrim. d. 26. num. 4.*
(c) *Pelizz. loc. cit.*
(d) *Leg. 25. tit. 15. lib. 1. Rec. Ind.*
(e) *P. 6. Const. Cap. 2.*
(f) *Sanchez, lib. 7. Summæ, cap. 28. num. 2.*

ponsio non caret difficultate, ut inquit Castropalaus (*a*); neque enim pecunia data clerico sæculari pro missa celebranda dicitur stipendium, nisi quia datur ad illius sustentationem sub obligatione faciendi sacrum, & sic ab eo acceptatur, nam sacri pretium esse non potest, nec compensatio. At in Societate, sive ex prohibitione, sive ex voto paupertatis, aliquid in hac materia erat illicitum, quod aliis licet, & quod in aliis est simoniæ labe purum, ut habetur cit. Examinis loco, ibi: *Quantumvis aliis sit licitum*. Propter hæc addit Castropalaus: *Censerem* dicendum, non posse Societatem obligari obligatione justitiæ ad spiritualia ministranda ex fundatione collegiorum, missionum, & similium; bene tamen ex gratitudine & *fidelitate*.

Sed quomodo hoc constat cum lege 30. tit. 15. lib. 1. Juris Indici, ubi dicitur. *Todos* los que sirvieren las doctrinas, han de entender en el officio de Curas, *non ex voto charitatis*, como dicen, sino de justicia, y *obligacion*. Resp., doctrinarios de Societate obiisse munus parochiale ex justitia & obligatione, ut lex habet; sed hanc obligationem subibant ex officio, non ex stipendio, quod synodum vocant. Ita ut officio ritè collato, & acceptato, vel injuncto, non solum ex charitate & fidelitate obligati essent, sed ex justitia, quandiu duraret officium, licet synodus non solveretur. Modo tamen non agitur de obligatione aliunde imminente quàm ex stipendii vel eleemosynæ erogatione.

P. Pellizzarius (*b*) aliter sustinet cum Card. de Lugo quem citat, responsionem Sanctii dicens: *Hominibus* de societate interdictum esse accipere pro ministeriis spiritualibus, non omnino, sed illud quo ministeria videntur compensari. Unde fit ut quamvis ratione eorum non possimus recipere necessaria ad competentem sustentationem (sicut possunt alii religiosi); licitè tamen possimus nos servare indemnes, recipiendo v. g. pro viatico vel victu subministrando in alio loco, in quo alias non essemus alendi, aliisque similibus; hoc enim non affert lucrum, sed aufert novos sumptus, & expensas extraordinarias, facitque non ut accipiamus, sed ne expendamus ex nostro id quod alioquin non esset expendendum: quod certè non est recipere stipendium vel eleemosynam, sed *non dare*.

Notandum verò est hoc titulo à Pellizzario explicato, solum posse recipi de eleemosyna, quantum in sustentationis, vel viatici, vel aliàs de tuo faciendos sumptus expendendum foret, de reliquo abstinendum. Id quod in Congr. Gen. XII. D. 40. statutum erat, ibi: *Nihil* præter id quod ad concionatoris sustentationem (dum peregre abest) & viaticum fuerit expensum vel necessarium, accipi à nobis posse tanquam stipendium aut eleemosynam in compensationem pro ministerio, adeoque quidquid ultra reliquum fuerit, reddat. Si tamen urgeat ille, velitque ultro & sponte aut titulo puræ & liberalis eleemosynæ dare, poterit in eo casu superior in utilitatem domûs, cui præest, accipere.

Idemque de synodo, quod de eleemosyna in missionibus vivis oblata, dicen-

(a) *Castrop. tract. 16. D. 3. Functo XI. num. 6.* (b) *Pellizz. cit. tr. 5. cap. 9. §. 3. n. 24.*

Digitized by Google

dicendum. Quod tamen de synodo post ministrorum alimenta superaret, sine nova declaratione vel licentia, poterat in donaria expendi ad cicurandos sylvicolas barbaros, infidelesque ad christianismum afficiendos; nam hæc fuit voluntas à donante Rege sæpè declarata, nominatim in schedula ad Paraguay Episcopum data 31. Martii 1707., cui similes aliæ ad prælatos alios, regiosque ministros eodem tempore datæ sunt. In illa dicitur: *Con lo que* el synodo produce, se adelantan mucho las conversiones, dando à los Indios algunos donecillos . . . y sustentandose los *religiosos*, &c.

(II) *Ordinariorum licentia minimè requisita*. Requiritur illa quidem in Tridentino (*a*) non diu antequam ederetur præsens constitutio concluso, confirmato, & promulgato, quodque procul dubio edendæ occasionem fecit. In eo decretum est, ut *Tam regulares* quam sæculares personarum sæcularium præter eas, quæ sunt de monasteriorum seu locorum familia, curam exercentes subsint immediatè in iis quæ ad dictam curam & administrationem sacramentorum pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum, in quorum diœcesi sunt sita. Neque ibi aliqui etiam ad nutum amobiles deputentur nisi de eorundem consensu & prævio *examine*. Et cap. 22. ejusd. sess. derogatur omnibus contrariis privilegiis, quibuscumque verborum formulis concepta sint. Quæ derogatio non tantum refertur ad contenta in eo capite, sed ad contenta in tota sessione, ut scilicet salva sint non obstantibus quibuscumque. Sic enim declaratum est ab Innocentio XIII. in Const. *Apostolici Ministerii*, & confirmatum à successore Benedicto XIII. 23. sept. 1724. (*b*).

Sunt qui velint, ejusmodi derogationes non afficere privilegia indica, quantumvis universales sint, nisi illa exprimant, eoquòd concessa sint in favorem religionis, & fidei propagandæ causa, in favorem etiam Indorum, qui Jure reputantur personæ miserabiles, ideoque specialiter exprimendæ, & quia ad instantiam Regum ut plurimum concessa sunt (*c*). Quæ si vera sunt, cur Concilio promulgato tam instanter supplicatum est pro confirmatione concessorum facta in præsente Constitutione, cum certum sit nec in illius derogationibus Indias exprimi? Cur in hac eadem Constitutione declaratur, in reliquis præter ea, quæ denuò conceduntur, observandam esse formam Tridentini? Sed etiam expressione facta hujus privilegii piani, quamquam confirmatum fuit à Gregorio XIV., multa deinceps ordinata sunt, per quæ redactum est ad terminos juris saltem quoad necessitatem licentiæ episcopalis ad obeundum munus parochiale. Vide infra anno 1627. 6. Febr., & 1751. 8. Nov. Ord. 177. 263. 273. & 312.

OR-

(a) *Trid. sess. 25. cap. 11. De Regul.* (b) *Const. Apostolici Ministerii* §. 23. (c) *Vide Avendano, tit. 12. Thes. num. 485.*

Digitized by Google

ORDINATIO CXII.

UT Indiarum orientalium episcopi dispensare possint cum iis, qui matrimonium inter se in gradibus à jure prohibitis contraxerant, vel quos in posterum contrahere contigerit. Ita habet P. Quintanadueñas (a) ex Epistola quadam S. Pii V. ad Archiepiscopum Goanum, ubi *Considerantes*, ait, quam difficile sit ex tam remotis orbis partibus ab Apostolica Sede hujusmodi absolutiones & dispensationes petere, facultatem eam duximus concedendam, sicut ex aliis litteris nostris intelliges. Potestatem etiam tibi & Episcopis tuis, ac successoribus vestris elargiendi Christi fidelibus diebus festis quibusdam maximè solemnibus indulgentias quas dedimus. Cujus concessionis litteras ad te unà cum his *mittimus*. Hoc omnino de præsente concessione acquirere potui. Vide La derchi. a. 1567.

ORDINATIO CXIII.
Anno 1567. 7. Octobr.

PIus V. Alphonsum Archiepiscopum Mexicanum obtestatur, ut gentiles conversos à militum injuriis defendat. Extat apud cit. La derchi.

ORDINATIO CXIV.
Anno 1567. 8. Oct.

MExicano Proregi D. Gastono Peralta Marchioni *de Falces* idem quod Archiepiscopo circa neöphytos officium committitur. Extat apud eundem.

ORDINATIO CXV.
Anno 1567. 9. Oct.

UT Sebastianus Portugalliæ Rex Indiæ Proregi mandet, ut gentiles ad fidem conversos benignè tractet, à militum injuriis tueatur, scandala removeat, evangeliique ministris auxilium impertiat. Extat apud eundem.

ORDINATIO CXVI.
Anno 1567. 11. Octobr.

IDem officium Proregi Goano & Consilio Indiæ recommendat, datis ad eos litteris, apud eundem. Rursus inculcat id ipsum novo Indiæ Proregi D. Ludovico de Ataide; ac prætereà ut neöphytos assumat ad honores & munera reipublicæ, anno eodem, 25. Decembris, ut refert idem author.

OR-

(a) *Quintanad. tr. 6. sing. 22. n. 19.*

ORDINATIO CXVII.
Anno 1567. 14. Octobr.

CHristi fidelibus in partibus Indiæ constitutis ad ædificandas catechumenorum domos adjuvantibus, vel ad alendos, contritis & confessis decem annos. Servientibus verò in ejusmodi domibus, qui contriti vel confessi sacram communionem receperint, septem annos indulgentiæ concedit in perpetuum. Extat apud eundem. Incipit *Sancta Romana*.

ORDINATIO CXVIII.
Anno 1567. 27. Oct.

UT monasteria quædam ad fratres ordinum mendicantium, veluti Sancti Dominici, & aliorum, ac Societatis Jesu transferrentur, ea conditione ut deberent quotannis subministrare aliquas idoneas personas de suo cujusque conventu mittendas in Indias, & in alias regiones, quæ à gentilibus incolerentur. Extat pars apud eundem.

ORDINATIO CXIX.
Anno 1567. 15. Dec.

CHristi fidelibus in Æthiopia, India, Molucis, Japonia, & quibuscumque oceani insulis, & Sinarum regione & Brasilia constitutis, qui contriti & confessi ecclesiam, capellam, xenodochium opera presbyterorum & ministrorum Societatis erectum visitaverint, & pro conversione infidelium & ecclesiæ pace oraverint, toties quoties quadraginta dies, & semel quolibet anno, festo die quem Provinciæ minister constituerit, septem annos & totidem quadragenas concedit de vera indulgentia. Extat apud eundem: incipitque *Cupientes*. Vide infra Ord. 130. Adnot. I.

ORDINATIO CXX.
Anno 1567. 20. Dec.

UT Societatis Jesu Provinciales. & presbyteri à Præposito Generali, vel Provinciali deputati in Æthiopiæ, Arabiæ, Persidis, Indiæ, & Sinarum regione, in Japonia, Brasilia, & aliis orientis regionibus, aut oceani insulis quibuscumque à gentilibus habitatis, cum neöphytis in quocumque, non tamen à jure divino prohibito, consanguinitatis, aut affinitatis gradu, ut matrimonia inter se contrahere, vel in contractis permanere valerent, dispensare possent, & eos absolvere in utroque foro à sententiis, censuris, & pœnis propterea incursis, prolem legitimam declarare susceptam & suscipiendam, si aut proprium episcopum non haberent, vel quòd non minus bis-centum milliaribus distaret, eum adire non possent. Admonebantur, ut hac facultate non uterentur, nisi ubi expedire viderent: in quo illorum conscientiæ onerabantur. Utque neöphytos mo-

Digitized by Google

movetent, ut à matrimoniis abstinerent divina lege prohibitis. Extat apud cit. Laderchium, extracta, ut inquit, ex Archivo Vaticano. Incipit *Cum gratiarum*. Vide supra anno 1549. 18. Octobr., & Ord. 107.

ORDINATIO CXXI.

MUtato consilio mittendi ad Novum Orbem Internuntium, per quem melius omnia cognosceret & curaret, Regem Catholicum de rei indicanæ necessitatibus, & quid facto esset opus, edocere prætulit S. Pius V. In his, collectis piorum eleemosynis more nascentis ecclesiæ, tum ex regiis tributis alimenta neophytis præberi oportere, ne fame compulsi ad pristinos mores & vitia relaberentur ad socialem vitam instituendos per sacros & eruditos magistros, licèt hoc quemque pro viribus agere deceat. Si christianis ethnicisque unum esset hospitium, iis idololatriæ dicata loca non permittenda, sed solo æquanda, ne baptizatis ad impietatem relabendi præberetur occasio. Non tolerandum ut christiani in exercendo religionis cultu prohiberentur ab ethnicis. Crapulam & scelera abolenda. Infideles ad custodiam legis naturæ (I) adigendos. Ne regii ministri (II) mancipiorum loco uterentur Indis, sed eorum tantum operâ qui servire sponte voluissent, iisque pactam mercedem tribuendam esse, neque eos onerandos immoderatis vectigalibus, sed qua par esset æquitate omnes habendos. Ecclesiasticos à vectigalibus immunes conservandos. Episcopis relinquendam sui muneris potestatem. Integros visitatores & magistratus illarum partium decernendos. Armis contra ethnicos sumendis, illisque bello subigendis nihil inique nihil crudeliter ageretur; neque ad christianam religionem compellendos esse, sed benignè suscipiendos. Refert Antonius Gabut in Vita S. Pii V. apud Bolandianos (a) Omniaque monimenta hæc jam per regias schedulas postea in corpus juris indici redactas præscripta erant, ut videre est in Recopilationis titulis respectivis, nominatim tit. 1. lib. 1. *De la Fê Catholica*, tit. 1. lib. 6. *de los Indios*, tit. 3. ejusd. libri, de *las Reducciones* y *Pueblos de Indios*.

ADNOTATIONES.

(I) *Ad custodiendam naturæ legem adigendos*. Solorzanus (b) relatis pluribus Indorum contra naturæ legem peccatis, ait: *Todos* los quales vicios haviendo venido à noticia de los nuestros luego que los descubrieron, y haviendo en muchas partes pedido su favor unos contra otros, paraque de tales oppressiones los sacassen y libertassen, no tiene duda que les pudieron dar y dieron justa causa para estorvarlos, y para hacerles justa guerra, si apercebidos y amonestados como lo fueron sufficiente y repetidamente no los quisieron dejar, segun el sentir de casi toda la escuela de Theologos y Juristas, que tienen esto por mas seguro, quando para ello

(a) *Acta SS. tom. 1. Maii, Die 5. pag. 654.* (b) *Solorz. lib. 2. Polit. cap. 9.*

Digitized by Google

ello precede licencia del Romano Pontifice, como en este caso la huvo, de cuja Jurisdicion se hacen todos los infieles, que cometen semejantes peccados. Y assi lo decidio Pio V. declarando y mandando, que pudiessen ser compellidos à guardarla lei *natural*.

Duo inferendi belli titulos confundit hic author: peccata contra naturæ legem, & innocentum oppressionem qui auxilia petunt ut liberentur. Qui tituli, si seorsim accipiantur, non est usque adeo communis sententia Theologorum & Juristarum, bellum & infidelium debellationem justificari ex primo sine secundo, ut videre est apud Dianam (*a*) quem se citantem citat in suam vicem Solorzanus, ac expresse de Indis agentem apud Acostam (*b*), qui de authoribus id tituli reprobantibus ait: *Quorum* sententia jam dudum apud omnes obtinuit, Salmantino & Complutensi illustribus gymnasiis damnantibus, ut audio, atque explodentibus scriptum cujusdam librum contra causam Indorum, atque ipso Catholici Regis Senatu aliam rationem in expeditionibus *præcipiente*.

Loquitur, credo, Acosta de libro in forma dialogi scripto à Joanne Genesio de Sepulveda, cujus censura refertur in Disputatione habita cum Episcopo Chiapensi edita Hispali anno 1552., ubi in Operis argumento dicitur: *El Consejo* de Indias negó licencia para imprimirlo. Alcanzo cedula, paraque se remitiesse al Consejo de Castilla el año de 47. que vino de las Indias el Obispo de Chiapa, y se opuso . . . El Consejo de Castilla lo embio à las Universidades de Salamanca y Alcala, las quales determinaron que no se debia imprimir como doctrina *no sana*.

Verum est, quod in Sepulvedæ libro non solum petitur inferendi ratio belli à peccatis Indorum contra naturam, sed etiam à stupiditate, ab utilitate illis proveniente, ut nempe bello domiti fidei recipiendæ pronius aptarentur, & ab injuriis sibi invicem illatis. Nec constat utrum censura Salmantina & Complutensis ad omnes hos titulos, an ad aliquem in particulari referatur. Huic etiam judicio opposuit libri author propitiam editioni censuram Romanam. *Mi libro* (ait ille) fue impresso en Roma examinado y aprobado del Vicario del Papa, del Maestro del Sacro Palacio, y de un Auditor *de Rota* (*c*).

Quidquid de hoc sit, ex eo constat peccata Indorum contra naturam non præstare bello, sive ut debellentur titulum se solo communi Scholæ calculo sufficientem. Et falsum etiam est, quod aiebat Solorzanus Pium Quintum hujus tituli sufficientiam declarasse, nisi alia sit declaratio à præsenti ordinatione diversa. Nam verbum *adigere*, etiam si pro eodem ac compellere accipiatur, indeclaratum relinquit compulsionis genus. Et potest intelligi de compulsione spirituali, ut Genes. 19. & Luc. 14. Quodsi de compulsione corporali intelligatur, non constat an Pontifex loquatur de infidelibus jam subditis. Præsertim cum paulo ante in eadem constitutione sermo sit de ethnicis, quibus cum christianis unum sit hospitium.

(II) Ne

(a) *Diana coord. tom. 7. tr. 7. R. 15.* (b) *Acosta, l. 2. De Proc. Ind. sal. cap. 3. & 4.* (c) *Sepulveda, post 11. object.*

(H) *Ne mancipiorum loco*. Quattuor mancipandi tituli numerari solent; nativitas, venditio, bellum, & pœna. Unde Indi natura & voluntate liberi, qui nulla injuria lacessant, mancipiorum loco haberi nequeunt. Et ita legibus, & consuetudine jam antiqua statutum est. Sed quoniam Rex, vel qui à Rege authoritatem habent, Regii Ministri certum Indorum numerum consignant benemeritis ad aliquod negotium, ut ad pascenda pecora, ad sementem faciendam, & similia, quod *commendare* dicitur, cum onere providendi de doctrina, & tuendi commendatos, quæritur an id ex æquo procedat, cum videatur hoc personalem servitium intrudi contra libertatem. Verum id, inquit Acosta (*a*), iniquum non est per se, cum tributi loco accipitur; nam quantum essent pensuri, tantum remittitur pro operæ mercede. Ubi cavendum est, ne onus premat Indos inæqualiter, & ne ad eas serviendi vices rebus suis in necessariis desint. Eadem ratione licet Indos cogere ad tales operas salva libertate, quatenus liberi cogi possunt ad tributa solvenda.

Sed propter incommoda in hoc exigendo jure probata lata est lex 25. t. 5. *De los tributos y tassas lib. 6. Recop. Ind.*: *Ordenamos* que se junten los que tuvieren el govierno secular con el Obispo, y Prelados de las Religiones, Officiales Reales, y otras personas noticiosas y desinteressadas de la provincia, traten, y confieran en que frutos, especies, y cosas se pueden comodamente tassar y estimar los tributos que correspondan y equivalgan al interes, que juxta y licitamente pudiera importar el servicio personal: y hecha esta comutacion haran que se reparta à cada Indio lo que assi ha de dar en dineros, frutos, o especies: y los Encomenderos no puedan llevar mas de lo que esto *montare*. At quia aliquarum regionum Indis non suppetit unde tributa hæc re alia commode pendant, alicubi etiam usus obtinere videtur relatæ legi contrarius.

Obtinebat olim certe in provinciis *de Venezuela*, ut constat ex declaratione Diœcesani facta anno 1609., de qua in Synodalibus de *Puerto Rico* (*b*) fit mentio: *Nos D. Fr.* Antonio Alzega Obispo de Venezuela, y Sancho de Alquiza Gobernador . . . Por quanto Su Magestad en su Cedula fecha en Madrid en 18. de Diciembre de 1591. nos cometio tassar los Indios . . . teniendo consideracion a que los Indios de todas estas provincias no tienen oro, ni plata, ni otra cosa de que puedan dar tributo sino el servicio de sus personas, como es notorio, . . . declaramos que la dicha doctrina y su estipendio se pagasse de por mitad en respecto de haver mandado . . . tres dias de semana à cada encomendero, y reservamos otros tres a los dichos *Indios*, &c.

Hæc in ditione Regis Catholici; in Lusitana, post quam Castellani Reges dominio cesserunt, non tantum crevit miseros captivandi libertas contra jus, quod malum in utraque ditione, piissimis Regibus invitis, satis vulgare fuit, sed id honestare & velamine pietatis operire ausus non nemo est. Refert Fr. Dominicus de Texeira Augustinianus

(*a*) de

(a) *Acosta lib. 3. cap. 17.* (b) *Synodo de P. Rico de 1647. c. 18.*

Digitized by Google

(a) de Gomezio Freire de Andrade (seniore), dum circa annum 1685. Maragnonis Gobernatorem ageret, Seren. Portugalliæ Regem informasse ut sequitur. = *Discurrio* sobre el cautiverio de los Tapuyas, diciendo que aquellos sertones eran habitados de muchos pueblos barbaros divididos en naciones distintas en las lenguas, no en la crueldad. Como todas eran por antiguos odios enemigas, conservaban entre sì como herencia la guerra: que en tre aquellos gentiles alcanzaba à los muertos y à los vencidos en igual suerte una misma condicion, porque unos y otros guisados à su modo venìan à ser sustento de los vencedores: que solo hallando quien les comprasse los prissioneros, se deshacian de ellos à trueque de algun instrumento de cortar leña, ù otras drogas de poca consideracion: que serìa accion de piedad catholica, suspendida en parte la lei que prohibia aquellos esclavos, rescatar con tan leve costo aquellos miserables, con que venian à ganar en el cautiverio la vida, en la conversacion el alma, y el estado del Marañon se utilizaba en obreros para la agricultura, la Iglesia en subditos, y el Reino en vasallos: que no eran mas justificadas las causas porque los recibian comprados en Cabo-Verde, Costa de la Mina, Santo Thome, Angóla, Mozambique, Mombaza, Rios de Sena, y otras partes. Que los gentiles de aquellos sertones americanos no tenian mejor Dios que los de Guinéa, paraque no se practicassen en America las mismas lèjes que en Africa. Que las demasìas de los nuestros se evitaban con tomar el Rei por su cuenta este negocio, siendo los mismos missioneros los administradores comprandose de la hacienda real, sin permitir que ningun particular, ni aun el Gobernador, Cabo de guerra, ò Ministro de Justicia los rescatasse. Que en las batallas que daban nuestras tropas à algunos de aquellos gentiles enemigos nuestros, padecian los miserables estragos majores, porque como no se tomaban prisioneros, cortaba la espada con un mismo golpe contrarios y rendidos. Inhumanidad horrorosa à los ojos de la compassion, à los de la indignacion *grata*. =

Juxta Gomezii sic discurrentis dictamen reformatas esse antiquas Lusitaniæ leges, & hodiernam praxim regulatam colligitur ex iis, quæ D. Condamine refert in itinerario (b) dum ait: *Tienen* en sus riberas (del Rio Negro los Portugueses) un campo volante . . . para favorecer el comercio de los esclavos legitimo y conforme à las lèies de Portugal, esto es de los Indios pressos en guerra por sus contrarios, quando estos son comedores de carne *humana*.

Tota discursus gomeziani summa vertitur in hoc dubio, quod Theologi tractant: *Utrum* ab hostibus occidendi possint oblato pretio in servitutem *redigi*? Ad quod respondet P. Molina (c), posse justè interficiendum quovis pretio redimi, & in perpetuam redigi servitutem, neque enim tunc vita hominis vili pretio emitur, sed certa mors cum perpetua servitute

(a) *Texeira, Vida de Gomez Freire de Andrade. P. 2. lib. 2. num. 229.*

(b) *Extracto del Diario de Condamine impresso en Amsterdam, año de 1745. pag. 65.*

(c) *Molina, D. 33. De just., & Castropalao, tr. 31. P. 9.*

ſervitute commutatur: quod piæ humanitatis officium eſt per ſe loquendo. Si interficiendus injuſtè ſit, & vi vel arte poſſet quis ſine proprio ſuo notabili incommodo nullo pretio liberare, debet. Si non poteſt, cavendum eſt ut cum minimo damno vel præjudicio interficiendi liberetur. Unde ſi temporali ſervitute ſatisfaciat pro pretio, liberandus eſt à perpetua, niſi forte perpetua illi expediret ad animæ ſalutem. Et in hoc, inquit Caſtropalao, omnes conveniunt. Eadem ratione ſi malum interficiendorum vitari poteſt ſervitute regia, qua fiant vaſalli, non licet herilis qua ſclavi fiant ſeu mancipia, niſi hoc ſervitutis genus alio nomine cohoneſtetur. Non inquam licet, nec in Africa, nec in America. Commoda verò in ſtatum redundantia, ſive ex agricultura, ſive aliunde quæri non debent per injuriam ulli irrogatam.

Sed & conſtat minimè commodam eſſe Statui Maragnonis ſeu Braſilico Indorum captivitatem. Idque à Fideliſſimo Portugalliæ Rege Joſepho I. recèns notum factum eſt lege lata 6. Jun. 1755., ubi inter alia dicitur poſt extractos è ſilvis multos Indorum miliones, ſic eſſe extinctos ut rariſſimi ſint illorum pagi, & pagorum incolæ, & paucorum, qui reliqui ſunt miſeriam eſſe talem, ut infidelibus ſcandalo ſit & horrori, qui in converſionem & fidem derivatur: quo fit, ut magis in dies à via ſalutis recedant, & Braſiliani Coloni neceſſario careant famulatu. Cauſam malorum poſt iteratas conſultationes inde peti, quod libertate priventur. Vide P. Antonium Vieiram ſermone, quem *de Epiphania* habuit Ulyſſipone exul in patria ex Maragnone cum ſociis expulſus ob præſtitum Indorum libertati patrocinium.

ORDINATIO CXXII.
Anno 1568. 28. Dec.

QUA diſponitur quid in Indiis liceat vel non circa religioſorum paupertatem. Fit mentio in Jure Indico Hiſpano (*a*) ibi *Mandamos* à los Virrejes y Audiencias, que tengan mucho cuidado de que por medio de los Provinciales y Superiores ſe atienda à prohibir la propriedad en particular de los religioſos, y caſtiguen à los legos que de eſto participaren de manera que ceſſe el inconveniente y eſcandalo que ſe ſigue de que los religioſos tengan dineros, y paſſen con ellos à eſtas partes, y ſobre todo ſe guarde y execute lo diſpueſto por derecho y breves de Su Santidad eſpeciales para la *Indias*. Hæc de memoratis brevibus acquirere potui, quorum datæ mihi ignotæ diem ſubſtitui; quo lex indica prodiit. De quodam ejuſdem argumenti brevi vide ſupra Ord. XCII.

OR-

(*a*) *Leg.* 50. *tit.* 14. *lib.* 1.

Digitized by Google

ORDINATIO CXXIII.
Anno 1569. 4. Januar.

PRO Foro conscientiæ ad decennium concessit Pius V., ne christiani in India incurrerent excommunicationem Bullæ Cœnæ propter commercium cum infidelibus, tam de aliis mercibus, quam de armis, quando non esset in præjudicium christianitatis, ut si hostem non notabiliter armarent. Quam concessionem ad aliud decennium extendit Gregorius XIII. facta declaratione, ut ii qui mercatorum more exposita habent hujusmodi prohibita, ut illa infidelibus vendant, excommunicationem incurrant, etiamsi eos quibus illa vendunt, non notabiliter arment; non tamen illam incurrant qui privatim & sine probabili periculo aliquid parvi momenti venderent, ut pugionem vel gladium. Sunt hæc vivæ vocis oracula. Ita P. Avendaño (*a*), qui addit in Auctario, videri concessa hæc ad eximendos scrupulos; & quod unum pugionem vel gladium vendere sine probabili periculo materia sufficiens non est excommunicationis. Mirum tamen sit, quod concessio facta præcise ad eximendos scrupulos, tam accuratè & in prima concessione & in prorogatione limitetur ad decennium.

ORDINATIO CXXIV.
Anno 1569. 4. Jan.

PIus V., & Gregorius XIII. concesserunt Patribus Societatis in India commorantibus, ut absque ulla irregularitatis pœna aut nota possent animare milites lusitanos ad fortiter cum hostibus confligendum, dummodo ipsi Patres arma non ferrent. Et quamvis hoc privilegium, ut pote temporarium & vivæ vocis oraculo concessum extinctum jam diu sit, potuisse nihilominus Societatis religiosos, & modo posse quemvis religiosum & clericum, tam antequam in ipso prælio & conflictu, christianos milites monere de officio, & exhortari ad fortiter pugnandum contra infideles, mahumetanos, hæreticos, & schismaticos, ad fidem tuendam, & rem publicam, & arces servandas, docet cum communi Lezana in Summa V. *Bellum* ex *cap. Ex multa*, *De Voto* §. *De clericis*, & ex *Cap. Petitio tua*, *De homicidio*, & Glossa in dictum cap. *Petitio tua*. Ita habet Compendium Privil. Indic. Soc. J. edit. anno 1737. V. *Bellum*. P. Avendaño (*b*) ait, concessionem Pii V. esse limitatam, sed Gregorii XIII. illimitatam. Boverius, quem laudat Cardinalis Lambertinus postea Benedictus XIV. (*c*), refert, Pium V. biennio post nempe anno 1571. declarasse, Fr. Anselmum de Petra Mellara, qui septem Turcas navem qua vehebatur ingressos occiderat, non incurrisse irregularitatem.

OR-

(a) *Avend. tit. 12. n. 477. & Auctar. P. 3. sect. 7. n. 163.* (b) *Avend. loc. cit. Auctar. n. 166.*

(c) *Bover. Annal. Capucc. 1571. n. 6. Apud Lambertin. Notif. XIII. Vol. 5. 9. Dec. 1739. p. 122.*

Digitized by Google

ORDINATIO CXXV.
Anno 1569. 27. Sept.

UT Provinciales Ordinum Mendicantium in Indiis existentium possint viris doctis & juxta Concilium Tridentinum approbatis authoritatem committere dispensandi cum incestuosis, qui cum consanguineis alterius conjugis peccaverunt, ut possint debitum petere, in foro conscientiæ tantum. Habetur apud Fr. Joannem Baptistam in *Advertentiis pro confessariis Indorum*. Similia refert Avendaño loc. cit. Thesauri, sine nota tamen quod pro Indiis emanaverint. P. Quintanadueñas (a) meminit privilegii cujusdam synchroni, quod ait esse vivæ vocis oraculum, & fortè est præsens. Sed in Compendio Communi Privil. Soc. anni 1757. (b) habes sequentia: *Cùm ex* concessione Eugenii IV. Bulla II. *Etsi qualibet*. §. 11. & 12. in Bullar. Regular., superioribus & confessariis Congregationis Sanctæ Justinæ indultum fuisset, ut dispensare possent pro foro conscientiæ cum sæcularibus pœnitentibus in omnibus pœnis, in quibus possunt Episcopi: Cumque præterea iis relaxatis pœnitentes eosdem habilitare possent, atque in pristinum reintegrare ex facultate Sixti IV. Bulla 34. in cit. Bullar. Julius Secundus declaravit per Majorem Pœnitentiarium, & quatenus opus esset, de novo concessit Benedictinis Vallisoletanis, ut tam vigore concessionis apostolicæ prædictæ, quam verborum *Eosdem habilitare*, Prælati & confessarii ab illis deputandi cum conjugatis, qui post contractum matrimonium consanguineas uxorum suarum, vel consanguineos virorum suorum carnaliter cognoverunt, non obstante affinitate superveniente dispensare ad petendum debitum liberè & licitè possent. Est authenticum documentum in cit. Bullar. Regular. sub bulla 23. Julii II. Neque hæc facultas revocata est à Clemente XII. Bulla 52. *Romanus Pontifex* tom. XIII. Bullar. Rom., nam expressè excipit facultates per rescripta Pœnitentiariæ *Apostolicæ*.

ORDINATIO CXXVI.
Anno 1570.

FIt episcopalis ecclesia Meliapurensis in India orientali. Mentio fit in Geographia Sacra apud Chiquet.

ORDINATIO CXXVII.
Anno 1570. 14. Maii.

FIt episcopalis ecclesia Tucumanensis, cujus erectionem fusius exponam in reliquarum Novi Orbis erectionum, quæ secundum eamdem ferè regulam ordinatæ sunt, specimen. = Pius Episcopus servus servorum Dei.

(a) *Quintanad. tom. 1. tr. 9. s. 3. n. 1. & 2.* (b) *Tom. 1. Inst. pag. 192.*

Digitized by Google

Dei. = Ad perpetuam rei memoriam. = Super specula militantis ecclesiæ meritis licèt imparibus divina dispositione locati ad universas orbis provincias & loca, præsertim Omnipotentis Dei misericordia per catholicos reges & principes ab infidelibus, ac barbaris acquisita, aciem nostræ meditationis passim reflectimus, & ut in locis ipsis dignioribus titulis decoratis plantetur christiana religio, & ut eorum incolæ venerabilium præsulum authoritate & doctrina suffulti proficiant in fide, & quod in temporalibus sunt adepti, non careant in spiritualibus incremento, opem & operam libenter impendimus efficaces. Sanè, cum inter cæteras provincias (I) in insulis Indiarum maris oceani auspiciis clar. mem. Caroli V. Romanorum Imperatoris tunc in humanis agentis una (sit) Tucuman nuncupata (II) in provincia *del Perù*, cujus incolæ divinæ legis expertes existunt, & in qua licèt plures christiani habitent, nulla tamen ecclesia cathedralis erecta esistit, & Charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus Hispaniarum pio affectu desideret in dicta provincia ejus temporali ditioni ratione Castellæ (III) & legionis regnorum subjecta illius gloriosissimi nominis cultum, cujus est orbis terrarum & plenitudo ejus, ac universi qui habitant in eo, ampliari, & incolas prædictos ad lucem veritatis perduci, animarumque saluti consuli, ac propterea oppidum *Tucuman* nuncupatum (IV) in eadem provincia in civitatem, & in ea cathedralem ecclesiam erigi & institui; Nos habita super his cum Fratribus nostris deliberatione matura, de illorum consilio, prædicto Philippo Rege super hoc humiliter supplicante, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, & gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ, totiusque curiæ cælestis honorem, & ipsius fidei catholicæ exaltationem, oppidum prædictum in civitatem, quæ civitas *Tucuman* nuncupetur, & in ea cathedralem ecclesiam sub invocatione SS. Petri & Pauli pro uno episcopo Tucuman nuncupando, qui dictam ecclesiam construi faciat, ac in illa illiusque civitate, & diæcesi verbum Dei prædicari procuret, ac illius incolas infideles ad orthodoxæ fidei cultum convertat, & conversos in eadem fide instruat, & confirmet, eisque baptismi gratiam impendat, ac tam illis sic conversis quam aliis omnibus fidelibus in civitate & diœcesi ejusmodi degentibus, ac ad eas declinantibus sacramenta ecclesiastica & alia spiritualia ministret, ac ministrari etiam faciat & procuret: nec non in ecclesia, civitate, & diœcesi prædictis alias episcopalem jurisdictionem, & potestatem, & authoritatem liberè exercere valeat. Ac dignitates, canonicatus, præbendas, aliaque beneficia ecclesiastica cum & sine cura erigat & instituat, & alia spiritualia conferat & seminet prout divini cultus augmento, & ipsorum incolarum animarum saluti expedire cognoverit, & qui Archiepiscopo viciniori Civitatis Regum pro tempore existenti jure metropolitico subsit, ac ex omnibus ibi pro tempore provenientibus, præterquam ex auro, argento, & aliis metallis, gemmis, & lapidibus pretiosis, quæ pro tempore existentibus Castellæ & legionis Regibus quoad hoc libera esse decernimus, decimas & primitias de jure debitas, cæteraque episcopalia jura, prout alii in Hispaniis episcopi de jure vel consuetudine percipiunt, exigere & percipere liberè & licitè valeat, cum sede & mensa ac aliis insignibus, ac jurisdictionibus episcopali-

Digitized by Google

copalibus, nec non immunitatibus, privilegiis, & gratiis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ & earum præsules in eisdem Hispaniis de jure vel consuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, authoritate apostolica tenore præsentium erigimus, & instituimus. Ac eidem ecclesiæ oppidum prædictum sic in civitatem erectum pro civitate, & partem dictæ provinciæ, quam ipse Philippus Rex (v) positis limitibus, (quorum mutationem dum, quando, & quoties expedire videbitur Nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus reservamus) statuerit & statui mandaverit, pro diœcesi; ipsarum civitatis & diœcesis incolas & habitatores pro clero & populo concedimus, & assignamus. Nec non illius mensæ episcopali prædictæ pro ejus dote redditus annuos ducentorum (vi) ducatorum auri de camera per ipsum Philippum Regem ex redditibus annuis ad ipsum in dicta provincia spectantibus assignandos, donec fructus ejusdem mensæ ad valorem ducentorum ducatorum similium ascendant annuatim & nunc prout ex tunc & è contra postquam assignati fuerint applicamus & appropriamus. Et insuper jus patronatus præsentandi intra annum propter loci distantiam personas idoneas: ad erectam ecclesiam prædictam, quoties illius vacatio hac prima vice excepta pro tempore occurrerit, Romano Pontifici pro tempore existenti per eum in ejusdem ecclesiæ episcopum & pastorem ad præsentationem ejusmodi præficiendam: nec non ad dignitates, canonicatus, & præbendas, ac beneficia erigenda, tam à primæva eorum erectione postquam erecta fuerint, quam ex tunc deinceps pro tempore vacantia, Episcopo Tucuman pro tempore existenti similiter per eum ad præsentationem ejusmodi in ipsis dignitatibus, canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis instituendas, prædicto Philippo & pro tempore existenti Castellæ & Legionis Regi ex simili consilio, authoritate, & tenore prædictis etiam perpetuò reservamus, concedimus, & assignamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam &c. Datis Romæ anno 1570. pridie Idus Maii. =

Nos igitur Franciscus de Vitoria Episcopus Tucuman... authoritate apostolica nobis commissa, Regia Majestate instante & petente, in prædicta ecclesia nostra decanatum, quæ dignitas prima post pontificalem existat, pro uno decano qui curet & provideat, quod officium divinum & omnia alia quæ ad Dei cultum pertinent, tam in choro & in altari, quam etiam in processionibus & in capitulo, & ubicumque conventus ecclesiæ seu capituli ad illud observandum & exolvendum congregabuntur, cum silentio, honestate & modestia ritè & rectè perficiantur. Ad quem etiam pertinebit iis, qnibus à choro ex causa discedere oportebit, expressa causa & non aliàs facultatem concedere. = Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui de jure communi oculus Episcopi reputatur, & ad quem clericorum ordinandorum (Prælato solemniter celebrante) examinatio, & administratio, civitatis & diœcesis, si sibi à prælato injungatur visitatio, & alia quæ de jure ei competunt, exercere pertinebit. = Cantoriam etiam pro uno cantore, ad quam nullus etiam pro tempore præsentari possit, nisi in musica, saltem in cantu plano, edoctus & peritus existat, cujus in facistorio cantare, & servitores ecclesiæ cantare docere, & cætera

Digitized by Google

ra quæ ad cantum spectant, ordinare, corrigere & emendare in choro, & ubicumque, per se & non per alium, officium erit. = Scholastriam, ad quam nullus nisi in altero Jurium, aut in Artibus saltem baccalaureus in aliqua Hispaniæ universitate graduatus existat, præsentetur: cui grammaticam clericos & ecclesiæ servitores, ac omnes diœcesanos audire volentes per se, & non per alium docere incumbat. = Thesaurariam pro uno thesaurario ad quem ecclesiam claudere & aperire, campanas pulsare facere, omnia utensilia ecclesiæ custodire, lampades & luminaria curare, luminibus, pane, & vino, ac reliquis ad celebrandum necessariis de redditibus fabricæ ecclesiæ exponendis ad votum capituli providere pertinebit. = Dignitatem etiam seu officium archipresbyteratus seu rectoriæ, pro uno archipresbytero seu rectore, qui curam exerceat animarum in nostra cathedrali ecclesia, aliisque rectoribus civitatis & diœcesis præsit. = Necnon decem canonicatus & præbendas à dictis dignitatibus omnino separatas esse decernimus, nec aliquando una cum dignitate aliqua canonicatum, & præbendam hujusmodi obtineri posse ordinamus. Ad quos quidem canonicos quotidie (præterquam in primæ & secundæ dignitatis festivitatibus, in quibus prælatus vel eo impedito aliquis de dignitatibus celebrabit) missam celebrare spectabit. = Sex etiam, integras cum sex aliis dimidiis portionibus pro sex integris & sex dimidiis respectivè nuncupatis portionariis pro majore parte presbyteris, cæteris verò in diaconatus saltem ordine constitutis. = Præterea octo capellanias pro octo capellanis presbyteris, qui tam in nocturnis quam in diurnis, & etiam missarum solemnitatibus ad facistorium in choro personaliter interesse, & in unoquoque mense missas viginti, nisi justa infirmitate vel impedimento fuerint impediti, celebrare teneantur. = Item acolythatus sex pro sex acolythis, qui pro ministerio altaris & chori, cæterorumque officiorum semper insistent. = Officium verò sacristiæ pro uno sacrista, cui ea quæ ad officium thesaurarii spectant, ad votum capituli exercere incumbat. = Officium etiam organistæ qui organa in festivis diebus pulsabit. = Nec non officium perticarii, cujus in processionibus ordinare, prælato, presbytero, diacono, & cæteris altari ministrantibus de choro ad sacristiam, vel altare, vel de altari ad sacristiam, vel in chorum euntibus vel redeuntibus anteire officium erit. = Oeconomi vel procuratoris fabricæ, & hospitalis, qui architectis, mercatoribus, nec non carpentariis & aliis officialibus ædificiis ecclesiasticis operam dantibus præerit, quique per se vel per alios redditus & proventus ad dictam fabricam quoquomodo pertinentes colligere & expendere habebit, redditurus annuatim rationem de receptis & consumptis Episcopo & Capitulo, vel officialibus ab eisdem ad hoc specialiter deputatis, nec non ad eorum nutum eligendus vel removendus. = Officium cancellarii seu notarii ecclesiæ & capituli, qui quoscumque contractus ecclesiæ inter ecclesiam, episcopum, & capitulum, & quoscumque alios in protocollo, & notis suis recipere debeat, & actus capitulares scribere, donationes, possessiones, census, feuda pecuniaria per eosdem episcopum, capitulum, ecclesiam, vel eisdem facta vel in posterum facienda adnotet & scribat, & instrumenta custodiat, partes redditum beneficiis distribuat, necnon rationes reddat & ac-

Digitized by Google

& accipiat. = Postremo officium canicularii, qui canes ab ecclesia ejiciat, & in omnibus sabbathis & quorumcumque festorum vigilias habentium vigiliis, & alias ubi per thesaurarium vel sacristam sibi erit injunctum, ecclesiam purgabit; tenore præsentium erigimus, instituimus, creamus, deputamus, & solemniter ordinamus . . . Archidiaconatum, & thesaurariam de dignitatibus, quinque de canonicatibus, tres de integris, tres etiam de dimidiis portionibus, necnon acolythatus duo, & quatuor capellanias ad præsens suspendimus (VII). =

Decano 250. libras, *pesos* vulgariter in illis partibus nuncupatas, quarum quælibet, unum castellanum aureum 485. marapetinorum monetæ usitatæ Hispaniæ (*a*) valeat, constituimus. = Cantori autem, scholastico, archipresbytero similes unicuique libras 220. respectivè. = Cuilibet de canonicis quinque prædictis 200. = Dimidiis portionariis 75.: portionariis integris 150. = Sacristæ 100. = Cuilibet capellano 100. Cuilibet acolytho 50. Pro organista 100. Pro perticario 100. Oeconomo 100. Pro notario 50. Pro caniculario 40. assignamus. = Visum est Catholicæ Majestati 500. millia marapetinorum aurea ex proprio regio ærario nobis gratiose indulgere, quousque redditus decimales pro congrua nostra & successorum nostrorum sustentatione sufficiant. =

In virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus quod prædicta stipendia sint quotidianæ distributiones assignandæ quotidie interessentibus singulis horis nocturnis pariter & diurnis, exercitiisque dictorum officiorum, ita quod a decano usque ad acolythum inclusivè, is qui alicui horæ in choro non interfuerit, legitimo impedimento cessante, privetur & careat stipendio sive salario illius horæ; & officiales qui sui officii exercitio sive executioni horis opportunis defuerint, mulctentur, similiter singulis vicibus pro rata salarii. = Item volumus & eadem authoritate mandamus, ut omnes dignitates, canonici, & portionarii, teneantur residere & servire per decem menses continuos aut interpolatos; alioquin nos vel successores nostri, qui pro tempore fuerint, aut capitulum sede vacante, teneantur eis primo vocatis & auditis, si justam & rationabilem causam non habuerint & allegaverint, non residentes & inservientes pro rata salarii sive proventus decimarum mulctare. Quas quidem mulctas ecclesiæ fabricæ applicamus (VIII) ex nunc prout ex tunc: & crescente contumacia ac juxta decretum Concilii Tridentini, personatum, vel canonicatum, sive portionem vacantem pronuntiare. Justam autem absentiæ causam definimus ægritudinem, dum tamen beneficiatus maneat infirmus in civitate, aut in suburbiis ejusdem, aut si eam incurrerit existens extra civitatem, aut redire pararet ad eam: dum tamen hoc legitimis probationibus constet, vel cum de mandato episcopi & capituli simul, & pro causa & utilitate ecclesiæ absens fuerit, ita quod ista tria concurrant in licen-

(a) *Mariana tr. De Pond. & Mens, hæc habet:* Recenti *memoria ex auro cudebantur monetæ, quæ* castellani *vulgo dicuntur, ex 680 unciis auri 50., singuli pondere drachmæ atque oboli præcipua bonitate. Sed his hoc tempore consumptis, nomen retinetur, & æstimatio maravedinorum in singulos 480.*

Digitized by Google

licentia sive absentia. = Volumus etiam & de consensu Seren. Majestatis, & eadem authoritate apostolica statuimus, quòd omnium decimarum, tam prædialium, quam personalium, tam cathedralis, quam aliarum ecclesiarum civitatis & diœcesis fructus in tres æquales partes dividantur (IX), quarum unam nos & successores nostri episcopi habeamus. Decanus & capitulum aliam inter eos dividendam: à quibus partibus licèt ex concessione apostolica, & longævi temporis usu Catholica Majestas tertiam partem, *tercias* in Hispania vulgariter nuncupatam habere & recipere consueverit . . . in nostra tertia & ecclesiæ nostræ & capituli tertiis partibus liberos nos in perpetuum esse voluit. Reliquam verò tertiam in novem iterum partes dividendam decernimus, quarum quatuor pro rectoribus & beneficiatis ecclesiarum parochialium assignamus, scilicet pro duobus clericis sæcularibus, quorum rector seu habens beneficium cum cura habeat de istis quatuor partibus unam integram, & reliquæ inter rectorem & alium beneficiatum habentem beneficium simplex dividantur æqualiter. Habeat insuper rector primitias omnium decimarum totius parochiæ: ex quibus primitiis sacrista habeat octavam partem. Similiter ex quinque partibus restantibus de novem supradictis tres partes in duas dividantur, quarum unam cuilibet oppidi ecclesiæ fabricæ applicamus, aliam cujuslibet oppidi hospitalibus: de qua parte hospitalibus applicata dicta hospitalia teneantur solvere decimam hospitali principali civitatis, in qua ecclesia cathedralis pro tempore fuerit. Reliquas verò partes de quinque restantes eidem Seren. Majestati in signum superioritatis & juris patronatus, & ratione acquisitionis provinciæ Tucuman applicamus. = Applicamus etiam eadem authoritate fabricæ ecclesiæ SS. Petri & Pauli Tucuman. omnes & singulas decimas unius parochiani (X) ejusdem ecclesiæ & ecclesiarum totius diœcesis per œconomum fabricæ, dum tamen parochianus non sit ditior, sed secundus post eum. = Applicamus etiam in perpetuum eidem fabricæ ecclesiarum omnes & singulas decimas calcis, laterum, & tegularum, tam civitatis, quam omnium locorum nostræ diœcesis, eadem authoritate, & eadem regia jussione sub anathemate successoribus nostris, ac reverendis fratribus nostris decano & capitulo, ac rectoribus, & aliis beneficiatis totius diœcesis inhibentes (ne) quovis prætextu, colore, in petendis, extorquendis (XI), & levandis decimis homines per se vel per alios intromittant, aut intromittere procurent. =

Ordinamus etiam quod officium diurnum & nocturnum, tam in missa quam in horis, fiat semper & dicatur secundum consuetudinem Ecclesiæ Hispalensis, & semper in cantu more Ecclesiæ dictæ. = Volumus etiam & de ejusdem Catholicæ Majestatis instantia & petitione ordinamus, quod portionarii habeant vocem in capitulo in spiritualibus & temporalibus, præterquam in electionibus & aliis à Jure prohibitis portionariis ac canonicis specialiter reservatis casibus. = Volumus etiam, & de ejusdem Catholicæ Majestatis instantia & petitione ordinamus, quod in prædicta nostra Tucumanensi Ecclesia, præter quam in festivis diebus, in quibus una tantum missa solemniter celebrabitur hora tertiarum (XII), duæ quotidie missæ celebrentur, quarum una hora prima primis diebus Veneris cujuslibet mensis de anniver-

sario

Digitized by Google

ſario fiat pro gl. mem. Carolo V. ac Philippo Rege noſtro, cæteriſque in Caſtellæ & Legionis regnis defunctis Regibus, & pro tempore ſucceſſoribus. Diebus vero ſabbathis miſſa prædicta in honorem Virginis glorioſæ pro Catholicæ Majeſtatis ſalute & incolumitate celebretur. Cujuslibet autem menſis prima die Lunæ eadem miſſa pro animabus purgatorii ſolemniter celebretur. Reliquis verò diebus præfata miſſa poſſit celebrari ad voluntatem, cujuslibet perſonæ volentis illam dotare. Secunda verò miſſa de feſto vel feria occurrente ſecundùm ſtylum Hiſpalenſis Eccleſiæ hora tertiarum celebrabitur, & quicumque miſſam majorem celebraverit, lucretur ultra communem diſtributionem, omnibus beneficiatis dictæ eccleſiæ illi miſſæ intereſſentibus reſpectivè aſſignatam vel aſſignandam, triplum ſtipendium quoad quamcumque diei horam; diaconus verò duplum; & ſubdiaconus ſimplum. Et quicumque miſſæ majori non adfuerit, tertiam & ſextam illius diei non lucretur, niſi juſta & rationabili cauſa, & de licentia decani vel alterius in choro pro tempore præſidentis abſens fuerit: ſupra quod conſcientiam petentis & concedentis licentiam oneramus. Et quicumque matutinis & laudibus interfuerit, lucretur triplum quam ad quamcumque diei horam lucratur, & inſuper ſtipendium primæ, quamvis illi non interſit. = Volumus etiam & de ejuſdem Cath. Majeſtatis inſtantia & petitione ordinamus, quod bis in hebdomada capitulum congregetur. Feria videlicet tertia tractetur ibi de negotiis occurrentibus; feria autem ſexta de nulla alia re niſi de morum correctione & emendatione, & de modo prædicandi evangelium neöphytis, ac de eorum converſione: tractetur etiam de iis, quæ ad cultum divinum debite celebrandum, & ad honeſtatem clericorum ſpectant. Et nulla alia die capitulum congregetur. = Item ſtatuimus & declaramus, quod quilibet eccleſiæ & diœceſis clericus primæ tonſuræ ad hoc ut poſſit privilegio gaudere clericali, deferat tonſuram magnitudinis unius regalis argenteæ monetæ uſualis Hiſpaniæ, & tondeat capillos per duos digitos tantum infra aures à tergo procedente ſciſſura, induaturque veſtibus honeſtis, velut chlamyde ſeu pallio, quod vulgariter nuncupatur *loba* ò *manteo*, clauſo vel aperto ad terram uſque unum palmum protenſo, non rubei ſed alterius honeſti coloris, tam in veſtibus ſuperioribus, quam in inferioribus apparentibus. = Omnia beneficia & ſingula tam cum cura quam ſine cura per totam diœceſim exiſtentia decernimus, ut poſt hanc nominationem primam, quotieſcumque de eis providere contingat, filiis duntaxat patrimonialibus ab incolis, qui ex Hiſpania in dictam provinciam hucuſque devenerint, & ab eis deſcendentibus, non tamen à filiis oriundorum à dictis inſulis antequam chriſtiani eandem provinciam inhabitarent, donec & quouſque per præfatum Regem noſtrum Philippum, vel ejus pro tempore ſucceſſores ſuper hoc aliud fuerit decretum, præmiſſo examine & approbatione juxta formam in epiſcopatu & eccleſia Palentina inter filios patrimoniales hactenus obſervatam, provideantur: dum tamen filii patrimoniales ſic proviſi infra annum & dimidium poſt proviſionem ſeu collationum eorundem beneficiorum collatorum ratihabitionem coram nobis, vel pro tempore exiſtentibus epiſcopis Tucumanenſibus, & approbationem

præ

præsentaverint, & præsentare teneantur. Præfatusque Rex Catholicus ad beneficia sic vacantia alias quascumque personas ad formam prædictam qualificatas præsentare possit & valeat. = Quæ omnia & singula Catholica Majestate consentiente, & viva voce à nobis petente, authoritate apostolica statuimus. Contrariis quibuscumque non obstantibus . . . Hispali intra Cœnobium Virginis Angelorum, anno 1578. 18. Octobris. = Ita demptis nonnullis vocibus ad rei summam non facientibus, quo dictio esset brevior & sensus planior, extat Erectionis Tucumanensis exemplar in adversariis P. Petri Lozano S. J. ad verbum transcriptum ex authentico.

ADNOTATIONES.

(I) *In insulis maris oceani . . . Tucuman.* Tucumaniæ regio mediterranea Americæ meridionalis dicitur in insulis reperta quia Novo Orbi primum Insularum maris oceani nomen fuit, & Indi occidentales Insulani nominabantur, sive hæreditato nomine ab Atlantide insula, vel Atlanticis Insulis cum America secundùm opinionem non neminis confusis, de quo vide Acostam (*a*), sive à regionibus primùm in Novo Orbe per Hispanos acquisitis. Et hac ratione in privilegio, de quo supra 1567. 15. Dec. *sub quibuscumque Oceani insulis* etiam continens Americæ Hispaniensis comprehendi videtur. Vide Ord. 22. Adnot. I.

(II) *In provincia del Perú.* Tucumania nunc extra, nunc intra Peruvium extare dicitur; quia Peruvii limites alii ab aliis, imò ab eodem scriptore varii constituuntur. Herrera ait (*b*): Las *provincias* del Piru, cujo nombre se ha ido estendiendo mas de lo que fue al principio, incluvien todo el imperio de los Ingas, ò mas, que quando se ganó, se dividio en dos Gobernaciones, la de D. Francisco Pizarro dicha la Nueva Castilla desde el Quito hasta el Cuzco sesenta leguas mas abajo de Chincha, y la de D. Diego de Almagro llamada la Nueva Toledo doscientas leguas hazia el Estrecho desde Chincha. Las quales Governaciones estuvieron distintas hasta que se fundo el Audiencia de los Rejes, y se proveió Visorrei del Pirú, en cujo govierno se incluje el Audiencia de Quito, la de Lima, la de los Charcas, la Governacion de Chile, y tierras del Estrecho, Islas de Salomon al Poniente, y por cercania las provincias del Rio de la Plata, y lo que determinadamente se comprende bajo del govierno del *Visorrei.*

D. Antonius Leon Pinelo (*c*) ait: *El govierno* de Pizarro comprendio propriamente todo lo que sellama Perú, que es desde Quito à los *Charcas*. D. Franciscus Antonius de Montalbo (*d*) *Perú* se termina por el septentrion en Castilla del Oro; por occidente en el mar del Sur; por medio dia con Chile; por oriente con las Cordilleras. Despues se dilató este nombre desde Tierra firme, Cartagena, Santa Marta, Rio della Ha-

(a) *Acosta, De Proc. Ind. sal. in Proœm. Et Solorzan. lib. 1. Pol. cap. 2.*
(b) *Herr. Descr. de las Ind. Occ. cap. 19.*
(c) *Pinel. Confirm. Real. P. 1. cap. 7. n. 1.*
(d) *Montalbo, Sol del N. M. lib. 1. pag. 4.*

Digitized by Google

Hacha hasta Tucuman, Santa Cruz, y todo lo que comprenden las Audiencias de Quito, Nuevo-Reino, Popayan, Panama, Lima, Chile, y los *Charcas*. Sed & hi limites postea moti sunt anno 1718., prorege novo in Novo Regno Granatensi, quod est *Castilla del Oro*, constituto à finibus provinciæ Quitensis usque ad mare, ut vide apud Ulloam (*a*), & novissime apud Coleti (*b*). In præsenti ordinatione tantum haberi videtur ratio de divisione ecclesiastica, juxta quam Tucumania erat sine dubio tempore præsentis erectionis, & fuit diu post usque ad dismembrationem Provinciæ Platensis, Limæ conprovincialis.

(III) *Ratione Castellæ*. *Las Indias occidentales*, inquit laudatus Pinellus (*c*), islas y tierras adjacentes desde su descubrimiento quedaron, y estanincorporadas à la Corona Real de Castilla: cujo govierno à servido à sus Catholicos Rejes de exemplar, y para dar forma, y establecer la republica universa de a quel Nuevo Mundo. Con este intento dieron por orden al Supremo y Real Consejo, que para sus negocios criaron, que todo lo que dispusiesse para aquellos estados, fuesse con attencion à reducirlos al estilo y forma, con que los de Castilla y Leon son regidos y governados en quanto diesse lugar la differencia de tierras y naciones, Para este fin se han criado y proveido para las Indias casi los mismos officios y tribunales que tiene Castilla, Virreinatos, Chancillerias, y Goviernos, Corregimientos, Alcaldias Majores, y los demas que han parecido convenientes; los quales en su exercicio y uso guardan el derecho real y comun, mientras por cedulas y ordenanzas no esta revocado, mudado, y *alterado*. Quod Pinellus hic tradit, abiit deinceps in legem 13. *tit.* 2. *lib.* 2. Juris Ind.

Hæc Indiarum unio & incorporatio ad Coronam Castellæ & Legionis potiùs quam ad aliam de tot quot Hispania redimitur, inde orta est quia sumptibus & auspiciis Isabellæ Catholicæ Reginæ Castellæ & Legionis instructa fuit classis ad inquirendum & conquirendum Novum Orbem, dum maritus Catholicus Aragoniæ Rex fidem negabat Columbo, de quo vide Herreram (*d*). Unde & donatio apostolica Alexandri VI. Regibus Castellæ & Legionis, est facta nominatim, & inventoris stemmati gentilitio inscribi datum. = Por Castilla y su Leon = Nuevo Mundo hallo Colon = Quod abs re transdidit Vasconcellos: = Por Castilla y Aragon = Nuevo Mundo hallo Colon.

Hinc dubitatum est, utrum Aragones Hispani sint habendi pro extraneis in Indiis? De quo Solorzanus (*e*) hæc habet: *Trattando* de los Aragoneses los tiene por estrangeros para todo lo tocante à las Indias, passar, estar, y comerciar en ellas, Juan de Hevia Bolaños; aunque yo nunca vì que esto se executasse, ni que sobre ello se le moviesse pleito à ningun Aragonés, ò le obligassen à componerse por estrangero. Antes como el Señor Rei D. Fernando era Aragonés, muchos de aquel Reino

(a) *Ulloa*, *Resum. de los Emp. del Perù*, *pag.* 146. (b) *Coleti*, *Dict. Geogr. Hist. de la Amer. Mer. V.* Peru.

(c) *Pinel. loc. cit. P.* 2. *cap.* 1.
(d) *Herr. Decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9.
(e) *Solorz. lib.* 4. *Pol. c.* 19.

Digitized by Google

no passaron desde su tiempo, y passan cada dia con cargos y officios mui honrosos sin licencia ni dispensacion de estrangeria: y esta costumbre parece que passo ya en fuerza *de lei*.

Schedula regia, quam eo loco citat Solorzanus est jam lex recopilata (*a*), cui & antiquæ consuetudini virtus accessit ex quo Aragoniæ & Valentiæ jura propria anno 1707. abrogata sunt, & castellanæ leges in usum totius monarchiæ deductæ, ut est Senatus Regio-Castellani Consultum (*b*). D. Vincentius Ximeno (*c*) testatur per abrogationem dictam nihil esse quoad res ecclesiasticas innovatum, dum ait: *Fueron* abrogados (los fueros de Valencia) por D. Phelippe Quinto, no en quanto à lo ecclesiastico, sino quanto à lo secular en lo politico y civil. Si bien estando S. M. de transito en Valencia desde 5. de Majo à 18. de 1719., volvio à conceder à la ciudad y reino sus fueros en orden à lo civil: y es lastima ver el olvido en que ha quedado una gracia tan *importante*.

Sed aliquid esse jam hoc tempore innovatum etiam quoad res ecclesiasticas saltem quoad favores, constat ex sequente Regii Senatus consulto (*d*): *Los* Aragoneses, Valencianos, y Catalanes sean iguales à los Castellanos en la obcion de las plazas y piezas ecclesiasticas, dejando à los Mallorquines en la possession de sus fueros y rentas ecclesiasticas de que gozan por cedulas reales y bullas *pontificias*. Et de Gotholania in quadam informatione de non creanda Theologiæ dogmaticæ cathedra, in Cervariensi Universitate, sic ajebat circa annum 1746. pro schola Scoti Doctor D. Emmanuel Jòven: *Los estatutos* castellanos, que nos dan la lei, solamente *vincolan*, &c. Vide Ord. 139. Quidquid fuerit olim de Indiis, & usque ad tempus Heviæ Bolaños; certum est in præsentia nullam attendi diversitatem nationum, quæ ex Hispania sint, nullam in ditione Regis Catholici pro extranea reputari, nec reputari debere.

(IV) *Oppidum Tucuman nuncupatum*. Hoc nomine quod est toti Gubernationi & Diœcesi commune, specialiter nuncupatur oppidum S. Michaëlis ad radices montium, quibus tota Australis America dividitur; Situm erat olim in loco ab Indis vocato *Ibotin* à primis Hispaniæ colonis *Tierra de promission* propter amænitatem apparentem & fertilitatem, ut refert Lozano (*e*). Usu tamen innotuit cœli & naturæ vitium, nam incolæ ut plurimum adolescebant stolidi & gutture deformes; quo ad locum in quo modò est sub 30. ferè lat. austr. gradu, 312. long. à gallico meridiano transferendum fuit. Ad Ibotim primam hujus provinciæ coloniam deduxerant Hispani, quam nominare placuit *el Barco*; sed paulo post Indorum penuria, sine quibus Indiarum amænitas & fertilitas minimi est, aut fortè vicinorum Calchaquiensium feritate, plures solum mutarunt, ut S. Jacobi *del Estero* fundamenta jacerent. Propterea in S. Jacobi effectum habuit præsens ordinatio & cathedralis erectio, donec anno 1699. Cordubam est

(a) *Leg. 28. tit. 27. lib. 9. Recop.*

(b) *Tom. 3. Recop. Cast. Autos acord. lib. 1. tit. 10. A 4. Vide etiam Comment. Belli Hisp. lib. 8. prope fin.*

(c) *Ximeno, Addic. à los Escritor. Valenc. V. Mossen* Jaime Fabier. (d) *Autos acord. lib. 1. tit. 3. Not. 1.* (e) *Lozano, Histor. del Parag. lib. 5. cap. 10. n. 9.*

Digitized by Google

est translata Sedes authoritate Innocentii XII. Ex quo Corduba totius provincia Caput habetur, & eo nomine insignitur à Philippo V. Rege Catholico schedula ad D. Stephanum de Urizar Tucumaniæ Prætorem data 7. April. 1707.

(V) *Positis limitibus*. De Tucumanæ Diæcesis fortassis totius orbis, nisi Quebekum obstet, latissimæ limitibus hæc habet Ill. D. Petrus-Michael Argandoña Tucumanensis Præsul in quadam Epistola ad Sanctissimum (*a*): *Diæcesis* hæc latissimè patet à septentrione ad austrum per quadringentas leucas præter propter. Metropolitico jure subest Archiepiscopo Platensi in Peruvia, cujus diœcesi adjacet quà ad sepentrionem vergit, sed quà ad orientem, Episcopatui Bonaërensi seu Fluminis Argentei, & occidentem versus Diœcesi Jacobopolitanæ seu Chilensi, quin ad austrum certi termini hactenus agnoscantur; barbarissimæ enim gentes, nec hispanicum reveritæ imperium, nec Christi legem edoctæ spatiosissimas terrarum planities, vel præruptos inviosque montes ad usque magallonicum fretum per quingentas iisque plures leucas *incolunt*. A quo valde, & æquè à vero distat quod in *Dictionario Historico-Geographico Americæ Meridionalis* recens vulgatum est (*b*): *Si stende* (Tucuman) da mezzodì à tramontana più di 160. leghe, e da levante a ponente 96.

(VI) *Ducentorum ducatorum auri de camera*. *Ducatus* aureus de camera, inquit Lacroix (*c*), est scutum aureum & unus argenteus sive julius; scutum verò aureum secundùm monetam nostram est ducatus sive duo imperiales *in specie*. Duo floreni imperiales uno circiter Hispanorum *peso doble* pensatur, & julius uno argenteo regali. Tantidem ergo valet ducatus aurei de camera juxta Lacroix. Et proprius fortasse æquivalet de monetis imaginariis hispanicis ducato argenteo duplo vel antiquo decem regalium argenteorum & viginti sex maravedinorum *de vellon*: de quo fit mentio in Regio Veredorum Itinerario (*d*). Sed audio, verum ducati aurei de camera valorem esse Romæ sexdecim paulorum seu juliorum cum dimidio, extra Romam in Statu Pontificio esse, alicubi saltem, septendecim paulorum.

(VII) *Archidiaconatum suspendimus*. De beneficiis in hac prima erectione suspensis quænam erecta modò jam sint, quorum nam usque desideretur erectio, constat ex citata Episcopi Tucumanensis epistola: *Capitulum* Ecclesiæ Cathedralis quinque tantum dignitatibus constat, videlicet decano, archidiacono, cantore, scholastico, & thesaurario .... His accedunt duo parochi rectorales in administrationem sacramentorum, sacristæ duo, magister cæremoniarum, & *succentor*.

(VIII) *Ecclesiæ fabricæ applicamus*. In Concilio Limensi Tertio anni 1583. cui subscripsit etiam Ill. Vitoria præsentis erectionis author, edicitur (*e*): *Divino* officio nocturno & diurno, ac missarum solemnibus intersint omnes in cathedralibus ecclesiis dignitates, atque canonici, quemadmo-

(a) *Ep. ad B. XIV. dat: pridie Non Dec.* 1750.
(b) *Coleti*, *V.* Tucuman, *pag.* 167. *tom.* 2.
(c) *Lacr. Q.* 90. *De Benef. n.* 677.
(d) *Itin. Real de Postas pag.* 10. *fin.*
(e) *C. Lim. Act.* 3. *cap.* 26.

Digitized by Google

admodum in Concilio Tridentino & Limensi (II) constitutum est. Qui vero non interfuerint, distributiones amittant, quæ cæteris qui intersint, eo ipso *debentur*. Unde dubitaverit quis, an secundùm statutum hoc cassæ distributiones debeantur præsentibus in Tucumania, an fabricæ secundùm erectionem? Sed dubium eximit Synodus Secunda Tucumanensis anno 1606. celebrata (*a*) sic habens: *Qualquier* prebendado que faltare del coro à las horas canonicas, y divinos officios fiesta de primera classe, Domingo de Ramos, y qualquiera dia de Semana Santa, pierda demas de las distribuciones cotidianas dos pesos corrientes. Y los que faltaren fiesta de Segunda classe, demas de las dichas distribuciones pierdan un peso. Y estos y las dichas distribuciones se repartan entre los *presentes*. Et hæc quidem Synodus habita est viginti tribus post Concilium Limense annis. Sed independenter ab hac synodali constitutione standum erat Concilio Provinciali, ad quod ex Tridentino pertinet legem præscribere in choro conveniendi & permanendi, licèt intereà seu usque ad illius celebrationem posset Episcopus providere.

(IX) *In tres partes dividantur*. In quatuor erant dividendi fructus decimales juxta legem, & secundùm alias erectiones, sed moribus introductum est præter hanc Tucumaniæ diœcesim in proximis Paraquaria & Bonaerensi, ut dividantur in tres in favorem dignitatis episcopalis & capituli; nam parochi in quorum præjudicium cedit præsertim tripartita divisio, habent functiones parochiales, quorum obventionibus, quæ majoris sunt, quam apud alios, suppleant proventûs tenuitatem. Verba legis sunt (*b*) *De los diezmos* de cada Iglesia cathedral, se saquen las dos partes de quatro para el prelado y cabildo, como cada ereccion lo dispone, y de las otras dos se hagan nueve partes. Las dos novenas sean para nos, y de las otras siete las tres sean para la fabrica de la iglesia cathedral y hospital, y las otras quatro pagado el salario de los curas, lo restante se dè al majordomo del cabildo, paraque se haga lo que la erecion *dispusiere*.

(X) *Decimas unius parochiani*. De hoc argumento extat lex 22. tit. 16. l. 1. Juris Indici, qua decernitur: *Que de los diezmos* de cada obispado se hajan de sacar y saquen los escusados de cada pueblo segun la *ereccion de el*. Sed cap. 12. cit. Synodi Tucumanæ indicitur quoad applicationem moderatio sequens: *Conforme* à la ereccion de esta Santa Iglesia las casas escusadas de este obispado son de la fabrica de ella. Y porque la pobreza de la ciudad de la Rioja, ciudad de Salta, y villa de *Madrid de las Juntas* es grande, se permite por ahora que la mitad de lo que montáre la casa escusada de dichas ciudades y villa, sea para las dichas Iglesias, y con la otra mitad se acuda al majordomo de esta santa Iglesia. Y assi mismo se permite, que la renta de la casa escusada de la ciudad de Jujui la lleve y sea para la fabrica de su Iglesia hasta tanto que ten-

(a) *Synodo de Tuc. cap. 3.* (b) *Leg. 23. tit. 16. lib. 1. Recop. Ind.*

Digitized by Google

tenga otra renta de que sustentarse. Y la ciudad de S. Miguel, la de Esteco, y la de Cordoba acudan con la renta de la casa escusada al majordomo de esta Santa *Iglesia*.

(XI) *Extorquendis & levandis*. Extorsio & levatio clericis hîc sub anathemate prohibita ea videtur esse, de qua cap. X. cit. Synodi Tucumanensis dicitur: *Sabido* hemos, que con mucho detrimento de los bienes ecclesiasticos algunas personas poderosas toman los diezmos, y assi no corren las pujas libremente. Por lo qual ordenamos y mandamos, que los Tenientes, y Governadores, Curas, y Vicarios de toda esta Governacion, cada uno en su distrito, por si ni por interposita persona, no puedan tomar, ni arrendar los diezmos, ni despues de rematados en personas particulares, puedan tener parte en ellos con las tales personas, sò pena de excommunion major, y de perdida de la parte de los tales diezmos en la moneda en que los *arrendare*.

Eadem lex & eadem excommunicatio lata erat in Concilio Limensi Tertio (*a*) in clericum conducentem decimas per se vel per interpositam personam. Sed à Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum caput illud emendatum est, ut fidem facit Acosta in Epistola ad Ill. D. Ferdinandum de Vega Senatûs Indiarum Præsidem de fine & successu Concilii Limensis, cujus pars ipse magna fuit, dicens: *Hæc* (excommunicatio in clericum decimas conducentem) prorsus sublata est. Quin potius, quoniam doctores nobiles sentiunt, non esse contra jus canonicum ecclesiarum decimas à clericis conduci, decretum ipsum ita emendatum est, ut solum habeat leges sacras, quæ prohibent clericos conductores fieri, esse ad unguem observandas, nulla de decimarum conductione mentione *facta*.

Sed hinc emergit dubium duplex 1. Cum in decreto limensi nulla fiat mentio de decimarum conductione in textu, fiat tamen & expressa in textûs argumento seu rubro sic habente, *Ne clerici decimarum conductores sint*; censendum ne est, conductionem hanc esse clericis interdictam, an non? Et ratio dubitandi est, nam rubricæ generali standum est juxta communem doctrinam, quando nullam cum alio textu repugnantiam habet, & perfectum reddit sensum, maximè si per particulas *Ne* vel *ut* efferatur: & ex alia parte stat correctio memorata S. Congregationis. 2. Cum S. Congregatio expunxerit excommunicationem Concilii Limensis, etiam Clericis Tucumanensibus imminentem, quippe comprovincialibus; censeri-ne debet expuncta excommunicatio, quam antea tulerat Episcopus in præsenti erectione, & quam posteà tulit successor in Synodo, an non?

Ad 1. resp. negativè, nisi quatenus conductio decimarum alio jure prohibeatur. Ratio est, quia per relatam S. Congregationis emendationem decretum illud Concilii Limensis redactum est ad terminos juris communis. Argumento verò seu rubricæ standum, quando de modificatione satis non constet, vel ex nigro legis, vel aliunde. Ad 2. resp. etiam

(a) C. Lim. Act. 3. cap. 21.

etiam negative; nam judicium S. Congregationis respicit decretum toti provinciæ commune: quod non tollit, in diœcesi vel loco particulari esse causam id ipsum statuendi quod in communi decreto reformatum est: quæ causa exprimitur in relata constitutione Synodi Tucumanensis. Seu quod eòdem redit, judicio S. Congregationis declaratur insufficiens ratio qua nitebatur Concilii Limensis decretum, dum allegat Jus commune (*a*), ne clerici se immisceant negotiis sæcularibus, non tamen declarata est insufficiens ratio, qua nititur Synodus Tucumanensis inde petita, quod ecclesiasticis bonis præjudicium inferri ibi locorum comprobaverat experientia.

(XII) *Duæ quotidie missæ celebrentur*. Hæc ordinatio reformata est in cit. Synodo Tucumanensi ut sequitur (*b*): *El cap.* 70. de la Accion 1. (Concil. Lim. II. sess. I. cap. 70.) dispone las missas que estan obligados a decir los prebendados de las iglesias cathedrales, y la ereccion de esta Iglesia lo mismo. Y porque las rentas de ellas son tenues, y los prebendados pocos y cargados de muchas obligaciones, se determina que por ahora el prebendado que hiciere semana, esté obligado à decir todos los dias de ella missa propria de fiesta, feria, ò tiempo en que fuere, por el pueblo. Y si en la dicha semana cupiere missa de obligacion por Sus Magestades, ò Animas del Purgatorio, que en todo un año son 36., cumpla con la missa que dijere por Sus Magestades ò Animas con la de *Semana*. Videndum tamen quatenus possit in Synodo diœcesana statutus in erectione ordo immutari. Sed & dici potest, erectionis ordinem non esse perfectum, nec præbendatorum numerum completum, ut ex necessitate fuerit minuendum singulorum onus.

De hoc argumento erectionum indicarum vide Recop. Ind. lib. 1. per tot Solorzanum lib. 4. Polit., Villarroel, & Frasso per tot.

ORDINATIO CXXVIII.

UT concilia provincialia celebrarentur in Indiis per quinquennia concessit Pius V.: qui terminus ad septennium prorogatus est à Gregorio XIII. 15. Apr. 1583., & à Paulo V. bulla data 7. Dec. 1610. ad duodennium. Vide infra Ord. CXXXVIII. & CCXXIII.

ORDINATIO CXXIX.

IN Peruvio & in Nova Hispania constituitur officium S. Inquisitionis. Meminit P. Cl. Clemens in Tabulis anno 1570. Sed videtur constitutum non pontificia ordinatione, nisi quatenus authoritas apostolica Pontificis residet delegata in Inquisitore Generali, dicitur enim in Jure Indico (*c*): *El Inquisidor* Apostolico General en nuestros reinos y señorios con

(a) *C. 1. Ne cler. vel mon.* = *Et C. Placuit.* 21. *q.* 3. (b) *Synod. Tuc. Cap.* 8. (c) *Leg.* 2. *tit.* 19. *lib.* 1. *Recop. Ind.*

Digitized by Google

con acuerdo de los de nuestro Consejo de la General Inquisicion, y consultado con Nos, ordenó y provejo que se pusiesse y assentasse en aquellas provincias el officio de la Sta *Inquisicion*. Vide supra Ord. 33.

ORDINATIO CXXX.
Anno 1571.

MOtu proprio concessit Pius V. Ordini Prædicatorum in Nova Hispania in omnibus domibus (I) & monasteriis constructis & construendis in perpetuum, ut diebus S. Dominici, S. Thomæ Aquinatis, S. Vincentii, & S. Catharinæ de Senis, ut qui ecclesias prædicti ordinis visitarent, & preces ibi pro augmento christianæ religionis, & Sedis Apostolicæ felici statu, ac infidelium conversione funderent, toties plenariam indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem in forma jubilæi consequerentur. Utque hæc indulgentia esset communis sanctis propriis Ordinis Minorum, & S. Augustini. Vult Summus Pontifex, ut qui in prædictis festivitatibus & earum octavis contritus & confessus eucharistiam sumit, easdem indulgentias à fortiori consequatur. Et qui in festo S. Dominici & S. Thomæ & eorum octava celebraverint, aut celebrari fecerint, toties eamdem indulgentiam consequantur in forma jubilæi (II). Ita Alphonsus Veracruz in Compendio M. S. apud Rodriguez (*a*). Concessit item religiosis, qui ad Indiarum conversionem proficiscuntur (III) in die quo se mari commiserint, & sic in quo pervenerint, vel in itinere decesserint indulgentiam in forma Jubilæi. Et religiosis scientibus idioma Indorum toties quoties munus docendi Indos exercerent, centum dies. Ita Rodriguez, qui ait, duplicem hanc postremam concessionem in eodem motu proprio contineri. Vide infra Ord. 175. & supra Ord. 91.

ADNOTATIONES.

(I) *In domibus & monasteriis*. Indulgentiæ in prima parte hujus ordinationis concessæ immunes sunt à revocatione postea decreta à Paulo V. facta 23. Maii. 1606. per Const. *Romanus Pontifex*; tum quia sunt locales, tum quia non solis regularibus concessæ, sed sæcularibus etiam ad eorum ecclesias convenientibus. Ut enim ex Peirinis, Lezana, & Quintana dueñas inquit Viva (*b*), *Certum est*, Paulum V. non revocasse pro regularibus indulgentias Christi-fidelibus indiscriminatim concessas: unde & regulares iis frui possunt. Nec revocavit pro animabus purgatorii concessas regularibus, ut idem Pontifex testatus est apud Gobat. Nec indulgentias regularium locales, seu ecclesiis regularium concessas, sed solum personales ut S. Congregatio declaravit 7. Sept. 1607.

(II) *In forma Jubilæi*. Aliqui putant, hac clausulâ contineri favores omnes in Jubilæo concedi solitos. Sed veriùs contradicunt alii cum Vi-

(*a*) *Rodr. tom.* 2. *QQ. RR. q.* 97. *art.* 1. (b) *Viva*, *Append. ad Jubil.* §. 1. *n.* 6.

Digitized by Google

va (*a*) nam praxis in similibus interpretatur, solam contineri indulgentiam plenissimam, qualis in Jubilæo.

(III) *Religiosis, qui ed Indiarum conversionem proficiscuntur.* Vide quatenus gratia hæc sit revocata, deinde expressè renovata infra Ord. 175.

ORDINATIO CXXXI.
Anno 1571. 8. Jul.

CONfirmavit Pius V. Universitatem Limanam (I). Meminit P. Mendo (*b*) Et Emmanuel Rodriguez J. refert in *Compendio Historiali*, eumdem Pontificem 15. Julii ejusdem anni, communicasse per bullam Universitati Limanæ (II) indulta Salmanticensis.

ADNOTATIONES.

(I.) *Universitatem Limanam.* Jam ab anno 1562. à Philippo II. erat condita, ut est in Jure Indico (*c*): *Fundamos* y constituimos en la ciudad de Lima, y en la de Mexico Universidades y Estudios Generales, y concedemos à todas las personas que en dichas Universidades fueron graduados, que gozen en nuestras Indias, Islas, y Tierrafirme del Mar Oceano de las mismas libertades y franquezas de que gozan en estos Reinos, los que se gradúan en la Universidad y Estudios de Salamanca, assi en no pechar como en todo lo demas. Y en quanto à la Jurisdicion se guarde la lei 12. de este *titulo*. Et lex 12. ea est: *Que* los Rectores tengan Jurisdicion en los doctores, maestros, officiales, en los letores, estudiantes, y ojentes, en todos los negocios criminales, que se cometieren dentro de las escuelas en qualquiera manera tocantes à los estudios, como no sean delitos en que haja de haver pena de effusion de sangre, ò mutilacion de miembro, ù otra corporal. Y en los delitos, que se cometieren fuera de las escuelas, si fuere negocio tocante à los estudios ò dependiente de ellos; o pendencia de hecho ò de palabras que alguno de los doctores, maestros, ò estudiantes tenga con otro sobre dispúta, ò conferencia, ò paga de pupilage, ò otra cosa semejante, en estos casos los Rectores puedan conocer tambien . . . Assimismo puedan conocer de los excessos que los estudiantes tuvieren en Juegos, deshonestidades, ò distraccion de las escuelas, y los puedan castigar con prisiones, ò como mejor pareciere. Y tambien puedan castigar y corregir las inobediencias, que los doctores y estudiantes tuvieren con los Rectores en razon de los estudios, constituciones, y ordenanzas *de ellos*.

(III) *Indulta Salmanticensis.* Indulta pontificia Salmanticensi Studio Generali concessa refert aliqua P. Mendo (*d*). I. Paulus Tertius indulsit, quodsi aliquod statutum mutandum occurreret, id fieri posset in consessu Aca-

(a) *Viva, Quæst. De Jubil. art.* 1. *n.* 4.
(b) *Mendo, lib.* 1. *De Jur. Acad. num.* 123.
(c) *Leg.* 1. *tit.* 22. *lib.* 1. *Recop. Ind.*
(d) *Mendo, lib.* 1. *De Jure Acad.* 9. 2. *à num.* 134. & 167.

Academiæ pleno suffragantibus duabus tertiis partibus; quo mutatio censeretur apostolica authoritate decreta. 2. Alexander IV. ut Salmanticæ examinatus & approbatus ubique terrarum censeretur habilis ad regendam cathedram. 3 Clemens V. ut decimarum tertias exigeret in diœcesi Salmantina. 4. Martinus V. litteras conservatorias concessit Scholastico Salmantino cum amplissima jurisdictione privativa immediatè Sedi Apostolicæ subjecta, etiam in civilibus. 5. Ut academici redditibus beneficiorum fruerentur non residendo, dum litteris dant operam. 6. Ut cathedram proprietatis qui rexerint viginti annis doctores vel magistri, rude donentur. 7. Julius II. Cathedræ Decreti moderatorem à jejunandi lege deobligavit. Quod tamen etiam Salmanticæ videtur desuetudine oblitteratum. De cæteris verò, si præsens piana salmanticensium indultorum communicatio verbo fuit indefinita in favorem Limensis Academiæ, ut innuit cit. Rodriguez, usu certe & tempore illam esse oportet valde limitatam.

De Limana Universitate hæc habet P. Coleti (a): *L'università* di S. Marco si fondò nel 1549., ò secondo altri nel 1551. con reali diplomi l'uno dei 12. di Maggio, l'altro de 21. Settembre dello stesso anno. Il Pontefice S. Pio V. con Bolla dei 15. di Luglio del 1571. le concesse i privilegi tutti dell' Università di Salamanca, alla quale s'incorporò con diploma reale del 1572. Fu secolarizzata e fatta Patronato reale nel 1576., e dal Convento dei PP. Domenicani, dove era stata fin allora, si trasferì a un luogo publico; ma nel 1614. essendo assai decaduta, fu ristabilita dal Re Philippo III., ed è la prima e la più celebre Università dell'*America*.

ORDINATIO CXXXII.
Anno 1571. 2. Aug.

UT Indi ad fidem conversi, qui in sua infidelitate plures habebant uxores, eam pro legitima retineant, & cum ea contrahant, quæ simul cum ipsis conversa & baptizata fuerit, quamvis non sit prima earum adhuc viventium, quas in infidelitate duxerant, & quod ejusmodi matrimonium sine ullo scrupulo habeatur pro legitimo. Ita habetur in Summario privilegiorum indicorum per Concilium Limense approbato ex litteris stantibus in archivo Civitatis Regum.

ADNOTATIONES.

(1) *Quamvis non sit prima. Arg. Cap. Gaudemus, De divortiis* dicitur: *Si paganus* priùs plures uxores habebat, post fidem susceptam adhærebit *primæ*. Hæc in illius cap. argumento; nam in textu nihil habetur de prima, sed quod una tantùm de pluribus retinenda est. Si tamen jus primæ

(a) *Coleti, Dict. V.* Lima.

mæ ita ſit à natura, ut nulla poteſtate diſſolvi poſſit, dici poteſt præſens privilegium, de cujus exiſtentia dubitari nequit, procedere ſuppoſita plurium ſententia, de qua infra Ord. 305., inter Indos non eſſe contractum verè matrimonialem, non quidem ratione infidelitatis, ſed quia conditiones non obſervant ad ritè contrahendum requiſitas. Vel procedere ex eo quod attenta illorum indole & mutabilitate non contingat aliquem recèns converſum adhærere uxori abhorrenti à baptiſmo abſque gravi periculo deficiendi à fide, aut paganorum ritu vivendi cum injuria creatoris. Quo caſu licet per Apoſtolum à prima recedere, Vide Avendaño (*a*).

His tamen non eſt opus in ſententia Navarri, quam ſequitur P. Sanchez (*b*), poſſe Pontificem diſpenſare in matrimonio etiam conſummato infidelium etiam dum ambo baptizantur. Cujus ratio eſt, quia firmius eſt matrimonium fidelium ratum, quam conſummatum infidelium, cum illud habeat rationem ſacramenti, hoc verò non niſi rationem contractus matrimonialis naturalis. Cum ergo Pontifex poſſit in illo diſpenſare, poterit & in hoc. Nec obſtat quod conſummatum hoc ſit, nam ſupponitur eſſe conſummatum antequam per baptiſmum deveniret ſacramentum; non poſt. Unde non repræſentat indiviſibilem unionem Chriſti cum Eccleſia per carnem; & reputatur ut ratum, donec poſt ſuſceptum baptiſmum conſummetur.

Quidquid de hac ſententia quæ non omnibus placet, & de ratione qua nititur ſit, de quo vide Dianam (*c*); illa tenet à fortiori quando conjugum alter baptizatur, altero renuente, tunc enim neque rationem habet ſacramenti cum alter eſt infidelis, & ratione baptizati ſubditi Papæ ſubditur, ut poſſit diſpenſari. Et confirmatur ex doctrina Dianæ primo ex citatis loco, ubi docet matrimonia infidelium non poſſe à Pontifice ſolvi quà Pontifex eſt, poſſe tamen ſi ſupremam habeat jurisdictionem temporalem in infideles. Et licèt loquatur de matrimonio infidelium rato, ejus tamen ratio valet de conſummato, cum ſit cauſa temporalis æque & politica, in qua Princeps ſententiam ferre poteſt.

Et licèt P. Sanchez (*d*) affirmet, matrimonium infidelium conſummatum eſſe indiſſolubile; at loqui de indiſſolubilitate citra legitimam diſpenſationem, conſtat ex ejus ſententia nuper relata, juxta quam poteſt Pontifex diſpenſare in matrimonio infidelium conſummato cum baptizantur ambo. Si enim poteſt infidelium matrimonium ſolvere cum ambo baptizantur, poterit etiam potiori titulo, cum non baptizantur, ſi aliqua alia ratione ſint ſubditi. Vide Ord. 58. A. 2., Ord. 78. A. 4., & Ord. 167., & 260.

OR-

(a) *Avend. tit. 12. Theſaur. n. 414. ; & n. 54.*

(b) *Sanch. lib. 2. De Matr. d. 17.*

(c) *Diana coord. tom. 3. tr. 1. R. 90. ex P. 8. tr. 1. Reſol. 66. = Et tom. 2. tr. 6. R. 126. ex P. 9. tr. 7. Miſc. 2. Reſol. 47.*

(d) *Sanch. lib. 2. De Matr. d. 13. n. 3.*

ORDINATIO CXXXIII.

Anno 1571. 2. Aug.

UT tam archiepiſcopi quam epiſcopi Indiarum in confectione chriſmatis liquore ſeu ſucco (de quo in conſtitutionis exordio dicitur, mira odoris fragrantia præſtare, & ad lavanda vulnera conducere, qui communiter habetur pro vero balſamo, præſtat enim effectus quos balſamum Alexandria allatum præſtitiſſe perhibetur) in locum balſami uti poſſint: ac dicto ſacro chriſmati cum dicto ſucco ritè tamen confecto tantam fidem adhibendam eſſe ac ſi in illo balſamus interveniſſet. Non obſtantibus quibuſcumque. Extat tom. IV. Bullar. Rom. Conſt. S. Pii V. 180. pag. 174. Eſtque confirmatio privilegii ſive ordinationis Pii IV., de qua ſupra Ord. 104.

DUBIUM.

An balſamum eſſentialiter requiratur ad confirmationem?

§. I.

Pars negativa probatur.

NEgant multi apud Lacroix (a), & apud Dianam (b), quorum ſententia probatur 1. ex *cap.* 1. *De ſacram. non iter.*, ubi Innocentius Tertius loquitur: *Conſulere* voluiſti, an confirmationis ſacramentum debeat iterari in eo qui per errorem non fuit chriſmate delinitus. Ad quod breviter reſpondemus, quod non eſt aliquid iterandum, ſed cautè ſupplendum quod incautè fuerat *prætermiſſum*. Unde ſic arg.: Si balſamum, ex quo cum oleo chriſma conficitur, eſſet eſſentialiter requiſitum ad confirmationem, ſacramentum in caſu conſulto erat iterandum. Sed iterandum non eſt, ut in hac decretali continetur. Ergo . . .

Reſpondent 1., ideo maximè iterandum non fuiſſe ſacramentum, quia primum erat nullum, nam quod ab initio nullum fuit, primò effici poteſt, iterari non poteſt. Nullum tamen cur fuit, niſi quia defuit unctio per balſamum eſſentialiter requiſita? Sed hæc reſponſio, inquit P. Suarez (c) & ſi nobis contrarius, violenta eſt; patet enim iterationem non accipi à conſulente, ac proinde neque à Pontifice reſpondente pro ſecunda ſacramenti collatione poſt primam ratam & validam, ſed prout communiter accipitur, ad ſignificandam collationem ſacramenti quæ iterum fit quando timetur vel judicatur priorem eſſe invalidam: quod maximè verum eſt in ſacramento confirmationis, & in iis quæ non poſſunt aliter iterari.

Reſ-

(a) *Lacr. lib. 6. P. 1. q. 70.* (b) *Diana, coord. tom. 3. tr. 1. R. 19. ex P. 8. tr. 2. R. 11.* (c) *Suar. tom. 3. in 3. p. Diſp. 33. ſect. 1. §.* Secunda opinio.

Respondet 2. P. Suarez, negari non posse confirmationem ut supra collatam *iterandam esse* quoad substantialia, quia illius valor est ut minimum incertus. Aliter ergo est explicandus Pontifex. Tum etiam, quia juxta tenorem Decretalis supplenda est saltem unctio balsami, hæc verò non fit usquam sine unctione olei, nec sine verbis: in quo stat tota confirmationis essentia. Tum etiam quia balsamum cujus unctio supplenda est, debet esse benedictum, nunquam tamen benedicitur sine oleo. Erit ergo supplenda unctio per totum chrisma.

Sed contra, & confirmatur 1. probatio; quia responsio hæc & explicatio qua dicitur, *iterandam esse* confirmationem, est plusquam violenta, cum contradicat textui exprimenti, *iterandum non esse* sacramentum. Unde & est practicè certus valor primæ confirmationis. 2. Falsum est, quod juxta tenorem Decretalis supplenda sit unctio sacramentalis; sed potest intelligi de supplendo quod præter unctionem jam substantialiter completam prætermissum forte fuit, ut instructio circa confirmationis virtutem & effectus per balsamum significatos: quæ instructio verosimiliter fuit omissa, quando nec de balsamo adhibendo, nec de prætermisso subiit cogitatio. Si tamen aliquid de unctione supplendum esset, ut videlicet sensibilior esset instructio, fieri posset sine verbis sacramentalibus, eo modo quo sine sacramenti iteratione unguntur olim in necessitate baptizati.

Probatur 2. pars negativa ex historia, quæ si vera est, inquit loco citato Suarez, non parum favet sententiæ nostræ. Sed de historiæ veritate non est jam cur dubitet Eximius Doctor; constat enim summa tum ex hac Pii V. Constitutione in Bullario communi promulgata; tum ex alia Pii IV. supra relata, cujus transumptum authenticum primò datum est Episcopo Tucumanensi ex archivo Civitatis Regum, ut fides fit in Concilio Limensi in Summario privilegiorum (*a*). Res ergo sic habet: Dubitantibus Indiarum episcopis, an posset confici chrisma balsamo americano, quod à Judaico certè differt specie, concessit Pontifex quod supra.

Balsamo quidem americano *veri balsami est natura*, ut ex Navarro & Christiano Lupo inquit Benedictus XIV. (*b*); quod rectè cum eo stat quod specie differat à Judaico, si balsami nomen sit genericum plures sub se continens formas, & balsami species. Ne tamen sacramenti confectio esset obnoxia cavillationibus opinantium non esse verum balsamum ex eo quod à Judaico differt, concessio prodiit hypothetica etiam pro casu quo verum balsamum non sit, sic enim habet concessio Pii IV.: *Quamvis non sit verum balsamum*.

Jam vero supposita historiæ veritate, plusquam probabiliter concluditur sententia nostra; nam illa Pii IV., & hæc Pii V. constitutio non est pura declaratio, ut appellat P. Claudius Clemens (*c*), saltem non est declaratio, quòd balsamum americanum sit verum balsamum, sed est dispen-

(a) *C. Lim. apud Harold. in Lim. lim. pag.* 111. (b) *B. XIV. tom. X. Oper. c.* 6. *n.* 6. (c) *Cl. Clemens Decad.* 8.

pensatio ut appellat D. Dionysius Alcedo (a), sed est concessio qua indulgetur, ut eo liquore vel succo possit confici chrisma, *quamvis verum balsamum non sit*. Ergo chrismatis confectio per balsamum non requiritur essentialiter ex institutione sacramenti, in quo dispensare nequit Pontifex, sed ex præcepto: & ex præcepto quidem non divino, ut vult Dicastillo (b), sed ecclesiastico, ut vult Cajetanus, Vivaldus, Navarrus, Covarrubias, Sotus & alii apud eundem Dicastillo: in hoc quippe solo dispensare potest Pontifex. Vide P. Murillo. (c).

Accedit in hujus sententiæ confirmationem, quòd balsamum, si de judaico sermo sit, est rarum, & fuit etiam antequam nota esset America ad exportandam alterius copiam, & non est credibile tam rarum genus esse materiam ad sacramenta essentialiter requisitam. De raritate constat antiquo Plinii testimonio apud P. Suarez loc. cit. Et de recentioribus Lemeri (d) ait, quod olim ferebatur solum in Valle hiericuntina, unde per Turcas ad hortos Cairi in Ægypto omnia fere germina translata sunt, quin aliquod inde christiani deducere sinerentur.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Objicies 1. authoritatem Concilii Florentini in Decreto Eugenii, quod habetur post sess. 25. (e), ubi dicitur: *Cujus* (confirmationis) materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum *benedicto*. Et licèt non desit qui dubitaverit (f) de hujus Concilii œcumenicitate quando Eugenius Papa decretum fecit ad Armenos; sed illam testatur Eugenius ipse non semel dicens ibi: *Hoc Sacrosanctum Oecumenicum Concilium*. Et Cardinalis de Monte (g), postea Julius Tertius illam defendit Tridenti, erroris vel dubii causam detegens & refutans. Verum est quod Patres aliqui abscesserant jam; sed hoc non obstat œcumœnicitati, maximè cum consensus Græcorum absentium accesserit, ut refert Bail (h).

Resp., sic statui à Concilio Florentino materiam confirmationis in chrismate confecto ex oleo & balsamo, sicut statuitur ibidem pro materia sacramenti pænitentiæ satisfactio ad arbitrium sacerdotis imposita Verba decreti sunt: *Cujus* (sacramenti pœnitentiæ) materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est contritio, secunda confessio ... tertia *satisfactio*. Et tamen constat, satisfactionem, nec in re positam, neque ut acceptatam requiri essentialiter ad sacramentum pœnitentiæ.

Di-

(a) *Alcedo, Aviso Histor.* §. 7. (b) *Dic. Tract. de Sacr. D. un. dub.* 3. *n.* 29. (c) *Murillo, lib.* 1. *Curs. Can. tit. de S. Unct. n.* 240.
(d) *Lemeri, Dict. V.* Balsam. Jud.
(e) *C. Flor. apud Hard. tom. IX. Col.* 433.

(f) *Vide Memor. de Trev. anno* 1745. *art.* 84.
(g) *Apud C. Polav. lib.* 6. *Hist. C. Trid. n.* 12., & *Spond. in Bar. Continuat. ann.* 1539.
(h) *Bail, tom.* 1. *Concilior. pag.* 602.

Digitized by Google

Dices, id esse in satisfactione singulare, quia non est pars actu concurrens ad constituendum sacramentum, sed est quidpiam posteà sequens. Resp., satisfactionem consequi ut in re positam, præcedere tamen ut acceptatam, & actu concurrere ad componendum suo modo, nempe integraliter, non essentialiter, sacramentum. Similiter dic, mixtionem balsami concurrere ad suo modo complendam, scilicet extra essentialiter, accidentaliter, materiam confirmationis. Nec est ratio cur in decreto comprehendi possit sub nomine materiæ satisfactio, & non mixtio, cum utraque sit extra-essentialis.

Dices iterum: saltem mixtio balsami erit requisita ex præcepto divino indispensabili ut satisfactio. Resp., hoc non inferri ex modo loquendi Concilii Florentini; sed ex diversa indole sacramenti pœnitentiæ, quod cum institutum sit à Christo Domino per modum judicii, ex præcepto & institutione divina requirit quod requiritur ad judicii integritatem. At divina confirmationis institutio nullo modo requirit balsamum, quamvis ab Ecclesia convenienter sit præceptus illius usus.

Obiicies 2. Balsamum requiritur ex traditione apostolica. Ergo ex divina institutione; nam id tradiderunt Apostoli circa sacramenta, quod à Christo Domino institutum & injunctum Apostolis est. Antec. prob. ex regula Augustini (*a*): *Quod* universa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi apostolica authoritate traditum rectissimè *creditur*. Sed usus balsami est communis in ecclesia, nec per concilia institutus. Patet hoc; nam licèt in conciliis aliquibus fiat mentio de illius institutione, mentio tamen est de institutione præcedente, & jam per ecclesiam usu vigente.

Dist. ant. object.: traditione promulgativa, nego; præceptiva, permitto vel concedo antec., & nego conseq. Notum est, non omnia ab Apostolis tradita esse divinæ institutionis; nam & ipsi habebant qualem modò habet ecclesia potestatem, cujus leges vim habent tantùm juris ecclesiastici ab eadem ecclesia dispensabilis. Vide Cardin. Petram (*b*), qui agens de traditione circa numerum prælatorum requisitum in episcopi consecratione, inquit: *Cum* forma trium episcoporum non sit de jure divino, sed tantùm ab Apostolis tradita, potest à Papa causa suadente injungi, ut ab uno episcopo cum assistentia duarum dignitatum consecretur novus *episcopus*. Ex iis ergo quæ Apostoli tradiderunt, alia sunt à Christo Domino instituta per Apostolos promulgata; alia sunt ab Apostolis ut ecclesiæ pastoribus constituta per potestatem Pontificibus relictam, quæ proinde rationem tantùm habent legis humanæ & juris ecclesiastici. Quænam verò sint ejusmodi leges, & quomodo ab aliis discernendæ sint divinis institutionibus; per fidei regulas & locos theologicos declarandum, dum declarato sit opus.

Et hanc solutionem præferre juvat alteri in Memoriis Trevultianis insinuata (*c*), qua Michael Amatus presbyter neapolitanus cum aliis inno-

(a) *Aug. lib.* 4. *contra Donatum, De Baptism. cap.* 24. (b) *Petra, tom.* 3. *ad C.* 3. *Lii II. P.* 2. *sect. unic. pag.* 208. *num.* 12. (c) *Memor. de Trev.* 1723. *art.* 56.

nominatis negat, usum balsami extitisse in ecclesia ante sæculum VI., & SS. Gregorios Magnum & Turonensem ait esse primos, in quorum scriptis extet memoria, & hujus cerimoniæ vestigium. Hoc tamen non probat tunc primùm esse institutam, cum constet primitivæ ecclesiæ christianos solitos esse sacras cerimonias adhibere clàm ad vitandos abusus & profanationem, quam ab infidelibus timebant, & tunc maximè viguisse silentii legem de rebus sacris: de quo vide P. Carolum Merlinum S. J. (*a*). Sed & falsum est, nullum de usu balsami extare vestigium ante sæculum VI., nam in Concilio Toletano I. anno 400. fit mentio tanquam de re penè ubique servatà, de chrismate, non simplici, quod oleo sincero convenire potest, sed de chrismate confecto. Et quod confectio hæc fuerit ex balsamo, suadetur Amati argumento, nam hæc est posterior ecclesiæ praxis, & nullum extat vestigium in hac praxi esse factam mutationem. Ergo & talis erat praxis anterior.

Objicies 3. S. Dionysium (*b*) ajentem: *Unguenti* ... perfusio ei qui initiatus est, suavitate odoris fragrantem *facit*. In quibus oleum, non simplex, sed *balsamatum*, ut appellat D. Thomas significatur. Et inferiùs ait, eum ritum esse traditum ab Apostolis ut divinum, & ejusdem ordinis & efficacitatis ac synaxis sacramentalis seu communio. Accedit S. Fabiani Papæ (*c*) authoritas ad episcopos orientales scribentis: *Litteris* vestris ... insertum invenimus, quosdam regionis vestræ Episcopos ... non per singulos annos in Cœna Domini chrisma conficere ... Dicunt enim, nec balsamum per singulos annos posse reperiri. Errant qui talia *excogitant*. Et ibid. inquit expresè, Christum Dominum Apostolos docuisse chrisma conficere, *sicut à Sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt*. Et S. Cyprianus sermone de Unct. chrism. inquit: *Hodie* in Ecclesia sacrum chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum regiæ & sacerdotalis gloriæ exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis divinitùs est unctio *instituta*.

Resp., unguentum, de quo Dionysius, non esse materiam ullius sacramenti, nisi quatenus sacramentum accipitur pro re sacra, qua mysterium continetur. Patet hoc, nam hujus unguenti compositionem esse dicit *collectionem quamdam fragrantium materiarum*: quod potiùs convenit chrismati Græcorum ex aromatibus amplius triginta præter oleum & vinum confecto, de quo vide C. de Lugo (*d*), & recentiorem Rupprecht (*e*). Loquitur Dionysius de unguento, quo ecclesia *ad omnem rei sacræ consecrationem utitur*, ut altaris & sacrorum vasorum, quod pro ecclesiarum varia consuetudine potest esse varium.

Non ait, ritum oleum balsamandi traditum esse ab Apostolis ut divinum, sed verba sunt: *Unde* opinor, juxta sensum hierarchicum, qui à Deo traditus est, divini isti sacramenti nostri ordinis duces sanctum hoc unguenti mysterium τελετή vocant, idest consecrationem; quod reipsa con-

(a) *Mem. de Trev. 1745. Janvier.*
(b) *Dionys. cap. 4. de Eccl. Hier. P. 2.*
(c) *S. Fab. P. Epist. 2.*
(d) *Lugo, lib. 1, Resp. Moral. dub. 8.*
(e) *Theodor. Rupprecht, in* tit. De Sacr unct.

consecret atque *consummet*. Neque ait, esse ejusdem efficacitatis & ordinis cum synaxi, sed verba sunt: *Est* igitur sacrosanctum hoc mysterium ejus ordinis atque virtutis, ut hierarchicas consummet functiones. Quocirca quoque divini præceptores nostri tanquam ejusdem ordinis & operationis cum sacrosancto synaxis sacramento, iisdem imaginibus ut plurimum, mysticisque distinctionibus ac sacris verbis descripserunt. Atque Pontificem quidem videre licet eodem modo à diviniore *loco*, &c.

In quibus solùm significatur, ad eumdem in genere ordinem pertinere operationem sacramenti synaxeos, consecrationem unguenti, & consecrationem etiam quæ per unguentum fit, eo quòd rerum sacrarum *consecratio coordinata est*, ut supra dixerat, idest, subordinata synaxeos sacramento, sive ad illud ordinata tanquam ad finem propter quem personarum & rerum sacrarum consecratio fit. Præterea, nihil dicitur in toto eo capite de unguento fragrante, quod nequeat intelligi de oleo simplici secundùm ecclesiæ ritum thurificato. Imo thuris odori extrinseco fragranti convenit potiùs quod ibi dicitur de Pontifice ad omnia templi loca odorem à diviniore loco diffundente.

Epistola Fabiani Papæ cum plerisque aliis Pontificum decretalibus usque ad Siricium sat communiter habentur pro apochryphis, ut videre est in collectione Conciliorum Harduini & Labbeana, in quarum ultima (*a*) plerasque repudiari dicitur à Card. Baronio, Bellarmino, Perronio, Cantio, Antonio Augustino, Lorino, Sirmondo, Ducæo, Marca, Borqueto. Idem habetur apud Trevultianos de epistola Fabiani absolutè (*b*), & de aliis cum restrictione ad eas, pro quibus non extat antiquorum suffragium. Idem ferè habet Musantius (*c*). Et Benedictus XIV. (*d*) de hujusmodi monumentis diffidentiam ostendit per hæc verba: *Disciplinam* illam benedicendi feria quinta majoris hebdomadæ olea tertio introductam sæculo affirmare possemus, si genuinum monumentum illud esset quod Gratiamus refert *C. Litteris*. Verum cum viri docti spuriam plurimis de causis eam Fabiani epistolam *suspicentur*, &c. Et Hispanis quidem indubitatum in his decretalibus esse vitium novitatis vult novissimè M. Florez Augustinianus, dum ait de decretalibus Damaso & Siricio anterioribus (*e*): *Para* los Españoles debe ser indisputable su novedad, pues en el indice de las decretales que usaba nuestra Iglesia en el siglo VII. no se halla ninguna anterior à *S. Damaso*.

S. Cypriani sermo citatus est octavus in Opere *De Cardinal. Christi Operib.*, quod S. Cypriano falsò tribuitur, cum verus illius author sit Arnoux Abbas Bonæ-Vallis, qui sæculo XII. floruit. Vel si est alius antiquior, de quo vide Bellarminum (*f*); Cyprianus certè non est, cujus doctrinæ de casu diaboli relatè ad hominis creationem in opere illo contradicitur. Præterea, ibi solùm habetur, unctionem esse divinitùs institutam pro initiandis dignitatibus regia & sacerdotali: quod ad Vetus Testamentum

(a) *Labbe tom. 1. col. 78.*
(b) *Memor: de Trev. 1723. art. 56.*
(c) *Musant. Tab. 4. De susp. PP. scripi.* 10.
(d) *Bened. XIV. Oper. tom. X. cap. 6. n. 63.*
(e) *Flor. Espan. Sagr. tom. 4. tr. 3. cap. 1. n.*
(f) *Bellarm. De Scriptor. Eccl.*

Digitized by Google

tum referri oportet, in quo reges & sacerdotes non balsamo, sed oleo, divina dispositione sacrabantur. Nam de Novo Testamento falsum est, quod regia dignitas initianda sit divina ordinatione, nec balsamo, nec oleo; & de sacerdotali falsum est quod balsamo initianda sit divinitùs, vel humanitùs.

Sed neque si alicubi legeris, divina ordinatione esse unctionem institutam, illicò censendum est institutam esse jure divino, prout ab ecclesiastico differt, cum etiam acta potestatis ecclesiasticæ à Deo collatæ Apostolis & successoribus sint acta juris participativè divini. Ita docet Cano (*a*) ex 1. Cor. 7., ubi cum Apostolus quoddam de suo consilium tradidisset, subdidit: *Puto* autem quod & Ego spiritum Dei *habeam*. Et universim id docet Cano de iis apostolicis traditionibus quas supra vocavimus præceptivas, quasque ibi discernit à promulgativis.

Objicies 4. D. Thomam (*b*), qui inter alia quæ sunt de hujus sacramenti substantia, ponit confectionem olei & balsami, quæ chrisma vocatur. Et alibi (*c*) simpliciter ait, materiam hujus sacramenti esse *oleum balsamatum*. Et materiam hujus sacramenti esse unam actu & multiplicem virtute sicut & alia mixta, & habere virtutem instrumentalem proportionatam. Et hanc sententiam sequuntur communiùs Theologi cum D. Bonaventura (*d*). Confirmat P. Suarez authoritate Concilii Coloniensis expressiùs dicentis, balsamum esse de essentia sacramenti, & negantis solum oleum posse sufficere.

Resp., D. Thomam in primo ex citatis loco solum dicere, chrisma confectum ex oleo & balsamo esse materiam convenientem contra objicientes ibi solam requiri manus impositionem sine unctione cum quo stat quod sit materia accidentalis, sive ut inquit ibi Cajetanus *regularem materiam confirmationis de necessitate præcepti non de necessitate sacramenti*. In 2. loco nihil habet de substantia vel de essentia sacramenti; sed tantùm enumerat requisita. Et de insignitione per chrisma confectum ex oleo & balsamo solùm habet quod fit non irrationabiliter.

In 3. loco sic ait, materiam confirmationis esse *oleum balsamatum*, quomodo in Concilio Florentino dicitur, materiam consecrationis esse *vinum aquâ permixtum*, cum constet aquam non esse materiam essentialem, sed præcepto solùm ecclesiastico requisitam, ut fatetur P. Suarez (*e*). Ad 4. locum constat ex dictis, quibus adde quod mixtum ibi potest intelligi prout distinguitur ab elementis, quod etiam convenit oleo simplici, sicut & nomen chrisma, quod significat unguentum, & pariter convenit oleo, ut loco cit. animadvertit laudatus Rupprecht. Similiter possunt accipi expressiones aliquæ S. Doctoris in 1. ex citatis loco, ubi materiam confirmationis contraponit materiæ baptismi, quæ debet esse non mixta, sed elementaris.

Authoritas Seraphici Doctoris alioquin magna, in præsenti non est curan-

(a) *Cano, lib. 3. De Loc. Theol. cap. 5.*
(b) *D. Th. 3. q. 72. a. 2. Et 4. Contra Gent. cap. 60.* (c) *D. Th. in 4. d. 7. art. 1. q. 2. ad 1.*
(d) *Bonav. in 4. d. 7. art. 1. q. 2. ad 1.*
(e) *Suar. loc. cit. §. Potest autem.*

Digitized by Google

curanda; ibidem quippe docet, quod *Christus hoc sacramentum non instituit*, sed Ecclesia: quod ab adversariis modò nostris non admittitur. Ad confirm.: Concilium Coloniense, scilicet Primum celebratum ab Hermanno Archiepiscopo, qui postea ad partes hæreticorum ab ecclesia defecit, tantum inquit: *Docebit* parochus populum quid significet chrisma, & cur ex oleo olivæ & balsamo conficiatur, quemadmodum docebit *Enchiridion*. Unde objecta doctrina non est Concilii, sed ejus qui Enchiridion fabricatus est. At Enchiridion in Indice Romano proscriptum est, & Indici Hispanæ Inquisitionis multa dedit expungenda ut expurgaretur. Unde nec conciliarem, nec privati authoris authoritatem habet, ut alibi (*a*) inquit qui modò objicit P. Suarez.

Ex dictis inferes, ad confectionem chrismatis indifferenter adhiberi posse præter judaicum seu alexandrinum quodlibet balsamum ex tribus americanis, sive quod ex Peruvio, sive quod ex Tolu, sive brasilicum, quod ex arbore *copaî*, *copaig*, *copau*, *vel copaiva*, ut variè appellari solet distillatur quorum discrimen vide apud cit. Lemeri in Dictionario. Constat illatio ex communi Theologorum sententia & praxi Episcoporum etiam per Europam, de qua testantur Trevultiani (*b*). Et Benedictus XIV. eam praxim testatur loc. cit. obtinere de balsamo ex occidentali India, nulla facta distinctione, transvecto. Constat verò transvehi ex omni illa specie.

Et ratio in nostra sententia facilior est, quia balsamum cujuslibet ex dictis speciei est *liquor quem ibi vocant balsamum* quod tantùm requirit ecclesia, ut pro Indiis expressit ordinatio præsens, & pro Europa interpretatur ecclesiastica consuetudo: neque aliud requirit sacramenti natura, vel institutio divina. Est, inquam, *liquor* primò fluidus, quamvis tempore concretus & obduratus servari soleat in apothecis. Vocant ibi balsamum; nec vocant temerè, cum qualitates habeat balsamicas, nominatim odorem & vim medicam; & parum refert quod in aliis inter se differant, sicut etiam differt vinum album à rubro, quin propterea censeatur eorum aliquod ineptum ad conficiendum eucharistiæ sacramentum: & aqua marina à fontali, cum utraque sit apta ad baptizandum.

ORDINATIO CXXXIV.

UT Fratres Ordinum Mendicantium in Indiarum partibus degentes cum personis, quæ tam ex delicto, quam ex defectu irregularitatem contraxerunt, super ea in aliquibus casibus dispensare possint. Meminit hujus concessionis ipse qui fecit Pius V. in Const. seq. Qui verò sint illi casus, in quibus ex hac constitutione Mendicantes dispensare possunt, quis edisserat? Fortè sunt illi, qui continentur in privilegio, quod supra Ord. XCI. referendum putavi ad tempus Pauli IV., quodque Ill. Montenegro (*c*) scri-

(a) *Suar. cap. 32. De Ver. intell. aux. eff. 6.* Ad hoc. (b) *Mem. de Trev. loc. cit.* (c) *Montev. lib. 5. tr. 1. §. 13. n. 2.*

Digitized by Google

ſcribit datum à Pio V. illud tamen privilegium conceſſum eſt, non Fratribus Ordinum Mendicantium, ut hic habetur, ſed Ordinis Prædicatorum Provincialibus in aliquibus Indiarum provinciis, & in quatuor tantùm anni diebus. Si tamen privilegium illud Paulo IV. attributum ſit revera Pii V., corrigenda eſt data quam habet apud Ill. Montenegro, 1. Octobr. 1571., nam die 4. Auguſti, quo prodiit ſequens ordinatio, jam illud emanaverat. De cætero parùm refert à quo Pontifice ſit conceſſum ex duobus nominatis, nam licet ſit à Pio V., non eſt de revocatis à Gregorio XIII. per Conſt. *In tanta*.

ORDINATIO CXXXV.
Anno 1571. 4. Aug.

UT Archiepiſcopi & Epiſcopi Indiarum quaſcumque perſonas à delictis, per quæ irregularitas contrahitur (homicidio voluntario, & ſimoniaca labe (I), duntaxat excepta) abſolvendi, & cum eiſdem in partibus Indiarum exiſtentibus perſonis, quæ irregularitatem ex aliis quam ex prædictis cauſis contraxerint, ſuper irregularitate ejuſmodi ex quibuſcumque cauſis præterquam homicidii & occaſione ſimoniæ contracta diſpenſandi (II), & illos ad obtinenda & obtenta beneficia eccleſiaſtica; & officia quæcumque, & ad altaris miniſterium rehabilitandi licentiam & facultatem perpetuò habeant. Vult tamen Pontifex, quòd qui abſolutionem obtinuerunt, pœnitentiam per confeſſores impoſitam adimplere teneantur, alioquin abſolutiones & ſuper irregularitate diſpenſationes nullæ ſint in foro conſcientiæ. Habetur in Bullar. Rom. tom. 4. P. 3., & apud Solorzanum tom. 2. de Ind. Jur. lib. 3. cap. 20. Incipit *Decens*.

ADNOTATIONES.

(I) *Simoniaca labe*. Notat Ill. Montenegro (*a*) ex Trullenk & aliis, irregularitatem contractam à ſimoniaco, non immediatè ratione ſimoniæ, ſed quia propter ſimoniam excommunicatus celebravit antequam abſolveretur, tolli poſſe ab Epiſcopis Indiarum ex præſente conſtitutione etiam pro foro exteriori, etiamſi irregularitas ſit publica; hæc enim irregularitas eſt alia ab ea, quæ ex ſimoniaca labe contrahitur, quamque ſolum excipit Pontifex poſt homicidium.

(II) *Diſpenſandi*. Negarunt aliqui, poſſe Epiſcopos Indiarum ex hac conſtitutione diſpenſare in irregularitate illegitimorum. Et fundamenta videntur eſſe quæ refert Avendaño (*b*) Solorzanus (*c*), & Montenegro (*d*). 1. Quod hujus conſtitutionis facultas reſtricta eſt ad irregularitates ex delicto. 2. Quia data eſt ob miniſtrorum penuriam, quæ jam diu ceſſavit, ut

(a) *Monten. lib. 5. tr. 1. ſ. 13. num. 2.*
(b) *Avend. tit. 9. Theſ. cap. 6. num. 68.*
(c) *Solorz. lib. 4. Polit. cap. 10.*
(d) *Monten. lib. 5. tr. 1. ſect. 3.*

Digitized by Google

ut fidem facit Concilium Limense anni 1583. 3. Quod facultas hîc Episcopis concessa est, ut dispensando rehabilitent: quo supponitur, dispensandos jam esse ordinibus sacris initiatos. Saltem supponitur, habiles aliquando fuisse qui dispensandi sunt, cum illegitimi habiles nunquam fuerint quippe inhabiles à natalibus.

4. Quod de pœnitentia implenda dicitur, ostendit facultatem non respicere illegitimos, qui non sunt in culpa, sed parentes eorum. Et hac ratione præcluditur evasio P. Avila apud cit. Montenegro judicantis illegitimitatem esse ab Episcopis per privilegium præsens dispensabilem, eo quod est irregularitas ex delicto, scilicet parentum. Præcluditur, inquam, nam vult Pontifex ut à delicto absoluti maneant irregulares in foro conscientiæ, si pœnitentiam non impleverint: quo satis significatur, non agi de delicto, in quo sint innocentes qui dispensandi sunt.

5. Quod Senatus Indicus reprehendit Ill. Guerrero Archiepiscopum Limanum consuetudini faventem dispensandi illegitimos. 6. Quod per regiam schedulam datam 21. Jan. 1594. mandatur, *Que* por ninguna via los Obispos de las Indias ordenen ningun illegitimo . . . y que tampoco dispensen con ellos, aunque sea para beneficios curados de Indios, pues la dispensacion de uno y otro solo la puede dar el Summo *Pontifice*. Quibus adde 7., quod prædictæ facultati in præsentiarum parùm fidendum esse videtur, post quam Ferdinandus VI. Rex Catholicus in data schedula ad Episcopos Indiarum 26. Sept. 1752. testatur de recursu qui Romam fieri solet ex America pro habendis ejusmodi dispensationibus illegitimorum. Ac dum Episcopis indicit, ut Senatum Indicum instruant de hujus privilegii statu, non satis firmum illud esse videtur.

Hæc tamen fundamenta parum valida sunt. 1. Quia constitutio præsens duo continet, facultatem videlicet absolvendi, & facultatem dispensandi. Et licèt illa referatur ad delicta, *per quæ contrahitur irregularitas*; hæc tamen extenditur *ad irregularitatem ex aliis quam ex prædictis caussis provenientem*, ut est totidem verbis expressum in constitutione ipsa: consequènterque extenditur ad eam irregularitatem quæ provenit ex natalium defectu.

Dices facultatem dispensandi referri *ad easdem*, scilicet personas antedictorum reas delictorum. Sed contra; nam referri debet ad *eas*, quæ præcesserant, idest, *ad quascumque*, ut præmissum erat in prima parte, etiam ex alia causa irregulares ut explicatur in secunda. Et mirum esset quod daretur facultas ad dispensandum cum homicidis & simoniacis in irregularitate aliunde contracta, puta ex natalium defectu, & quod negaretur facultas eadem dispensandi in eodem natalium defectu cum innocentibus, nec homicidis, nec simoniacis. Et tamen illud esset concessum, hoc negatum attento constitutionis tenore prout ab adversariis intelligitur; nam facultas dispensandi in irregularitate contracta ex quavis causa præter homicidium & simoniam, esset relativa ad personas delinquentes solum, de quibus sermo est in principio constitutionis.

Ad 2. Constitutio præsens non prodiit ex illa causa, cujus nulla est mentio, sed propter fidelium commoditatem, sive ad eos liberandos incom-

Digitized by Google

commoditate romani recursus, ex tam longinquis regionibus difficilis, ut in textu integro innuitur. Quid verò dicendum de constitutione Gregorii XIII. ejusdem ferè argumenti, qua illa indicatur causa, videndum suo loco Ord. 153.

Ad 3. Facultas non solum datur ad rehabilitandum, sed ad dispensandum, ut in textu proprio videre est; dispensatio verò non requirit ex terminis præcedentem habilitatem, quæ fuerit aliquando. Ad 4. Adimpleri pænitentiam non requiritur in omnibus dispensatis, sed in iis qui absolutionem obtinuerint, ut ibi dicitur: sive in iis, qui dispensantur in irregularitate ex delicto.

Ad 5. & 6.: Senatus carebat tunc factæ concessionis notitia: quod in re facti mirum non est, cum etiam latuerit, quorum intererat magis, prælatos Indiarum, & aliquandiu Solorzanum Juris indici thesaurarium, ut ipsemet fatetur loco citato Politicæ: ita ut putatum diu sit, ad dispensandum cum illegitimis nullum scriptum suffragari titulum Episcopis Indiarum.

Fuit quidem facta mentio concessionis hujus in summario privilegiorum authoritate Concilii Limensis approbato anno 1583., quod ignorari à prælatis non poterat, non tamen exhibetur ibi copia litteralis & integra, sed extractum valde diminutum, & parùm fidele, quod occasionem errori facere potuit, sic enim habet: *Concedit* Indiarum episcopis, ut cum quibusvis personis in Indiis existentibus dispensent in irregularitate ex quocumque delicto contracta, dummodò non fuerit ex homicidio voluntario extra bellum commisso & simonia: ita ut qui ab hujusmodi delictis absoluti fuerint, & in irregularitatibus dispensati teneantur implere pœnitentiam per confessarium ab ordinario approbatum imponendam. Etsi eam non compleverint, ejusmodi absolutio & dispensatio in foro conscientiæ sit *nulla*. N. B.: *In irregularitate ex quocumque delicto*, cum constitutionis textus habeat, *Ex quibuscumque causis*.

Ad 7. Citata schedula recursum fieri testatur quidem, sed improbat. Verba sunt, quibus prædicta roborantur: *En mi* Cosejo de las Indias ha causado novedad los recursos, que mis vasallos hacen à Roma para sacar dispensas de S. S. . . . por causas de illegitimidad para poderse ordenar; pues aunque es cierto, que este es un impedimento canonico, que el dispensarlo pertenece à S. S., tambien lo es que por bulas una de S. Pio V. . . otra del Señor Gregorio XIII. . . está concedido à los Arzobispos y Obispos de Indias, el que puedan dispensar con las personas que habitan en aquellos parages todas las irregularidades, que por qualquiera causa huvieren contraido fuerà del homicidio volontario *extra bellum commisso*, y de la irregularidad que proviene por simonia. Y assimismo que puedan dispensar en la illegitimidad y espuriedad, y otros defectos de los mestizos, paraque asciendan à ordenes *majores*.

Digitized by Google

ORDINATIO CXXXVI.
Anno 1572.

PIus V. ad ſupplicationem Philippi II. creavit ad honorem patriarchatum Indiarum. Sed oportet eſſe confirmationem, quæ creatio dicitur, ſeu prima inſtitutio, nam Doctor Salazar de Mendoza teſtis eſt, jam ab anno 1522. regnante Carolo V. Imperatore eam extitiſſe dignitatem. Id ipſum affirmat Ægydius Gonzalez Davila: additque Clementem VII. anno 1524. primum feciſſe patriarcham D. Stephanum Gabrielem Merino S. R. E. Cardinalem, & Epiſcopum Giennenſem, quem ordine ſucceſſivo alii uſque ad præſens ſecuti ſunt. Hæc ex M. S. Collegii Neo-Cordubenſis S. J. in Tucumania.

Barboſa ait (*a*), Indiarum patriarchatum erectum eſſe à Paulo Tertio; ſine juriſdictione actuali, addit in M. S. P. Eugenius Lopez Tucumanenſis S. J. Ill. Villarroel ait (*b*), ſe quandiu Matriti fuit, nullum vidiſſe in Indiarum patriarcha Juriſdictionis exercitium. Juriſdictio verò quam cit. Lopez comminiſcitur & vocat radicalem, jus eſt metaphyſicum ſine uſu; non quod habet, ſed quod habere poteſt. Hodie latiſſimam habet jurisdictionem decreto Clementis XIII. & regio jure firmatam, capellanis qui caſtra ſequuntur, claſſiariiſque, & eorum miniſterio imminentem, ſed patriarchali Indiarum dignitati extraneam, licèt permanenter affectam. De Indiarum patriarchatu vide P. Avendaño (*c*). Et de patriarchæ nomenclatura ſeu qualitate P. Bernardo Buil apud Trevultianos addita (*d*), vide ſupra Ord. 12. De Vicariatu exercitus patriarchæ appropriato præter citatam Clementis XIII. conſtitutionem vide Novam Hiſpani Juris Recopilationem tom. 3. (*e*).

Benedictus XIV. (*f*) loquens de Capellano Majori Regis Catholici, & Magno Eleemoſynario ait: *Quamvis* in Indiis occidentalibus Maris Oceani, quarum Patriarcha is appellatur, complures Epiſcopi ſint .... cum nulla ibi exiſtat patriarchalis eccleſia, non poteſt ad titulum ſui patriarchatſis epiſcopalem conſecrationem accipere, nec pallium petere, neque juriſdictionem ſive voluntariam, ſive contentioſam in Indiarum aut Hiſpaniarum regionibus exercere, nec ad ipſas Indias ſe conferre ſine expreſſa licentia Romani Pontificis. Quare illius patriarchalis dignitas ad merum redigitur honoris titulum, ex quo nullum reſidentiæ onus exurgit. Ut autem epiſcopali charactere non careat, aliqua ipſi eccleſia in partibus infidelium ſita confertur in titulum. Quæ omnia colliguntur ex actis in conſiſtorio ſecreto die 20. Januar. 1734., cum Clemens XII. Alvarum de Mendoza Indiarum Patriarcham renuntiaret in locum Cardinalis *Borgiæ*.

OR-

(a) *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccl. c. 6. n. 46.*
(b) *Villarr. Gob. Eccl. P. 1. q. 4. art. 4.*
(c) *Avend. Append. ad tit. 13. Theſaur.*
(d) *Mem. de Trev. anno 1708. art. 122.*
(e) *Autos a ord. tom. 3. lib. 4. tit. 1. A. 7.*
(f) *Bened. XIV. De Syn. Diœc. lib. 13. c. 8.*

ORDINATIO CXXXVII.
Anno 1572. 13. Dec.

UT recurrente vocatione Ecclesiæ Goanæ Episcopus Coccinensis (1) administrationem suscipere debeat, donec ei fuerit provisum, dimisso in Ecclesia Coccinensi Vicario. Extat in Bullar. Rom. Const. 11. Gregorii XIII. Incipit *Pastoralis*.

ADNOTATIONES.

(1) *Administrationem suscipere*. Simile quid petitum esse pro Philippinarum metropoli testatur Benedictus XIV. (*a*), qui tamen de petitionis successu post Sacræ Congregationis consultationem nihil habet. Verba Summi Authoris sunt: *Cum* olim in civitate Manilæ Episcopo defuncto gravia quædam absurda sub Vicarii Capitularis gubernio accidissent, postulatum est à Summo Pontifice ut statueret, prædicta Ecclesia vacante illius regimen ad Episcopum antiquiorem in eisdem Insulis devolvi. Et quidem Congregatio Concilii consulendum censuit Sanctissimo, ut ejusmodi petitioni annueret . . . Juxta veterem disciplinam ecclesia vacante, ad episcopum viciniorem spectabat regimen, ut vide in Can. 6. Concilii Aurelianensis anni 533. Id etiam nunc obtinet inter Ecclesias Lugdunensem & *Augustodunensem*. De suffraganeis Philippinarum, in quibus jus hoc invaluit, minus est mirandum, carent enim capitulo, quod administrationem suscipiat. De Manila testis est mihi Philippinensis advena, hodie sedem vacantem administrari à Capitulo per nominatum Vicarium, ut communis est usus ecclesiarum, ubi Capitulum est. Vide infra Ord. 232. 289. & 461.

ORDINATIO CXXXVIII.

DEclaravit seu decrevit Gregorius XIII., ut synodi diœcesanæ Archiepiscopatûs Limensis singulis bienniis celebrarentur. Meminit Frasso (*b*), qui notat decretum ejusmodi quippe correctorium juris & in materia stricta, & ad determinatas personas contractum, extendendum non esse ad alias diœceses, sed observandum Concilii Tridentini decretum; *Ut synodi diœcesanæ quotannis celebrentur* (*c*): quod in Jure Indico servari mandatur (*d*). Et in Schedula Regia data ad Prætorem Philippinarum 9. Febr. 1621., quam Frasso refert loc. cit. id ipsum inculcatur ibi: *Haviendose* publicado el Concilio de Trento en 1564., se comprendio en el estado de las Indias por la noticia que de las unas y de las otras se tenia entonces. Y haviendose representado, que la differencia de provincias, la longitud de cami-

(a) *B. XIV. lib. 2. De Syn. Diœc. cap. 9. n. 1.*
(b) *Frasso, cap. 93. De Reg. Ind. Patr. n. 40.*
(c) *Trid. sess. 24. cap. 2.*
(d) *Lib. 1. tit. 8. Leg. 3. Recop. Ind.*

Digitized by Google

caminos y otras difficultades obligaban à que S. S. hicieſſe nueva declaracion ſobre el tiempo en que havian de eſtar obligados los Arzobiſpos y Obiſpos à hacer concilios, ſe declaró por la Congregacion de Cardenales, que los Provinciales ſe hicieſſen de ſeis en ſeis annos, dejando los ſynodales en la obligacion reſtado de hacerſe *cada anno*. Et in Schedula ad Archiepiſcopum Manilenſem data eod. die & anno additur apud citatum Fraſſo: *Y aunque* por particular breve de Gregorio XIII. à inſtancia del Arzobiſpo de Lima declaró S. S., que los concilios ſynodales de ſu Arzobiſpado ſe hicieſſen de dos en dos annos, eſta diſpoſicion por ſer correctoria, y en materia eſtrecha, y con ciertas perſonas, no parece que ſe puede eſtender à otros Arzobiſpados y Obiſpados, majormente haviendo en todo la omiſſion tan general y omnimoda enhacerſe los dichos concilios ſynodales en el un tiempo ni en *el otro*.

Benedictus XIV. (a), quamvis non neget potuiſſe Concilii Tridentini decretum contraria conſuetudine non nihil emolliri & temperari, improbat effrænem licentiam, quam privati doctores ſibi uſurpant pro libito, etiam contra expreſſa illius verba, interpretandi & limitandi. Pax-Jordanus (b), cum præmiſiſſet, ſingulis annis cogendam eſſe ſynodum, & Epiſcopum non convocantem eſſe ſuſpendendum ex decreto S. Congregationis, quod probat Benedictus ipſe, non ipſo jure eſſe ſuſpenſum; convocationem conciliorum injungi ſub mortali ex ſententia Sylveſtri; eſſe de præcepto ex reſolutione S. Congregationis: His, inquam, præmiſſis ſubdit Pax-Jordanus: *Prædictæ* authoritates procedunt tam de concilio provinciali ſingulis trienniis cogendo, quam de noſtra diœceſana (ſynodo). Sed cum uſus provincialium conventuum maximo cum eccleſiæ damno penè obſoleverit, præſertim in regionibus iis, adnitendum ſaltem erit ut diœceſanæ ſynodi frequententur, tam ad pœnarum comminatarum evitationem, quam ad conſequendos uberrimos fructus ex his ſacris cœtibus provenientes. Nullus verò excuſatur ſub prætextu parvitatis ſeu paupertatis diœceſis, eccleſiarum, & cleri; nam quo minor eſt numerus, eo inexcuſabilior redditur negligentia, quia facilius convocari queunt, & una die ſatis commodè expediri . . . Ego (citra jactantiam dixerim) in hac parte muneri meo reſpondere connitor, omneſque ſacros antiſtites idem præſtare precor; alioquin ſine ſarculo ejuſmodi vepres, ſpinas, & ſurculos malarum conſuetudinum internaſcentes in clero & populo, patrisfamilias ſemina præfocantes non facilè *evellent*.

Contra prætextum tenuitatis redditnum ad neceſſarios ſumptus, vide Regis Catholici ſchedulam ad Archiepiſcopum Manilæ apud cit. Fraſſum, in qua & in aliis ab eodem authore tranſcriptis elucet mirus pro religione ardor, protectoris fidei, Concilii Tridentini obſervantiæ zelatoris, Eccleſiæ advocati, ac Regis nomine & re Catholici dignus. Vide Ord. 190.

OR-

(a) *Bened. XIV. lib. 1. De Synod. Diœc. cap. 6. n. 5.* (b) *Pax-Jordan, tom. 2. Elucubr. lib. 8. tit. 2. num. 41.*

Digitized by Google

ORDINATIO CXXXIX.
Anno 1573. 30. Dec.

UT omnia breviarium & missale concernentia per Pium V. & Gregorium XIII. disposita pro Hispaniarum regnis (1) & provinciis, intelligantur etiam concessa ecclesiis Insularum & Terræfirmæ Indiarum Regi Catholico subjectarum. Extat in fronte Breviarii Hispanici. Incipitque *Pastoralis*.

ADNOTATIONES.

(1) *Hispaniarum regnis*. Ill. Villarroel inquit (*a*): *Es cosa* assentada, que todos los privilegios y favores, que se conceden para los reinos de España, se conceden para las Indias Para el rezo lo expresso Gregorio XIII. . . No era necessario expressarlo, porque es grande interpretacion la practica commun y *general*. Et ibid. num. 19. sequentia refert ex Thoma Hurtado: *Sunt* autem ea regna (Hispaniæ) ipsa Hispania integra, & Indiæ tam orientales quam occidentales, nec non ea quæ parent Regibus Hispanis, ut Belgium, Neapolis, Mediolanum, & alia; quamvis de his tribus esse possit ratio dubitandi; Bulla enim Cruciatæ vim habet in Hispaniæ regnis, non tamen in Mediolanensi & in Neapolitano. In India verò orientali non valebat paucos ante annos, veruntamen neque in Lusitania, quæ proculdubio pars *est Hispaniæ*.

Sed quamvis sit ratio dubitandi, imò & negandi de regnis vel provinciis, quæ non tam sunt, vel pro tempore fuerunt regna Hispaniarum, quam regna Regis Hispaniarum, per accidens unita, ut uniri posset Gallia, & Anglia, vel Polonia, suis quæque legibus gubernanda; de Indiis occidentalibus minus est dubitandum, sunt quippe non solum ejusdem Regis, sed ejusdem Coronæ regna, non aliter ac Legio & Castella, ut vide supra Ord. 127. Adnot. 3., & habes in Jure Indico ibi (*b*): *Porque* siendo de una Corona los Reinos de Castilla y de las *Indias*, &c. Sunt auctarium regnorum Hispaniæ, ut fusè prosequitur Solorzanus (*c*): gubernandum propterea Jure Castellano vel Hispano, dum nihil pro Indiis specialiter decretum sit ex leg. 2. tit. 1. lib. 2. Recop. Ind. Id quod magis explicat Joannes Garcia (*d*) dum ait: *Quod* regno adijcitur quasi augmentum regni, quod per se subsistere nequit, regnum (idem) est, & eisdem legibus subjicitur, ut sunt Indiarum occiduarum regna & imperia Hispaniæ adjuncta casu primùm; deinde *bello*.

Amplior est decisio Rotæ in Barcinonensi Canonicatûs, 4. Dec. 1643., & propriùs accedens ad sententiam Hurtadi super relatam. Illam habes apud Lossadam (*e*) ut sequitur: *Appellatione* regnorum Hispaniæ con-

(a) *Villarr. Gov. Eccl. P. 1. q. 3. a. 8. n. 14.*
(b) *Leg. 13. tit. 2. lib. 2. Recop. Ind.* (c) *Solorz. lib. 2. Polit. cap. 30. Vide etiam Frassum, cap. 20. n. 13.*
(d) *Garcia, cap. 22. De Expens is, num. 22.*
(e) *Lossada. Chronol. Privil. Ind. sub Urb. VIII. in Append.*

continentur omnia regna regis Hiſpaniarum dominio ſubjecta, ſolumque excluditur Catalonia, quia illa non eſt regnum, ſed *principatus*. Sed poteſt Rota intelligi de ſubjectis Regi Hiſpaniarum quà tali, ſeu de regnis per ſe unitis. Quantum verò hinc ampliatur appellatio, tantum arctatur excluſa Catalonia. Non deſinit eſſe de Hiſpaniæ regno eo quod principatus ſit, vel comitatus, ſicut neque Aſturia, nec de Gallia Delphinatus; vel Pedemontium de Sabaudia; ſunt enim de regno quiſque ſuo, & conſequenter regnum partialiter ſaltem. Certè in conſuetudine quadam generali regnorum Hiſpaniæ comprehendi principatum ſeu comitatum Cataloniæ, firmavit eadem Rota apud Barboſam (*a*), uti & Luſitaniæ regnum circa annum 1627.

Verùm de Luſitania, multoque minus, quod ajebat Hurtadus de India orientali, non ſemper venire Hiſpaniæ nomine, præſertim ex quo proprios habet Reges, probat Nogueira (*b*), nominatim quoad præſentem de eccleſiaſticis ritibus & officiis materiam. Et id ipſum ſupponi videtur in præſenti ordinatione, in qua dum conceditur Indiis officiorum communicatio, exprimuntur Indiæ Regi Catholico ſubjectæ. Imo in ſententia Card. de Luca, ut nomine unjus regni aliud comprehendatur, non ſufficit quævis unio ſub eadem Corona, nedum ſub eodem Rege, ſed requiritur unio per modum appendicis, vel ut de Indiis occiduis ajebat Garcia, per modum auctarii. Verba Card. de Luca (*c*) ſunt: *Renuentibus* Epiſcopis, Capitulis, & Parochis regnorum Caſtellæ & Legionis admittere obſervantiam privilegiorum S. J. ſuper exemptione decimarum, ſtatuit Leo XI., quod de bonis jam acquiſitis ſola vigeſima ſolvi deberet, de acquirendis verò integra decima prout de jure, atque in motu proprio enuntiantur ſolum regna Caſtellæ & Legionis. Cum regnum Navarræ conceſſum fuiſſet Regi Ferdinando, qui illud univit Coronæ Caſtellæ & Legionis, atque ob proviſiones ſuper hujuſmodi regnorum promiſcua participatione in officiis & beneficiis cerneretur omnimoda connexio; præſertim verò congregatio cleri, quæ in Curia Madritenſi habetur in omnibus negotiis ex omnibus dictis regnis eorumque annexis pariformiter conſtitueretur; proinde Capitulum de Tafalla prætendit ad formam leoninæ exigere decimas ex bonis Collegii Pampelonenſis in eo territorio poſitis: atque 23. Mart. 1667. in Rota coram Albergato prodiit reſolutio, ſub leonino indulto, utpote loquente de regnis Caſtellæ & Legionis, non venire hoc regnum Navarræ, utpote diverſum . . . Scribentes pro Capitulo deducebant 1. authoritatem chroniſtarum & geographorum diſtinguentium monarchiam hiſpanam, ſeu Regis Catholici in tres Coronas, cuilibet attribuentes regna, provincias, & principatus annexos, ſub iſta Caſtellæ ſituantes Navarram, eodem modo quo Granatam, Andaluciam, Murtiam, & Galliciam, quæ ad hunc effectum veniunt ſub dicto motu proprio Leonis, ut de civitate & diœceſi Cordubenſi habetur deciſio 44. 103. & 193. Par. 7. re-

(a) *Barbaſ. De Appellativ. num.* 115.
(b) *Nogueira S. J. Diſp.* 4. *De B. Cruc. ſ.* 7. *n.* 52. *&* 53. *pag.* 44.
(c) *Luca, P.* 2. *De Præeminentii, Diſcurſ.* 29.

Digitized by Google

7. recent . . . Verius dicebam esse unionem factam non accessorie, seu subjective per viam alluvionis seu additamenti, sed potius æque principaliter & per viam communionis seu societati sub uno Rege seu sub una Corona. 1. Quia præsumptio stat pro unione principali. 2. Quia etiam sub altera Aragoniæ corona regna sunt diversa. 3. Quia Carolus (V) in juramento, promittit quod regnum prædictum non obstante unione remaneret de per se cum propriis legibus, foris, tributis, prorege, Consilio, monetis. Et Philippus Secundus in actis vocatur Quartus . . . Chronistæ distinctiones non callent, & errant situando sub una vel altera Corona Flandriam, Mediolanum, Portus Etruriæ, & altum dominium Senarum & Plumbini . . . Hispalis, Murtia, Granata, sub indulto leonino venientes, per viam alluvionis & additamenti effectæ sunt partes & membra Castellæ & Legionis cum omnimoda dependentia ab eorum consiliis & magistratibus . . . Tempore quo istud negotium decimarum remissum fuit ad Pontificem, alia fuerunt tractata negotia cum interventu deputatorum cleri hujus regni (Navarræ), qui tamen non intervenerunt in isto actu. Unde casus remanebat omnino *clarus*. Hucusque C. de Luca.

Quidquid de Navarra sit, Indiarum occidentalium unio ad Coronam Castellæ & Legionis similis est unioni regni Granatæ: & in favoribus venit sine dubbio sub eo nomine, multo magis sub nomine regnorum Hispaniæ. Ex quo refellendus est Cavalieri (*a*), dum ait: *Hispania* (cui concessa est facultas festum Expectationis celebrandi) non comprehendit loca cætera, quæ in Italia, aut Indiis, aut alibi parent *Regi*. De Italia verum habeat; de Indiis contrarium habet; Gregorium XIII. in præsente constitutione, in qua postquam Expectationis festum annumeravit iis, quæ Hispaniæ toti vult esse communia, vult expresse ut id intelligatur concessum ecclesiis Insularum & Terræfirmæ Indiarum Regi Catholico subjectarum.

ORDINATIO CXL.
Anno 1575. 16. Jul.

PArs diœcesis S. Salvatoris in Brasilia, in qua provincia Fluminis Januarii existit, dismembratur, eam pro uno presbytero administratore deputando, qui sacramentum confirmationis impendere, calices, campanas, vestimenta, corporalia, & alia paramenta ecclesiastica benedicere, ecclesias, vel cœmeteria polluta vel profanata reconciliare, cum omnibus privilegiis, quibus in Ormuz, Mozambique, Zofala, Moluco, administratores utuntur. Extat tom. 4. Bullar. Rom. P. 3. Const. Gregorii XIII. 47. Incipit *In supereminenti*. Quænam sint privilegia, quibus utuntur administratores in partibus Indiarum nominatis, ignoro. Forte sunt eadem, quæ deinceps pro quibusdam Americæ regionibus concessa sunt, & infra Ord. 590. exponuntur. Ex hoc tamen quod hic

(a) *Cavalieri, tom. 2. De Rel. Lithurg. ad Dec. 8. cap. 3. pag. 125.*

Digitized by Google

hìc circa sacramentum confirmationis exprimitur, & innumeris aliis exemplis palam fit, facultatem à Benedicto XIV. factam presbyteris de Societate ad administrandum hoc sacramentum, non esse usque adeo irregularem & exoticam, ut cuidam illarum partium Episcopo gratis scandalum passo cogitare placuit. Vide Ord. 168. 599., & supra Ord. 35. & 37.

ORDINATIO CXLI.
Anno 1576. 11. Febr.

UT religiosi S. J. periti medicinæ possent de superiorum suorum licentia maximè in regionibus medicorum (I) penuria laborantibus, quibuscumque absque scrupulo mederi citra adustionem (II) & incisionem. Extat in Bullar. Soc. Incipitque *Unigeniti*. Et in Compendio Indico Verbo *Medicina*.

ADNOTATIONES.

(I) *Medicorum penuria*. Hac solum ratione Ordinatio præsens pertinet ad Indias; ubi per latissima regionum spatia nullum vidimus eo nomine dignum, vel quem Medicinæ Facultas eo nomine dignata sit.

(II) *Citra adustionem & incisionem*. Sed & adurendo & incidendo in necessitate mederi quivis poterit. Et Navarrus apud Busembaum (*a*) ait, posse clericos adustionem & incisionem adhibere erga pauperes & propinquos, quorum illud misericordiæ, hoc pietatis est opus. De venæ scissura interrogatus olim à Sociis Brasiliensibus S. P. Ignacius, an liceret missionariis, respondit, ut refert Vasconcelos (*b*): *Quanto* à las sangrìas lo que respondo es, que à todo se estiende la *caridad*.

ORDINATIO CXLII.
Anno 1576. 18. Dec.

UT in Indiis, & in aliis extra Europam regionibus, contractuum confirmatio provincialibus, aut vice provincialibus Societatis, Visitatoribus, aut Commissariis committi (I) posset à Præposito Generali. Extat in Bullar. Soc. Incipit *Apostolicæ Sedis*.

ADNOTATIONES.

(I.) *Committi posset*. In Compendio Communi privilegiorum Societatis anni 1705 (*c*), relata facultate contractus celebrandi Præposito Generali concessa per Gregorium XIII., subditur: *Habeatur* ratio decretorum Urbani VIII. dat. 7. Sept. 1624. & 1. *Mart*. 1626. Et quod Urbanus 7. Sept.

(a) *Busemb. lib. 4. Medull. cap. 2. dub. 4.* (b) *Vasconcel. Vida del P. Almeida lib. 3. cap. 5.* (c) *Compend. Com. V.* Alienatio.

Digitized by Google

Sept. decrevit abrogatis omnibus indultis & privilegiis quomodolibet in contrarium concessis regularium superioribus, ita habet apud Pellizzarium (a): *Omnium* rerum immobilium, & pretiosorum mobilium, alienationem omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferatur, sensus perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, seu conductionem ultra triennium, concessionem in feudum vel emphytheusim, præterquam in casibus à Jure permissis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit absque Congregationis Concilii expressa licentia in scriptis sub pœna privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisque activæ & passivæ ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali aut Protectori illam moderandi aut relaxandi facultate: pœnis nihilominus apostolicarum constitutionum & præsertim fel. rec. Pauli II. in suo robore permansuris. Alienationes verò & pacta contra hujusmodi prohibitionem facienda, S. S. authoritate ipso jure nulla & irrita *decernit*.

Et hanc prohibitionem afficere omnes regulares etiam aliàs habentes privilegium alienandi quæcumque bona cum consensu Generalis, ex tenore decreti resolvit ibi Pellizzarius, qui num. 133. refert S. Congregationis rescriptum sibi dum esset Collegii Ferrariensis Rector factum hujus tenoris: *Die* 2. *Maii* 1648. S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum authoritate sibi tributa remisit Præposito Generali Societatis, qui veris existentibus narratis pro suo arbitrio atque conscientia indulgeat Rectori præfati Collegii, ut nomine ejusdem Collegii quemcumque consensum necessarium, & opportunum desuper præstare *valeat*.

Verum licèt Societas post Urbanum VIII. subesset necessitati petendæ confirmationis talium contractuum à S. Congregatione, non propterea omni effectu & utilitate erant vacua privilegia prius habita, juxta quæ non requiritur tractatus & consensus capitularis, sed satis est tractatum & informationem institui cum consultoribus, quæ mittatur ad Generalem ut consensum præstet à S. Congregatione confirmandum. Ita docet ex Lezana Pellizzarius ipse loc. cit. num. 111. & 117. Sed & poterit alienatio fieri absque recursu ad S. Congregationem, si à regularibus, vel regularium superioribus, fiat non voluntate, sed necessitate, v. g. ad solvendum æs alienum. Debet tamen hoc casu alienatio fieri à judice competente regularium, qualis est juxta eundem Pellizzarium num. 51. vel judex Conservator, vel Ordinarius, si Conservator non sit.

De facultate alienandi extra Europæ fines sic habet Compendium Privil. Soc. edit. 1757.: *Quamvis* Urbanus VIII. quibuscumque regularibus abstulerit per decretum S. Congregationis 7. Sept. 1624. omnem facultatem celebrandi sine licentia Sedis Apostolicæ aut S. Congregationis quoscumque contractus continentes alienationes rerum & bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium, *omneque* pactum per quod dominium illorum transfertur, census perpetuos seu vitalitios, hypothecam specialem, locationem & con-

(a) *Pelizz. Man. Regul. tr. 6. cap. 1. n. 3.*

Digitized by Google

& conductionem ultra triennium, concessionem in feudum vel emphytheusin, præterquam in casibus à Jure *permissis*; Et in subsequenti declaratione 21. Martii 1626. prohibitionem extenderit *ad accipientes* sine prædicta licentia pecunias ad cambium, vel mutuò cum solutione lucri cessantis, vel damni *emergentis*; expresse tamen in eodem decreto dicitur, derogationem privilegiorum & prohibitionem esse *intra fines Europæ*. Quare extra hanc salva manent privilegia, quæ aliunde non interierint.

Circa hoc tempus scilicet 17. Maii 1577. concessa est ampliatio quo ad Indias in Jubilæo Portiunculæ, de qua vide supra Ord. 84. Adnot. X.

ORDINATIO CXLIII.
Anno 1577. 17. Jul.

UT cum Indis dispensari possit ad ineundas nuptias intra quoscumque gradus non prohibitos jure divino. Et si jam contraxerint, cum id scienter & præ notitia impedimenti fecerint, ut denuò contrahant ejusmodi matrimonium. Illa dispensatio fieri debebat in foro exteriori authoritate Ordinarii, & assistentia unius de Societate Jesu. Et hoc privilegium valuit usque ad annum 1597. In foro interiori sat erat facultas unius de Societate, & erat privilegium perpetuum. Ita Summarium Privilegiorum Indorum Concilii Limensis authoritate factum (*a*). Estque partim prorogatio, partim confirmatio facultatis à Pio IV. 15. Jun. 1563. collatæ. De perpetuitate vide tum ibi, tum infra Ord. 449. Et assistentia unius de Societate etiam ante hujus suppressionem desierat esse necessaria ex decreto Benedicti XIV. de quo vide ann. 1757. 27. Januar. Ord. 600.

ORDINATIO CXLIV.
Anno 1577. 29. Jul.

UT Reges Portugalliæ deputare possint qui in insulis Africæ permutare possint merces & vitualia; non tamen ea quæ in Bulla Cœnæ prohibentur; & contractus aliàs licitos celebrare. Extat in Bullar. Rom. Const. 72. Gregorii XIII. pag. 346. Per Bullam Cœnæ prohibetur delatio & transmissio vestimentorum, pecuniarum, mercium, & victualium, si eo tempore deferantur, vel transmittantur, ut hostes illis uti possint in damnum christianorum, ut putat P. Suarez (*b*) cum aliis. Unde cum excipiantur in hac concessione ea quæ in Bulla Cænæ prohibentur, valebit tantum, ut sine scrupulo permutentur victualia & merces, dum christianæ rei præjudicium non paratur.

OR-

(a) *Apud Haroldum, Lima lim. p. 111.* (b) *Suar. D. 21. De Censur. sect. 2. n. 56.*

ORDINATIO CXLV.

ECclesia Arequipæ fit episcopalis sub metropoli Lima. Mentio fit in Geographia Sacra apud Chiquet sub anno 1577. Eodem anno ponitur erectio Episcopatus Truxillensis in eadem provincia à P. Claudio Clemente (*a*). Additur tamen effectu caruisse usque ad annum 1612. Imo Frassus (*b*) Trusillensem erectionem collocat anno 1616. 14. Sept., & Arequipensem anno 1619. 11. Octobr. Ac per idem tempus videtur erectus Episcopatus Guamangensis, ut indicat Solorzanus (*c*). Sed quod attinet ad Arequipensem, Ill. Antonius Leon ejus Episcopus in Synodalibus anni 1684. (*d*) ait: *Desde que* (el Obispado de Arequipa) se dividiò del de el Cuzco por bulas de la Santidad de Paulo V. dadas en 20. de Julio de 1609. , en cuja virtud se executó la division en 16. de Enero de 1612., y se tomó la possession à 22. de Junio de 1614. &c. P. Coleti (*e*) sic habet: *Fu soggetta* (Arequipa) al Vescovo del Cuzco fino al 1577. nel qual anno ai 15. d'Aprile la eresse in Vescovato in un Concistoro secreto il Papa Gregorio XV., il quale consacrò per suo primo Vescovo Fr. Antonio de Ervia Domenicano. Ma dopo ne fu subito rotta la successione, ritornando alla soggezione del Vescovo del Cuzco fino all'anno 1609. nel quale a'20. di Luglio il Papa Paolo V. le diede proprio Vescovo, ch' ebbe poi i suoi successori fino a'nostri *tempi*. Ubi nisi error sit in anno 1577. ponendus est Gregorius XIII. loco Gregorii XV.; & consecrationis, quæ ab eo facta esse dicitur, loco ponenda confirmatio. Hic idem scriptor collocat erectionem Guamangensis Sedis anno eodem quo Arequipensem, nempe 20. Jul. 1609. Et Truxillensem anno 1539. , cujus tamen præsul primus non nisi anno 1577. renuntiatus sit.

ORDINATIO CXLVI.
Anno 1577. 14. Dec.

UT commorantes de Societate in regionibus transmarinis Regi Portugalliæ subjectis jure conquistæ, vel ad illas destinati & adhuc commorantes cismare, possent sacris initiari à quocumque Episcopo Catholico, extra tempora, & interstitiis non servatis, in tribus dominicis aut diebus festis etiam continuis. Ita habet Compendium Indicum anni 1737 (*f*) Incipit Constitutio *Summi Sacerdotii*. Quinque post annis extensum est privilegium idem ad omnes de Societate ubivis commorantes, cum nota incommunicabilitatis in Const. *Pium & utile*, ut est in Bullar. Soc. (*g*). Et quoad utrumque videtur usu viguisse usque ad Societatis abolitionem; nam Benedictus XIV. (*h*) loquens de ordinationibus extra tempora ait: *Romæ* in præsentia nullum privilegium admittitur nisi illud *Patrum S.J.* Vide Ord. 45.

OR-

(a) *Cl. Clem. Dec.* 9.
(b) *Frasso*, *cap.* 19. *num.* 32.
(c) *Solorz. lib.* 4. *Polit. cap.* 5.
(d) *Synodal. Areq. in Prologo*.
(e) *Coleti in Dictionario*.
(f) *Compend. Ind. V.* Ordines.
(g) *Bullar. Soc. Ed.* 1705. *pag.* 72.
(h) *B. XIV. Institut. XXIII. pag.* 139.

Digitized by Google

ORDINATIO CXLVII.
Anno 1578. 6. Jan.

FAcultatem à Paulo Tertio concessam, in remotissimis à Sede Apostolica regionibus absolvendi à reservatis etiam in Bulla Cœnæ, & à consequentibus censuris & pœnis; & concessam denuò à se anno 1573. 8. Sept. extendit Gregorius XIII. ad omnes presbyteros Societatis in orientali, occidentalique India, omnibusque regionibus, insulis, & provinciis transmarinis, ad quas Hispani, & Lusitani penetrant, commeantes, & in eisdem regionibus pro tempore existentes. Habetur in Compendio Indico. V. *Absolutio*. Incipit *Universis*. Hæc extensio facta fuit primò ad decennium, deinde ad vicennium ab eodem Gregorio, & successivè ab aliis Pontificibus cum restrictionibus videndis infra anno 1729. 12. Decembris.

ORDINATIO CXLVIII.
Anno 1578. 5. Maii.

UT possent Societatis religiosi in utraque India celebrare per horam ante auroram, & infra horam post meridiem. Mentio fit in Compendio Indico cit. V. *Missa*. Incipit *Quanta in vinea Domini*. Ibidemque refertur etiam bullata alia concessio duplex, altera Alexandri VI. altera Clementis VIII. ut possit celebrari à duabus horis post mediam noctem usque ad nonam inclusivè. Sed quod attinet ad primum de missa celebranda per horam ante auroram privilegium, supervacaneus fuit collectoris labor in recensenda hac facultate quasi concessa presbyteris in utraque India; erat enim privilegium commune in quavis provincia, nisi quod in Indiis fortè occurrit frequentius impedimentum, causa, vel necessitas ad usum requisita.

Quod verò dicitur *usque ad nonam inclusivè*, cave ne intelligas de nona, prout est diei pars incipiens à tempore medio inter meridiem & sequentem noctem, prout alias accipitur hora nona. Sed intelligenda nona juxta ecclesiasticum ritum, quo recitandæ nonæ præscribitur meridies: de quo ritu inquit Lacroix (*a*): *Pro sexta* & nona etiam ferè usque ad meridiem, quamvis pro nona olim fuerit tempus circa prandium, aut etiam post illud, ut colligitur ex verbis hymni, *Largire lumen vespere*. Juxta quod ex privilegio præsenti posset celebrari intra horam meridiei, sive sit hæc hora simplex ab undecima & semis computata, sive sit hora duplex ab undecima ad primam pomeridianam. Quo sensu perinde valet privilegium Alexandri & Clementis celebrandi usque ad nonam, atque Gregorianum celebrandi intra horam post meridiem.

Quod si velis, nonam accipi pro tertia pomeridiana: nonam, inquam, ab ortu solis in æquinoctio computatam, ut solet aliàs, notandum est, post privilegium relatum Alexandri VI. prodiisse constitutionem Pii V. *Sanctissimus in Christo Pater*, datam 29. Mart. 1566., cujus verba apud He-

(a) *Lacr. Q. 213. De Horis. §. 1.*

Digitized by Google

Henao (a) sunt: *In virtute* sanctæ obedientiæ, ac perpetuæ suspensionis à divinis pœna districtius inhibetur, ne deinceps missas vespertino tempore licentiarum aut facultatum, aut alio quovis prætextu celebrare, aut celebrari facere *præsumatur*. Post quam constitutionem monet Henao (b), anteriora privilegia cautè esse practicanda. Et Pellizzarius (c) absolutè resolvit, non posse regulares illis uti.

Et quidem licèt *prætextus*, quo verbo utitur Pius, non verum sed fictum titulum facultatis seu licentiæ significet strictè; consuetudo tamen à qua valde alienum est ad horam nonam missam differre, interpretatur constitutionem de prætextu in sensu magis amplo. Diana (d) relatis authoribus undecim, qui affirmant privilegia anteriora esse revocata per bullam Pii V., ipse negat cum aliis, & ad Tridentinum & ad bullam pianam respondere se ait, Tridentinum non revocare privilegia, sed tantum velle ut Ordinarii curent, ne celebrentur missæ horis indebitis; non autem horis indebitis celebrantur, cum celebrantur hora per legitimam facultatem permissa. Ubi vides ab hoc resolutore satisfactum esse quidem Concilio Tridentino; bullæ tamen pianæ, ad quam etiam respondere susceperat, oblitus est.

Sed quid dicendum de eodem privilegio Alexandri VI. prout à Clemente VIII. post Pium V. concesso, nam sic testatur laudatus Compendii Indici collector. Dicendum, quod est error pejor priore; nam Clemens non illud specialiter concessit, sed Benedictinis Vallisoletanis communicavit omnia privilegia concessa Monasterio Montis-serrati, in quibus est illud Alexandri VI. At communicatio est facta cum exclusione privilegii alexandrini, si à Pio V. revocatum est; communicantur enim privilegia Montis-serrati, *dummodo non sint revocata*, & quatenus sint in usu, ut videre est in ipsa Clementis bulla apud Rodericium (e). Colectoris anni 1737. additio de privilegio alexandrino, & clementino meritò correcta est in nova Compendii Communis editione anni 1757., in qua relato privilegio Gregorii XIII., nulla additionis illius habetur ratio, & si nihil continet quod commune non sit, nihil quod ad Commune Compendium non spectet.

ORDINATIO CXLIX.
Anno 1578. 14. Maii.

UT Commissarius Indiarum Ordinis S. Francisci eos qui habitu dimisso ad sæculum rediisse etiam prætextu litterarum apostolicarum cognoverit, ex partibus Indiarum expellere, & ad domos, in quibus professi erant, revocare, & in eos ut in religionis desertores animadvertere possit. Extat in Bullar. Rom. Const. 85. Gregorii XIII. pag. 369. Incipit *Ad compescendam*.

OR-

(a) *Henao, D. 21. De Miss. sacrif. s. 2. n. 12.*
(b) *Henao, loc. cit. num. 28.*
(c) *Pellizz. Manual. Regular. tr. 2. cap. 2. sect. 2. subject. 1. num. 99.*
(d) *Diana, coord. tom. 2. tr. 1. R. 102. ex P. X. tr. 12. Miscell. 2. R. 25.*
(e) *Roderic. Bullar. num. 22.*

Digitized by Google

ORDINATIO CL.

Anno 1578. 15. Maii.

AD instantiam Regis Catholici decretum est à Gregorio XIII., quod in omnibus terris, regnis, & dominiis Indiarum, & Terræfirmæ, & Insularum Maris Oceani, & aliàs quomodocumque nuncupatis dicto Regi subjectis, quandocumque in causis tam criminalibus, quam aliis quibuscumque (1) forum ecclesiasticum concernentibus, à sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si sententia ab Episcopo lata à Metropolitano fuerit confirmata, vim rei judicatæ obtineat, & executioni per eum qui eam tulerit, quacumque (II) appellatione non obstante mandetur. Si verò illæ duæ, sive ab Ordinario & Metropolitano, sive à Metropolitano & Ordinario viciniore latæ sententiæ conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum vel Episcopum ei, à quo primò lata fuit sententia, viciniorem ejusdem provinciæ appelletur. Et duas ex tribus sententias conformes (quas etiam rei Judicatæ vim habere voluit) is qui ultimo loco judicavit exequatur, quacumque appellatione non obstante. Et omnia alia intentata judicia nullius esse roboris, & quascumque modo prædicto non servato interponendas appellationes nullas existere. Extat apud P. Quintanadueñas (*a*), & apud Solorzanum (*b*), qui per doctrinam & exempla doctè & copiosè hanc constitutionem explicat.

ADNOTATIONES.

(1) *Forum ecclesiasticum.* Notat laudatus Quintanadueñas, hac constitutione comprehendi causas regularium, tum quia sub appellatione *personæ ecclesiasticæ* veniunt; tum quia istæ causæ ab Urbano VIII. ad forum ecclesiasticum redactæ sunt. Certum est, quod *ecclesiæ* appellatione in favoribus veniat monasterium & conventus regularium, & appellatione ecclesiasticorum regulares ipsi: in odiosis tamen, non item, ut videre est apud Barbosam (*c*).

An verò constitutio præsens favorabilibus annumeranda sit, an odiosis, dubium est, in quo cit. Solorzanus sic loquitur: *El dicho* privilegio ò rescripto mas se puede tener por de gracia que por de Justicia. Y aunque en si contiene alguna mudanza y concession de Jurisdicion, essa fue accessoria à la *gracia*. Vide infra Ord. 272. exemplum concessæ regularibus appellationis extra Americam. Illud tamen extra dubium esse videtur, quandocumque Episcopus in causis regularium jus dicit; causam posse & debere terminari in Indiis juxta normam præsentis constitutionis. Si verò causa exemptorum tractetur in alio foro, recurrendum esse ad Sedem Apostolicam pro termino appellationum. Et hæc videtur fuisse mens S. Congrega-

(a) *Quintanad. tom. 2. tr. 6. sing. 5.* (b) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 9.* (c) *Barbos. Appellativ. 85. n. 10.*

gregationis, dum facta pro parte Regis Catholici instantia, ut præsens Gregorii constitutio ad exemptos extenderetur, quantum ad hoc ut in Indiis lites etiam eorum terminarentur, respondit 15. Apr. 1698., ut in quodam supplici libello refert P. Joannes Martinez de Ripalda S. J. Indiarum procurator, *Recurrendum esse* in *causis particularibus*, nempe ad Sedem Apostolicam.

At Episcopus quando & quomodo in causis regularium dicere potest? Praxis erit duplex, respondet Joannes Gutierrez apud Ill. Villarroel (*a*). Prima, ut producatur libellus actionis coram Ordinario loci contra religiosos exemptos pro re vel quantitate debita extra causas mercedum & miserabilium personarum. Et Ordinarius præcipiat statim intimari eisdem, ut intra certum, brevem tamen terminum, quem assignabit eis, eligant, vel electum judicem ostendant, coram quo præsens lis agatur; alioquin eisdem libellus intimetur, & intra eumdem terminum respondeant sub excommunicationis pœna. Quodsi illum elegerint, vel electum cum acceptatione demonstraverint intra præfinitum tempus vel terminum, ad eum remittenda erit causa; sin minus de ea ipse cognoscet.

Secunda praxis est, ut Ordinarius producto libello jubeat ipsum reis intimari, & quod tertia die respondeant. Quodsi ipsi compareant cum electione sui conservatoris, & petant ad ipsum causam remitti, tunc prævio hujus articuli examine, ad eum remittenda erit, nisi aliud juridicum obstet; alias à Conservatore Ordinarius excommunicari poterit. Quodsi religiosi hoc non opposuerint, Ordinarius in causa juxta juris ordinem procedat. Hucusque Gutierrez, de cujus bina praxi ait Ill. D. Felicianus de la Vega (*b*), dum erat Limæ Vicarius Generalis, seu Episcopalis Provisor: *Ea* recèpta est in hoc Archiepiscopatu Limensi. Et licèt annis præteritis quidam religiosi intenderint declinare jurisdictionem ordinariam, prætendentes quod propter exemptionem non poterat eis fieri intimatio, quòd eligerent conservatorem, hoc illis à me denegatum fuit: & cum recurrissent per viam violentiæ ad Regalem Cançellariam, causa fuit devoluta, declarando nullam vim fuisse illatam. Et ita jam absque dubio hoc jus admittitur absque contradictione.

Nihilominus ut vitaret lites Pacificus Villarroel Chilensis Episcopus in occurrente casu quæstionem detulit ad Senatum Indicum, unde responsum accepit sequens: *En el* conocimiento de las demandas, que decîs se ponen à los religiosos de esse Obispado, assi en materia de maravedîs, como de otros interesses guardareis lo dispuesto por el Santo Concilio de Trento, y en duda se os encarga que sigais el estilo y practica de vuestro *Metropolitano*. Est autem diœcesis illa Chilensis sub Limensi Metropolitano, cujus stylum & praxim supra positam in suis ad Senatum Indicum litteris exposuerat Villarroel.

Concilii Tridentini quoad præsens attinet decisio est (*c*), *Ut observetur*

(a) *Villarr. Gob. Eccl. tom. 1. q. 6. a. 3. n. 1.* (b) *D. Felician. apud Villarr. loc. cit. n. 3.* (c) *Trid. sess. 7. cap. 4. De Reform.*

Digitized by Google

tur Cap. *Volentes*, *De Privil. in 6.*, quo ab Innocentio IV. definitum est primò, ut ratione delicti, sive contractus, aut rei de qua contra exemptos agitur, ritè possint coram locorum ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsis jurisdictionem exercere (prout jus exigit). Exemptione tamen gaudent, dummodò in loco exempto sit commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa. Nec conveniri possunt ubi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, vel res ipsa existat. Nec domiciliorum prætextu locorum Diœcesani (si ubi deliquerunt, aut contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conveniantur) remittendi illos illuc, vel ipsis ut ibi respondeant, injungendi habeant potestatem. Salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse canonica jubent statuta.

Definitum est secundò, ut in eos quibus ne interdici, suspendi, aut excommunicari à quoquam valeant, à Sede Apostolica est injunctum (sicut sunt religiosi quamplures) Ordinarii jurisdictionem suam quantum ad ista, ubicumque illi fuerint, exercere non possint, nisi forsan monachi ad prioratus eisdem ordinariis subjectos destinati fuerint. Hæc renovat Tridentinum, additque quod in civilibus causis mercedum & miserabilium personarum clerici sæculares aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiamsi certum judicem à Sede Apostolica deputatum habeant in partibus, in aliis verò si ipsum judicem non habuerint, coram locorum ordinariis tanquam in hoc à Sede Apostolica delegatis conveniri, & jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint. Privilegiis & exemptionibus, conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversùs præmissa nequaquam valituris.

In idem recidit resolutio sexta S. Congregationis in Causa Angelopolitana per Innocentium X. approbata, qua firmatur, quòd regulares gravati ære alieno possunt conveniri coram ordinario, si conservatores non nominaverint intra tempus habile ab ordinario præscriptum. Horum meminisse jubet Benedictus XIV. Const. data 27. Maii 1746. dum ait: *In memoriam* revocamus, omnes regulares in civilibus Episcopo esse *subjectos*. Ex quibus patet quousque gregoriana constitutio præsens valeat quoad regularium lites.

(11) *Appellatione non obstante*. Notat iterum Quintanadueñas, ubi supra, non excludi per hanc clausulam recursum ad Nuntium Apostolicum, vel ad Summum Pontificem, præsertim ubi constat de notorio gravamine per sententiam illato. Ex terminis autem constitutionis liquidum est appellationem nullam excludi, quæ de jure sit, nedum recursum; sed tantum cavetur, ne obstet appellatio executioni sententiæ latæ, aut illam retardet: seu quod idem est excluditur appellatio quoad effectum suspensivum, non quoad devolutivum.

ORDINATIO CLI.

UT Episcopi Indiarum in Hispania assumpti redditibus priventur, nisi quam primùm indicum iter arripiant. Fit mentio in Jure Hispano In-

Digitized by Google

Indico (*a*), ubi data ponitur anno 1568. ultima die Febr. Sed ſaltem in anno error typorum eſt, cum Gregorius, cui conſtitutio tribuitur renuntiatus ſit Pontifex anno 1572. Verba legis ſunt quatenus ad rem faciunt: *y porque* la Santidad de Gregorio XIII. expidio un brebe . . . à ſupplicacion nueſtra, paraque los que fueſſen electos Obiſpos de nueſtras Indias, y eſtando en eſtos reinos no paſſaſſen à ellas en la primera occaſion que pudieſſen à reſidir en ſus obiſpados, no gozaſſen de los frutos applicandolos à ſus Igleſias; mandamos à nueſtros Virrejes y Audiencias lo hagan *guardar*.

ORDINATIO CLII.
Anno 1578. 5. Sept.

UT pro Indiis ſingulis ſaltem bienniis prædicetur Bulla Cruciatæ. Et quod eleemoſyna ab Indis eroganda ſint duo (I) tomines argentei. Ab Hiſpanis (II) octo. A commendatariis, & regiis officialibus ſexdecim. Omnia intellige ut ſint ex argento probato, vulgo *de plata* (III) *enſaiada*. Ita P. Claudius Clemens in Tabulis Decad. 9. Et ibidem anno præcedente 1577. refert ordinationem aliam ejuſdem Pontificis Gregorii XIII. ad Bullam Cruciatæ pertinentem, quam D. Dionyſius Alcedo (*b*) refert ad annum 1573. eam vocans declarationem, ut ſcilicet fideles in navigatione indica omnibus indulgentiis per Bullam Cruciatæ conceſſis frui poſſint fuſis ante ſacram aliquam imaginem precibus.

ADNOTATIONES.

(I) *Tomines*. Reales vertit Solorzanus (*c*). Et P. Alloza (*d*) inquit: *Duo* tomini, ideſt, *tres reales y medio* in hoc peruano *regno*. Sed in idem recidit cum Solorzano propter dicenda mox Adnot. 3.

(II) *Ab Hiſpanis*. P. Franciſcus Xaverius Lezcano (*e*) Mexicanenſis S. J. in opuſculo, cui titulum fecit, *Indice practico moral para los ſacerdotes que auxilian moribundos*, computum inſtituit enucleatius pro Nova Hiſpania, quod ubique Indiarum Hiſpanienſium ferè paris eſt pretii. Proregum, inquit, eleemoſyna, decem octiregalia, uxorum totidem; perſonarum qualificatarum, duo; citatque P. Antonium de Oviedo in explicatione Bullæ); decenni majorum quorum facultates ſummam principalem decem-mille octiregalium pertingant, duo; caziquiorum, unum; uxorum tantumdem; eorum, quorum labor quotannis reddit biſcentum octiregalia, quamvis æthiopes ſint, unum; quorum facultatès ſummam complent mille octiregalium, unum quamvis ſint æthiopes. Reliquorum, duo regalia.

Subdit de Bulla defunctorum, pro animabus Hiſpanorum eſſe eleemoſinam quatuor regalia, pro animabus non Hiſpanorum, aut ex Hiſpanis etiam eo-

(a) *Leg. 2. tit. 7. lib. 1. Recop. Ind.*
(b) *Alcedo, Aviſo Hiſt. al R. C.*
(c) *Solorz. lib. 4. Pol. c. 25., & tom. 2. De Ind. Jur. lib. 3. cap. 25. num. 21.*
(d) *Alloza, V.* Bulla *ſ. 7. n. 3.*
(e) *Lezcano, cap. 7.*

Digitized by Google

eorum qui mendici sunt, monachorum & sanctimonialium, duo. Ac de Bulla compositionis capite 3., pro singulis bullis pendi duodecim regalia; singulis componi summam triginta ducatorum undecimque regalium, æquivalentem summæ quadraginta & unius octiregalium, & quartæ unius octiregalis. Accipi posse in quavis publicatione bullas triginta, quibus componi possunt nongenti ducati, sive mille-bis-centum-triginta-& septem octiregalia cum dimidio. Cum regalia legis, intellige semper argentea, ærosa namque moneta, vulgo *de vellon* in Indiis Hispaniensibus non cognoscitur.

Idem cum aliqua differentia reperi in schedis vernaculi authoris: *El Virrei*, 10. pesos; su muger, 10. p. Los Arzobispos, Obispos, &c. Cavalleros de qualquier Orden, y de las personas seglares los Presidentes, Oidores, &c. y los hombres ricos en cantidad de diez-mil p., y de alli arriba: y las mugeres de los dichos seglares, 2. p. de minas de plata ensaiada. Todas las demas personas de qualquier estado y condicion que sean (fuera de los Indios y Morenos) un p. de minas de plata ensaiada. Los frailes, monjas y Españoles pobres mendicantes, y los hombres y mugeres de servicio, 2. tomines de plata ensaiada. = Bula de diffuntos Españoles, un peso de plata ensaiada, ò su valor. Los Indios, Morenos, y Españoles pobres, los que sirven à otros, y frailes, ò monjas à 2. tomines por cada persona diffunta. = Bula de composicion, doze reales de plata compone hasta 30. ducados castellanos de a onze reales cada uno: y 30. bulas componen 900. ducados. De aqui adelante acudase à los Subdelegados *Generales*.

P. Alloza citatus inquit: *Qui* ostiatim non mendicat, ita tamen pauper est, ut magnam rerum necessariarum penuriam patiatur, dare potest pro bulla eleemosynam quæ pro pauperibus taxata est. Quæ sententia pia & probabilis est & cum Bullæ verbis, tum ipsius Commissarii Generalis valde conformis ... Qui non mendicat ostiatim, secreto tamen eleemosynam accipit, bullam pauperum accipere *poterit*. Hæc Alloza.

(III) *De plata ensaiada*. *Siendo* su Justo valor (del peso ensaiado) treze reales y *quartillo*, ut habes in Jure Indico (*a*), minima pro quaque bulla vivorum eleemosyna trium & semis argenteorum regalium seu dracmarum exigi solet, eo quod in Indiis nulla medio regali argenteo inferior seu vilior moneta sit in usu. De cætero minimam eleemosynam duorum tominorum, seu regalium *de plata ensaiada*, esse oportebat trium regalium communium argenteorum cum quarta unius assis parte. Sed hæc quæ circa Bullæ expeditionem dicta sunt, paululum immutata recens habet usus. De quo vide infra anno 1750. 4. Mart. Ord. 594.

OR-

a) *Leg.* 8. *tit.* 8. *lib.* 8 *Recop. Ind.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLIII.
Anno 1579. 25. Jan.

UT propter ſacerdotum (I) penuriam, qui linguam Indorum ſciant, Indiarum (II) Epiſcopi cum filiis ex Hiſpanis (III) & Indis, & ex Hiſpanis tantum in illis partibus commorantibus, ſpuriis, & illegitimis genitis, aut quemlibet alium defectum patientibus, diœceſanis ſcilicet, ſi aliàs idonei ſint, diſpenſare valeant, ut poſſint charactere clericali inſigniri, & ad omnes etiam ſacros, etiam presbyteratus ordines (IV) promoveri, & in illis ſic promoti in altaris miniſterio miniſtrare, & confeſſiones audire poſſint. Non obſtantibus natalium, & quibuſvis aliis, præter homicidii voluntarii, & bigamiæ (V) impedimentum, defectibus. Extat apud Solorzanum cum data anni 1576. In Summario privilegiorum à Concilio Limano approbato refertur ad annum 1579. Apud Montenegro (*a*) dicitur data anno 1575. anno quarto pontificatus Gregorii. Ex quo, ſi verum habet, potius erat referenda ad annum 1576. cum Solorzano (*b*) ſi prodiit Januario menſe. Incipit *Nuper*.

ADNOTATIONES.

(I) *Propter ſacerdotum penuriam*. Quamvis ſacerdotum copia ſit major à tempore conceſſionis, ut teſtantur Patres, in Concilio Limenſi Tertio (*c*) congregati, nondum eſt tanta quin deſiderentur idonei plures. Imò & rari ſunt etiam inepti, ubi redditus tenuiores ſunt; rariores, qui præter alia canonica requiſita idiomatis Indorum gnari ſint: quorum copiam requirit Pontifex. Etiam in ſuperiore Peruvio fuit circa tempus Concilii Limenſis, quo vel paulo ante ſcripſit Acoſta (*d*), ſacerdos unus ſexdecim nationum totidem linguis diſcrepantium doctrinarius vel miniſter. Et tamen in Peruvium ſuperius plures quam alio ſacerdotes convenire ſolent. De cætero ceſſante ex toto cauſa finali ſeu motiva conceſſionis, re integra, conceſſionem ceſſare juridicum eſt. Sed quod Limani Concilii ſaltem tempore nondum ceſſaſſet, ſignum eſt quod iidem Patres majoris ſacerdotum numeri teſtes, vel eorum paulo poſt ſucceſſores approbarunt in ſummario ut adhuc vigens præſens privilegium.

(II) *Epiſcopi*. Extendit Solorzanus Avendaño, & alii apud Fraſſum (*e*), & apud Montenegro (*f*) facultatem ad Capitula ſede vacante. Et ratio eſt, quia Capitulo convenit ſpiritualis juriſdictio, quæ eſt de jure Communi vel in Epiſcopi officio radicata. Licèt verò facultas præſens de jure communi non ſit, ſed delegata ſpeciali privilegio, in Epiſcopi tamen officio radicari dicunt, eo quòd abſque alia commiſſione cum officio venit. Vide infra Ord. 599. anno 1753. 2. Mart. Adnot. 5.

(II) *Ex*

(a) *Monten. lib.* 5. *tr.* 1. *ſect.* 1.
(b) *Solor. tom.* 2. *De Ind. Jur. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 27.
(c) *C. Lim. A.* 2. *c.* 33.
(d) *Acoſta apud Monten: lib.* 1. *tr.* 1. *ſ.* 16. *n.* 2.
(e) *Fraſſ. cap.* 14. *num.* 3.
(f) *Monten. lib.* 1. *tr.* 1. *ſ.* 19. *num.* 12.

Digitized by Google

(III) *Ex Hispanis & Indis*. Excludi penitùs vult ab hoc indulto Frassus (*a*) hybridas seu mulatos, ut vocant, ex Hispanis & Æthiopissis genitos, vel è converso, quia hos non complectitur apostolica concessio, nec ipsa venit amplianda, cum sit dispensatio. Sed aliud est dispensatio seu dispensari, aliud quod per præsentem constitutionem fit, facultatem concedi ad dispensandum, ut rectè habet Sanchez (*b*), & Castropalaùs (*c*), qui docent facultatem dispensandi esse latæ interpretationis, cum dispensatio sit strictæ. Sed nec est cur hybridæ ab indulto dispensationis secludantur, si de cætero habiles sint, nam quidquid sit de Indorum qualitate, an illis conveniat; indultum favet *quemlibet alium defectum patientibus*.

(IV) *Ordines*. Quamvis Gregorius non exprimat, promotos assumi posse ad beneficia, satis indicat, illegitimos habilitari posse per Episcopos ad curam saltem Indorum; quandoquidem sacerdotum indicè scientum penuria, qui Indorum curam gerere possint, causa concessionis est. Et ita censet Avendaño (*d*) & Solorzanus (*e*), etiam in terminis hujus concessionis, nam de Piana clarum est, illiusmodi facultatem conferre, ut vide supra 4. Aug. 1571. Ord. 135.

(V) *Bigamiæ*. De hac vide supra anno 1561. 28. Jan. Ord. 91. Adnot. 2.

ORDINATIO CLIV.
Anno 1579. 10. Febr.

OMnia privilegia, facultates, & gratias, quæ orientali Indiæ, & occidentali concessa sunt, & in posterum concedentur, ita invicem communicantur (1) a Gregorio XIII., ut singuli earumdem & Novæ Hispaniæ Societatis religiosi possent illis omnibus æquè principaliter, in omnibus, & per omnia uti, ac si omnia illa utriusque Indiæ, & Novæ Hispaniæ religiosis prædictis specialiter & nominatim concessa fuissent. Ita ex Compendio Indico sui temporis P. Avendaño (*f*). Incipit *Rationi congruit*. In Compendio itidem Indico anni 1737. idem habetur, nisi quod ubi dicitur hîc *religiosis*, habet *missionariis*. Sed in idem recidit utrumque propter declarationem, de qua infra 11. Oct. 1579. Ord. 157.

ADNOTATIONES.

(1) *Communicantur*. An privilegia quæ Indiæ orientali concedantur, occidentali absolutè communia sint, & vice versa, ita ut non tantum religiosis hac ordinatione privilegiatis & expressis liceret usus, sed cuivis in utraque India liceat prout alterutri conceditur, dubium est, in quo P. Aven-

(a) *Frass. loc. cit. num.* 7.
(b) *Sanchez, lib.* 8. *De Matrim. disp.* 2.
(c) *Castrop. tom.* 1. *Tract.* 11. *De privil.*
(d) *Avend. tit.* 19. *n.* 70.
(e) *Solorz. loc. proximè cit. num.* 3[illegible].
(f) *Avend. tit.* 12. *num.* 114. *cap.* 5.

Digitized by Google

Avendaño (*a*) ait, pro casu aliquo urgentis necessitatis affirmari posse. Et num. 116. inquit, posse in hac parte sine scrupulo procedi. Fundamenta sunt. 1. Authoritas doctorum, qui extensionem illam fieri posse defendunt apud Suarez (*b*). 2. Declaratio præsens Gregorii XIII., in qua licèt concessio ad religiosos Societatis dirigatur, satis declarari videtur voluntas pontificia inducendi communicationem inter Indias ipsas, quia privilegia de quibus ibi, non tam religiosis, quam Indiis conceduntur, ut in eadem significatur declaratione per illa verba, *Quæ* Indiæ orientali & occidentali concessa *sunt*. Saltem religiosi alii jure communicationis gaudentes illis uti poterunt indiscriminatim. Imo quamvis in præsenti concessione sermo sit de privilegiis alterutri Indiarum concessis, intelligi potest de concessis cuilibet alterutrius regioni; sine violentia namque dicitur concessum toti, quod parti concessum est: sicut passim dicitur in Compendiis Privilegiorum concessum Ordini, quod conceditur magistris vel confessariis. Hæc cit. Avendaño.

Addi potest 3. C. *Cum dilecta*, *De confirm. ut. vel inut.* ibi: *Ejusmodi* æquitatis similitudine *provocati*. Ex quo textu multi colligunt, legem excipientem à communi jure casum singularem extendi posse per similitudinem rationis. Quod saltem obtinet quando cum similitudine rationis concurrit qualitas causæ piæ & favorabilis, ut multi Jurisperiti testantur. Ergo pariter obtinet in privilegiis Indiarum, in quibus causæ pietas & favor in primis eminet. Vide Rodericium (*c*), qui cum priùs tradidisset pro regula, non extendi privilegium ob similitudinem rationis, excipit privilegia causæ favorabilis, ut est causa pia, causa dotis, causa religionis.

Sed neganda est prætensa absoluta communicatio ex cap. *Sanè*, *De Privil.*, ibi: *Privilegium* uni concessum non potest ad alterum extendi ob identitatem *rationis*. Quæ verba habentur in rubrica; in nigro autem dicitur: *Temerarium* est & indignum, aliquem sibi sua authoritate præsumere quod Ecclesia Romana certa ratione inspecta singularibus voluit beneficiis *indulgere*. Unde regula communis doctorum est apud Suarez (*d*), privilegium non esse extendendum ad alias personas vel actus propter rationis similitudinem. Et ratio est, quia privilegii virtus & efficacia posita est, non in ratione motiva, sed in concedentis voluntate. Ergo parum refert identitas vel similitudo rationis, ubi non est voluntas concedendi. Vel si voluntas adest, non est manifestata. Hoc enim perinde est in rebus humanis, cum voluntas non manifestata nihil operetur. Non autem manifestatur voluntas favendi Indiis occidentalibus per concessionem orientalibus factam. Imo unius expressio & determinatio universalitatem tollit, & exclusionem quodammodo inducit alterius. Etsi ratio sola esset voluntatis argumentum & manifestatio, posset privilegium præsumi etiam ante concessionem, quamvis non esset ulli Indiarum concessum, hoc solum quod de ratione constaret, & de causa ad concedendum.

Ad

(a) *Avend. loc. cit. proximè.*
(b) *Suar. lib. 8. De Leg. cap. 28. num. 12.*
(c) *Roderic. tom. 1. QQ. R. q. 7. art. 2.*
(d) *Suar. loc. cit. num 11.*

Digitized by Google

Ad 1. ex contrariis fundamentum respondeo, authoritatem objectam doctorum non esse tantam, ut non elidatur per oppositam, quam communis regula confirmat. Et ex authoribus qui apud Suarez nominantur, ii quos videre licuit, rem ex professo non tractant. Didacus Perez (*a*) in eo quod scribit de suo, potest intelligi de interpretatione privilegii declarativa, non de extensiva vel de extensiva quidem, sed quam faciat necessariam absurditas alioquin secutura. Navarrus loquitur de extensione ad correlativa (*b*), quatenus hæc in sensu legis, sin minus in littera comprehenduntur: quæ extensio coincidit cum interpretatione pure declarativa.

Ad 2. Per illam declarationem non conceditur absoluta communicatio & indefinita; sed tales ut possent religiosi Societatis, &c. Sint sanè concessa privilegia intuitu vel in favorem Indorum vel Indiarum; sed non nisi cum ea limitatione & modo in dicta constitutione expressis concessa sunt. Quod ea, quæ parti conceduntur, dici possint concessa toti, verum est exemplo concessionum factarum v. g. magistris alicujus Ordinis, aut Superioribus, aut Ex-provincialibus. Sicut tamen non illicò licet talium facultatum usus omnibus in tali Ordine professis, quamvis totius sint pars; ita neque licebit omnibus utriusque Indiæ incolis uti concessis *uni*, neque uni parti licebit uti concessis alteri.

Præterea distinguendum est subjectum concessionis à subjecto executionis aut receptionis actûs, vel gratiæ concessæ. Quæ distinctio patet in variis constitutionibus, nominatim in relata supra Ord. 5., in qua Regi Portugalliæ dicitur concedi, ut sacerdotes ab eo missi absolvere possint, &c. De communicatione religiosorum aliorum Ordinum modo non est sermo, sed de communicatione Indiarum.

Ad 3. Privilegium, dum eadem vel similis ratio favet, extendi potest, & convenienter extenditur authoritate publica, non voluntate privata, etiamsi qualificata sit causa. Scilicet, concessio privilegii, maximè si fiat non tantum præter, sed contra jus commune, causam requirit, ut licitè, saltem ut non imprudenter fiat. Quodsi deinde casus alter occurrat, & causa similis vel eadem concedendi, licita & prudens erit concessio, facta tamen à potestatem habente, non à subdito, cui tantum est reliqua supplicationis via. Et hoc solum potest cum fundamento colligi ex objecto textu. Et communi praxi firmatur; nam causa eadem vel similis, etiam pia, reperitur in Ordinibus cunctis, iis saltem quorum ministeria sunt eadem, & tamen nullus nisi aliunde privilegiorum communicationem habeat, licitum sibi esse præsumit usum privilegii certo Ordini concessi.

CR-

(a) *Perez, in Leg. Ordinam q. 2. Prolog.* (b) *Navarr. cap. 22. Summ. num. 24.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLV.
Anno 1579. 25. Aug.

ECclesiis Brasiliæ, in quibus Societatis religiosi residebant ad exercenda ministeria, etiamsi ejusdem Societatis non essent propriæ, concedebantur omnes indulgentiæ, quæ Societatis ecclesiis erant concessæ usque ad diem datæ præsentis. Et quod quandocumque indulgentia aliqua concedebatur confessis & communicantibus in ecclesiis Societatis, intelligeretur nomine ecclesiæ totus circuitus domus, residentiæ, aut collegii. Ita habet Compendium Indicum anni 1737. V. *Ecclesia*. §. 3. & 4.

ORDINATIO CLVI.
Anno 1579. 11. Octobr.

DEclaravit Gregorius XIII., quod nomine Indiæ (I) orientalis intelliguntur omnes regiones & insulæ, quæ ultra Mauritaniam versus austrum & orientem ad Regem Portugalliæ spectant, sive jure dominii, sive conquistæ, ut vocant, sive commercii & navigationis. Nomine verò Indiæ (II) occidentalis quidquid eodem jure occidentem versus ultra Insulas Fortunatas & eas quas Tertiarias appellant, sive ad Regem Catholicum, sive ad Fidelissimum spectant. Ita habet Compendium Indicum anni 1737., & in eodem Compendio anni 1585. dicitur esse declaratio (III) vivæ vocis oraculo.

ADNOTATIONES.

(I) *Indiæ orientalis*. Geographi inquit Nogueira (*a*) Indiam dicunt regionem Gangem inter & Indum, ut est apud Barros (*b*). Alii extendunt ab Indo ad ultimos Sinarum fines, ut est apud Osorium (*c*). In communi existimatione apud Lusitanos veniunt à promontorio Bonæ spei ad orientem omnes regiones . . . Ex declaratione Gregorii XIII. veniunt nomine Indiarum Insulæ *Capitis-Viridis*. Author Additionum ad Historiam Portugalliæ per Fariam scriptam fines orientalis Indiæ sic describit: *La India* oriental tiene por terminos el Cabo de Buena Esperanza en la Cafreria y el de Siampo (*Ning,po* Sinæ dicunt in extrema ad orientem sinici continentis ora, ut vide in Historia (*d*) Navigationum) en la China distantes entre si casi quatro-mil leguas. Comprende por la marina muchos reinos de la Cafreria, Monomotapa, Zofala, Mozambique, Quiloà, Pembe, Melinde, Pate, Brava, Mogadojo, y otros muchos señorios . . . La septima parte tiene los reinos de Pam, Lugor, Siam, Cambaja, Champá, de Cochinchina, de la China. Aqui no

(a) *Nog. D. 3. De B. Cruc. sect. 7.*
(b) *Barros, Dec. 1. lib. 4. c. 7.*
(c) *Osor., De Reb. Emman. initio.*
(d) *Prevost, Hist. des Voiag. tom. 5. lib. 1. cap. 1.*

Digitized by Google

no tiene Portugal fuerza alguna, pero tiene la estimacion y el *comercio*. Idque, quod de æstimatione & commercio dicitur, convenit similiter regionibus aliis citra Caput Bonæ spei, ut ex præsente declaratione ad Indias etiam pertineant.

Consonat Constitutio *Indiarum gentibus* Benedicti XIV., de qua infra anno 1748. 24. Febr., ubi Indiis, quæ numerantur à Capite Bonæ spei usque ad regna Sinarum & Japoniæ, Patronus renuntiatur S. Franciscus Xaverius. Quod verò pars Africæ Bonæ spei Capite ulterior etiam extra præsentem Ordinationem Indiis aliquando annumeretur, sensus est authorum, quem exprimit D. Antonius de Herrera (*a*) dicens: *Se despacho* Bula con todas las facultades, que estaban concedidas à los Reyes de Portugal para las Indias de *Guinea*. Vide dicta in Prologo hujus Operis.

Verè vagum est Indiæ nomen tam apud antiquos quam apud modernos. Nunc (*b*) clauditur Perside, Magna Tartaria, Sinarum regione, Mari Indico. Nunc (*c*) partem Persidis comprehendere dicitur, terminos habens ad occasum Paropamyssidem, (Chalquistan) Aracosiam (Candahar), Gedrosiam (Circan), ad orientem Sinas, ad boream Caucasum. Extenditur apud alios (*d*) ad Indici Maris Insulas Ceilanum, Sumatram, Javam, Borneum, Celebes, Maldivas, Moluccas, Philippinas, Marianas, etiam ad Tunchinum, Sinas, & Japoniam.

Olim Æthiopia (*e*) Indiarum nomine censebatur: hodieque manet usque apud Persas appellatio Indi nigri pro Æthiope. In historiis orientalium legit Calmet, Indos postulasse sibi Episcopos à Simone Syro Patriarcha Jacobitarum Alexandriæ Et Oceanus Æthiopicus Veterum ipse Oceanus Indicus nostratum est. Nec tantum Æthiopes Maris Rubri ad orientem & occidentem accolæ Indi appellabantur; sed & populi qui trans Mare Mediterraneum incolebant, quique Libyam, Ægyptum, Arabiam, Palestinam habitabant, eo quod ab Indis originem trahere credebantur (*f*).

Grotius vult 1. Machab. 8. legendum Jonios pro Indis, & Mysios pro Medis, quia post sancitam cum M. Antonio pacem Mysiam & Ioniam Eumeni Regi cessisse testatur Livius (*g*); sed Harduinus (*h*) cum suo Berrujero (*i*) contendit, Jonios & Carios propriissimè Indos appellari potuisse propter Indum flumen, alio nomine *Calvit*, quod illorum terras interfluit. Vide Ord. I., ubi Mauritani Granatenses à Fontenelle dicuntur Indi. Et Romæ prope Vaticanum est ecclesia quædam pro Indis erecta, hoc est pro Mauris quibusdam fidelibus.

Novissime scribunt celebris Encyclopediæ authores (*k*) *Les anciens* reconoissoient deux sortes d'Ethiopiens, ceux d'Asie & ceux d'Afrique. Hero-

(a) *Herr. D. 1. l. 2. c. 4.*
(b) *Apud Calmet, Diction. V.* India.
(c) *Descript. de la Gran Rec. Tart. des Voi qui ont servi al' entabl. de la C. Holland. Ed. 1725. tom. 4. pag. 159.*
(d) *Dicionar. Geog. de la Serna*
(e) *Calmet loc. cit.*
(f) *Calmet in 1. Mach. 8. 8.*
(g) *Liv. lib. 38.*
(h) *Harduin. Chron. Vet Testam.*
(i) *Berrui. lib. 7. tom. 7. Nov. Testam.*
(k) *Dictionar. Encyclop. Ed. Liburn. Verb.* Ethiopie.

rodote les distingue en temps formel, & voi la pourquoi dans les écrit de l'antiquité le nom d'Ethiopien etoit commun a divers pais del' Asie & del' Afrique. Voila pourquoi ils ont donne souvent le nom d'Indien aux Ethiopiens & le nom d'Ethiopiens aux veritables Indiens. Dans Procope l'Ethiopie est appellee Inde. Voiez les raisons dans les observation de Mr *Freret*.

(II) *Indiæ occidentalis*. *Indias* del Poniente, inquit Herrera (*a*) son todas las Islas y Tierra firme comprendidas en la demarcacion de Castilla y Leon al fin occidental de la dicha demarcacion, cuia linea passa por la otra parte del mundo por la ciudad de *Malaca*. Consonat Jus Hispano Indicum (*b*) dum collocat Japoniam & Philippinas in demarcatione Indiarum occidentalium: cui favet constitutio Clementis VIII. anni 1600. 12. Dec., de qua infra Ord. 198., quatenus Philippinas Indiis occidentalibus, vel quæ pro occidentalibus habentur, videtur enumerare. Sed qua præcisè ducenda sit linea demarcationis, nondum definitum est.

(III) *Vivæ vocis oraculo*. Cum præsens Ordinatio sit tantùm declaratio terminorum aliàs concessarum facultatum, immunis est ab Urbani VIII. revocatione juxta dicta Ordinat. LXVIII. Et ita censet Avendaño (*c*). *Pro quo*, inquit, alia succurit ratio, nam oraculum tale suum jam sortitum est effectum. Quæ autem talia sunt, non revocari ex ipsarum constitutionum littera *manifestum est*. At quisnam est effectus oraculi purè declarativi, quod nullum respicit actum & praxim, sed puram terminorum explicationem?

ORDINATIO CLVII.
Anno 1579. 11. Oct.

DEclaravit Gregorius, privilegia & gratias concessas missionariis Societatis in Indias vel alias infidelium partes missis, esse concessas omnibus de Societate qui pro tempore degerent in illis partibus, etiamsi missi non fuissent. Ita habet Compendium Indicum anni 1737. V. Privilegium; & docet C. de Lugo (*d*).

ORDINATIO CLVIII.

SOcietatis lectoribus, concionatoribus, confessariis, superioribusque provinciarum Indiæ aut Brasiliæ concessum erat ut possent toto anni tempore ante cœnæ ordinariam horam, cum per aliquas integras horas ante solis occasum cœnari soleret, dicere matutinum sequentis diei. Ita refert Avendaño (*e*) quasi concessum à Gregorio vivæ vocis oraculo. Videturque extitisse aliquando in Compendio aliquo vetusto, expunctumque ex recentioribus, etiam ante oraculorum revocationem, quia inutile. Inutilitatem

(a) *Herrera; Descripc. de las Ind. occ. cap. 26.*
(b) *Leg. 33. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind.*
(c) *Avend. P. 3. Auctar. sect. 7. n. 169.*
(d) *C. de Lugo, Resp. Mor. L. 4. dub. 48. n. 1.*
(e) *Avend. loc. prox. cit. n. 168.*

Digitized by Google

tem repetit Avendaño ex eo quod per doctorum opiniones plus jam licebat, quam quod tali privilegio dabatur. Erit cui videatur inutilius, quia nullibi Indiarum aut Brasiliæ cænari ordinariè soleret per plures horas ante solis occasum. Vid. Ord. 304.

ORDINATIO CLIX.
Anno 1579. 24. Octobr.

PER Bullam concessit Gregorius, quod Societas in Indiis posset eligere in conservatores loco personarum in ecclesiastica dignitate constitutarum quosvis idoneos & probos viros sæculares, charactere clericali insignitos, non tamen conjugatos: nec propterea dictam Societatem ad certos & determinatos eligendos obligari. Refert Diana coordinatus ab Alcolea (*a*) ex allegatione Joannis Naldi pro Patribus Societatis contra Episcopum Angelopolitanum. Addit tamen Diana: *Ego puto* hodie circa præsentem quæstionem silere omnia regularium privilegia, ut optimè observat ex eadem Societate Castropalaus (*b*) . . . Cui adde ex eadem religione Fragosum (*c*). Vide infra Ord. 257. & 312. Vide etiam Ord. 605. Adnot. IV.

ORDINATIO CLX.
Anno 1579. 24. Oct.

NE quis de Societate Jesu in Indiis, etiam ad Ordinem Carthusiensium transire auderet. Hanc constitutionem vide infra anno 1719. 1. Dec. Ord. 493. In novissimo Compendio Communi (*d*) dicitur data 1. Nov. Aliàs data dicitur 23. Sept. seu 9. Kal. Oct. Sed in textu Constitutionis in Bullar. Societ. (*e*) habetur 9. Kal. Nov., idest 24. Octobris. Incipit *Decet Romanum Pontificem*.

ORDINATIO CLXI.
Anno 1579. 4. Nov.

UT presbyteri Societatis per Præpositum Generalem deputandi cum neophytis & aliis ad Ecclesiæ unionem reductis super bonis malè acquisitis, ad quæ restituenda incertis personis obligati existunt, ad pia opera componere, vel quatenus ipsi sic obligati pauperes sint, eis in toto vel in parte remittere possent & condonare: idque in foro conscientiæ. Concessio facta est ad decennium, sed deinceps per successores Pontifices prorogata, & sine limitatione facta Carmelitis Discalceatis à Clemente VIII. in Constit. *Dominici gregis*. Ita habet Compendium Indicum, anni 1737.

OR-

(a) *Diana, tom. 7. tr. 1. R. 227. tom. 3. tr. 16. D. 4. P. 12. §. 1. n. 9. Rep. Chr. tom. 2. l. 4. d. 2. §. 6. à n. 112.*
(b) *Castrop.*
(c) *Fragos.*
(d) *Comp. V. Apostata §. 10.*
(e) *Tom. 1. Inst. p. 198.*

ORDINATIO CLXII.
Anno 1579.

UT Præpositus Generalis & alii presbyteri per illum in Indiis orientalibus deputandi cum causa dispensare possent in foro conscientiæ cum neophytis & aliis omnibus ibidem commorantibus, qui in facie ecclesiæ illegitimum matrimonium contraxerant, sive scienter sive ignoranter, super quolibet occulto impedimento propter quod esset invalidum, & separari sine scandalo non possent, injuncta pœnitentia salutari, dummodo inter se secretò contraherent servata forma Tridentini, si posset sine scandalo, aliòquin super quo conscientia onerabatur, non servata. Ita habet Avendaño (a). Sed in hoc privilegio qualitatem bullati, si sit aliud à referendo Ord. seq.; si verò sit idem, perpetuitatem requiro.

ORDINATIO CLXIII.
Anno 1579. 4. Dec.

SOcietati ad decennium concessit Gregorius XIII., ut cum neophytis super voto castitatis, non tamen solemni, ac matrimonio contracto quovis occulto impedimento propter quod esset invalidum, & separari sine scandalo non possent contrahentes, dispensare valeret. Extat in litteris prorogatoriis Gregorii XIV. anni 1591. 21. Septembr.

ORDINATIO CLXIV.
Anno 1583. 15. Apr.

UT triennium à Concilio Tridentino præfixum ad celebrandum concilia provincialia amplietur ad sexennium vel septennium in Indiis. Quod à Paulo V. 7. Dec. 1610. ad duodennium fuit prorogatum. Refert Solorzanus (b). Vide supra Ord. 138. & infra Ord. 223.

ORDINATIO CLXV.
Anno 1583. 15. Apr.

ARchiepiscopis Limanis per breve concessit Gregorius XIII., ut possint absolvere in utroque foro ab omnibus delictis, excessibus, & peccatis Sedi Apostolicæ reservatis etiam in Bulla Cœnæ. Eamque facultatem concedere se ait Pontifex propter earum regionum à Romana Curia distantiam; ut quæ sumptus, molestiæ discrimina in prolixa navigatione vitentur. Extat originalis in archivio Archiepiscopi. Et Ill. Felicianus de la Vega in Relectionibus testatur, sæpè occurrente casu in praxim esse deductam. Hæc habet Ill. Montenegro (c). Sed oportet de reservatis hære-
sim

(a) *Avend. th. in Thesaur. Ind. n. 395.* (b) *Solorz. lib. 4. Polit. cap. 7.* (c) *Montenegro, l. 5. tr. 1. sect. 19. n. 1.*

Digitized by Google

sim excipere, si de absolvendis Hispanis, vel non Indis est sermo. Vide Ord. seq.

ORDINATIO CLXVI.
Anno 1583.

UT Indiarum episcopi & ab eis deputati possint (I) absolvere Indos in utroque foro à crimine hæresis. Neque hoc pertinet ad inquisitionis officium propter novitatem in fide & mentis debilitatem (II). Ita P. Claudius Clemens (*a*) ex confessionali Concilii Limensis. Ill. Montenegro (*b*) sequentem movet & dirimit quæstionem: *Quien* podra absolver à los Indios del crimen de la heregia, idolatria, y otras censuras, y casos reservados? No es menester para declaracion de esto mas que tener la Bula de Gregorio XIII. concedida à instancia de la Magestad Catholica, en que concede à todos los Arzobispos y Obispos de Indias, y à las personas à quienes ellos en esta parte cometieren sus veses (III), que puedan absolver del crimen de heregia, idolatria, y otros qualesquiera casos reservados y censuras, assi en el fuero de la conciencia, como en el fuero exterior, à qualesquiera Indios, hombres ò mugeres, y assi mismo à los que fueren nacidos de Indios y Mauras, ò de Mauros y Indias, imponiendoles alguna penitencia saludable conforme à sus culpas. Aquî se advierte, que por concession del Concilio Provincial (Tercero) de la ciudad de los Rejes se dâ facultad à todos los curas y confessores de Indios, que les puedan absolver de los casos reservados à los Obispos, y de las censuras annexas à ellos, pero podra el Obispo, quando le pareciere convenir, quitar (IV) ò restringir esta facultad al cura ò curas que le pereciere, como mas claro consta por el Concilio, cujas palabras son como se siguen (*c*): *Præsentis* authoritate Synodi parochis, & approbatis confessariis Indorum casus episcopis reservati conceduntur, ut ab omnibus illis & censuris annexis possint absolvere Indos, cum id expedire in Christo judicaverint, ne Indi propter imbecillitatem suam & spiritualis sensus inopiam, dum ad superiores pro reservatorum casuum absolutione recurrere cessant, quod crebrò fit, conscientiis suis illud experiantur noxium, quod pro eorum salute ab Ecclesia provisum est. Liceat tamen Episcopo aliquibus parochis eam facultatem restringere, cum ei videbitur *expedire*. De que se colige, que todos los doctrineros y clerigos, que tienen licencia de los Señores obispos para administrar los sacramentos en sus diocesis, pueden absolver à los *Indios* de todos sus pecados sin excepcion de alguno, sino es que los prelados se la hajan limitado. Vide supra Ord. 58. Adnot. X. anno 1537. 1. Jun.

AD-

(a) *Cl. Clemens, Tab. Chron. Ind. Dec.* 10. (b) *Monten. L.* 5. *tr.* 4. *f.* 14. (c) *C. Lim. Act.* 2. *cap.* 17.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Absolvere*. Sicut solvere Indos, sic & ligare pertinet, non ad Inquisitores Apostolicos, sed ad Episcopos ex Jure Indico (*a*) sic habente: *Por estar* prohibido à los Inquisidores Apostolicos proceder contra Indios, compete à los Ordinarios Ecclesiasticos su castigo, y deben ser cumplidos y obedecidos sus mandamientos. Y contra los hechiceros, que matan con hechizos, y usan otros maleficios procederan nuestras Justicias *Reales*. Et sic observatum est à principio. Vide Ord. 33.

(II) *Et mentis debilitatem*. Igitur quamvis novitas in fide adoleverit jam, locum habet præsentis indulti gratia ex doctrina J. C. Pignatelli supra anno 1522. 9. Maii. Ord. 37. Adnot. 6. Sed & novitatem quamdam fidei durare adhuc in Indorum gente, supponitur in præsente Ordinatione quæ in viridi est observantia: novitatem, inquam, in Indorum gente, quamvis Indi ipsi in infantia baptizati sint.

Quæres, utrum Indis sit necessaria Bulla Cruciatæ, ut ex præsente indulto absolvantur? Respondet P. Alloza (*b*): *Indi* Bulla non indigent, ut Hispanorum festa non servent, nec ut non jejunent jejunia Hispanorum, nec ut matrimonium contrahant in tertio & quarto gradu consanguinitatis, nec ut à reservatis absolvantur, quia non sunt hæc privilegia, sed quasi leges municipales hujus Peruanæ Provinciæ. Et quamvis privilegia essent, cum sint omni Indorum nationi concessa, non revocantur per Bullam, sicut nec quæ uni Religioni conceduntur, ut constat ex ipsa Bulla latina, & ex Bulla *Pauli Tertii*. Hucusque Alloza ex M. SS. P. Joannis Perez Menacho S. J. Sed quidquid de reliquo sit, paritas privilegiorum, quæ alicui religiosorum ordini conceduntur, oppositum suadere videtur, in suspensione quippe gratiarum per Cruciatæ Commissarium fieri solita excipiuntur expressè privilegia Ordinum quatenus religiosos respiciunt: & exceptio firmat regulam in contrarium.

III. Montenegro (*c*) duo proponit dubia resolvenda, & unum tantum resolvit. Proponit 1., utrum Indis sit necessaria Bulla Cruciatæ, ut à reservatis absolvantur, aliisque fruantur privilegiis sibi concessis? 2. An sit eadem Bulla necessaria ministris, ut absolvant, dispensent, habilitent Indos, aliisque pontificiis facultatibus in bonum Indorum utantur.

Ad 1. respondet cum distinctione, posse Indos sine bulla uti privilegio contrahendi in tertio & quarto gradu, non jejunandi nisi feriis sextis quadragesimæ, sabbato Sancto & vigilia Nativitatis, & non nisi festa quædam observandi. Ratio, inquit, est, quia Bulla Pauli III. qua prædicta conceduntur, non tam est privilegium, quam quædam constitutio extravagans faciens Jus Indis commune, quod in Bullæ Cruciatæ publicatione non suspenditur.

Cir-

(a) *Leg. 35. tit. 1. lib. 6. Recop. Ind.* (b) *Alloza, Alphab. Mor. V.* Indi *Per. s. 7. n. 20.* (c) *Monten. l. 4. tr. 4. sect. 5.*

Circa lacticiniorum esum inquit: *Acerca* de este punto digo, que no pecan los Indios que comen huevos, leche, &c. sin Bula, no porque para esto les valga la Bula de Paulo Tercero, que no es tiempo de averiguarlo, sino por la *costumbre*. At hæc Pauli Tertii Bulla Indis permittens lacticinia, eadem est cum concedente illa alia privilegia circa matrimonia, jejunia, & festa, ut vide supra anno 1537. 1. Jun. Ord. 58. Eadem est quam ipse Montenegro appellat constitutionem extravagantem facientem Jus Indis commune, quod Bullæ Cruciatæ publicatione non suspenditur. Si ergo manet dubium, utrum valeat ad lacticinia, quomodo est certum valere quoad Jejunia, & quoad reliqua?

Ad 2. dubium quod proposuerat Illustrissimus Author, neque verbo respondet. Quantum est ad præsentem concessionem factam Episcopis ad absolvendum per se vel per alios, respondet Castropalaus (*a*): *Certum* est, non suspendi (Cruciatæ Bulla) facultates absolvendi, dispensandi, & commutandi vota, quæ Episcopis jure ordinario competunt, vel extraordinario tanquam à Sede Apostolica delegatis, quia hæ facultates, esto à Sede Apostolica concessæ sint, sunt tamen concessæ ex delegatione generali, per modum statuti, & non singularibus personis, sed eorum dignitati; ac proinde non comprehenduntur in suspensione, uti est praxis *certa*, & *docent omnes*. Deputatio verò ad absolvendum inferioribus parochis & confessariis, facta ab episcopo, vel ab Episcopis in Concilio Limano, si est gratia, distincta & alterius rationis ab ea, quæ per pontificem fit Episcopis, est gratia, non pontificia, sed episcopalis: de qua est certius per Cruciatam non suspendi, ut communiter habent Authores.

(III) *Cometieren sus veces*. Vide supra Ord. 58. Adnot. X., ex qua videtur jam facta commissio parochis & Indorum curam gerentibus, ut eos à Papæ reservatis absolvant; Quibus adde ea quæ nuper retuli ex Motenegro. Similis deputatio continetur in Synodalibus Arequipæ anni 1684 (*b*) ibi: *y declaramos*, que para los Indios no hai caso alguno reservado, aunque sea el de la heregia, porque de todos los pueden absolver los Curas y Confessores, à cuyo cargo estan por concessiones de breves apostolicos, para cuio effecto desde luego en quanto sea necessario cometemos plenariamente nuestras veces a nuestros curas, y a los cofessores aprobados para *Indios*. Neque aliam magis specialem deputationem requiri putat Avendaño (*c*).

(IV) *Quintar ò restringir*. Restricta est facultas hæc in Synodalibus *de Puerto Rico* (*d*) per Ill. Lopez de Haro promulgatis anno 1647., ubi dicitur: *Por Bula* de Gregorio XIII. tienen los prelados de las Indias potestad y los confessores à quien dieren sus veces, para absolver a Indios de heregia, idolatria, y de todos los casos reservados, assi en el fuero interno como en externo .... Damos nuestras veces à los parrocos y Doctrineros, paraque en el fuero interno puedan absolverlos de todos los crimenes reservados *occultos*.

OR-

(a) *Castrop. tr. 23. De B. Cruc. P. 3. n. 2.*
(b) *Synod. de Areq. lib. 1. tit. 6. cap. 13.*
(c) *Avend. tit. 32. cap. 11.*
(d) *Syn. de P. Rico, cap. 32.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLXVII.
Anno 1585. 25. Jan.

UT in Angola, Æthiopia, Brasilia & aliis Indicis Regionibus possint locorum Ordinarii, parochi, & presbyteri Societatis ad confessiones audiendas ab ejusdem Societatis superioribus approbati dispensare (I) cum utriusque sexus fidelibus quibuscumque incolis dictarum regionum & servis ad fidem conversis, qui ante susceptum baptisma matrimonium (II) contraxerant, ut eorum quilibet etiam superstite conjuge infideli, & ejus consensu minimè requisito, & responso non expectato cum quovis fideli aliàs tamen ritè contrahere, & in facie ecclesiæ solemnizare, & in eo postea carnali copula consumato, quoad vixerint remanere valeant: dummodo constet etiam summarie & extrajudicialiter, conjugem ut præfertur absentem legitimè non posse moneri, aut monitum intra tempus eadem monitione præfixum suam voluntatem non significasse. Et etiamsi priores conjuges infideles post contractum secundum matrimonium aut ad fidem convertantur, aut ostendant se justè impeditos fuisse ad declarandam suam voluntatem; nihilominus prædicta matrimonia rescindi non debere, sed valida (III) & firma, prolemque inde susceptam legitimam fore. Ita habet Compendium Privil. Soc. (*a*). Avendaño (*b*), & Ill. Motenegro (*c*) referunt eamdem Constitutionem, cujus initium est *Populis & nationibus*.

ADNOTATIONES.

(I) *Dispensare*. Laborat Avendaño loc. cit. in quærendo subjecto dispensationis hujus, quæ videtur respicere infideles nondum ecclesiæ subditos. Verum Pontifex ad hos non extendit potestatem, sed jam fidelem & per baptismum jam subditum deobligat a Jure per conjugium in infidelitate contracto. Quæ deobligatio passim dicitur dispensatio propriè vel impropriè, etiam quando jus est naturale, ut patet in voto & voti dispensatione jure naturæ obligantis; sive hoc fiat quia in obligationis subjectum vel materiam mutatio quædam inducitur, sive quia conditio tollitur tacitè importata in obligatione sono tenus absoluta, sive quia declaratur ablata, sive quâ alia ratione.

(II) *Matrimonium*. Fuerunt qui Indorum matrimonia aliud non esse dixerint, quam veros concubinatus: quod de quarumdam regionum indigenis satis verosimiliter proditum est, & de Mexicanis temerè vulgatum credit Fr. Joannes de Torquemada (*d*). Præsens verò constitutio dici nequit data esse ex præsumptione quod matrimonia horum infidelium nulla sint: sic enim opus non erat dispensato, nec juberet Pontifex absentem requirere vel monere, aut ejus consensum etiam præsentis expectare. Imo id ex-

(a) *Compend. V. Matrimonium §. 3.*
(b) *Avend. tit. 12. num. 398.*
(c) *Monten. lib. 3. tr. 9. sect. 8.*
(d) *Torquem. Monarch. Ind. lib. 13. cap. 15. pag. 444. Edit. 1723.*

Digitized by Google

id expresse definit Pontifex in constitutionis exordio apud cit. Montenegro sic habente: *Nos attendentes ejusmodi connubia inter fideles* (corrige infideles) *contracta, vera quidem, non tamen ita rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint* &c.

(III) *Valida & firma*. Totus iterum est Avendaño in concilianda hac firmitate & valore, subindeque præsentis constitutionis authoritate aut veritate cum indissolubilitate matrimonii ab infidelibus contracti. Dici tamen potest ac debet, quod alibi notatum est (*a*), contractus matrimoniales infidelium non habere tantam nec talem firmitatem, quantam & qualem habet contractus dum sacramentum simul est; sed esse indissolubiles ea ratione qua contractus alii ritè celebrati, vel qua res sunt à suo domino inauferibiles. Sunt hæ jure naturæ inauferibiles licite invito domino; possunt nihilominus auferri, sicut & contractus civiles irritari à Principe, dum ad bonum interest altioris ordinis, nempe ad bonum commune reipublicæ. Sic etiam matrimonialis infidelium contractus est indissolubilis, & quidem naturæ lege. Potest tamen, dum ad fidelium in fide conservationem expedit, à Principe reipublicæ christianæ Summo Pontifice dissolvi. Et hoc causæ vel finis expressit Gregorius in citato præsentis constitutionis exordio dicens: *Ne homines* continentiæ servandæ minime assueti propterea minus libenter in fide persistant, & alii eorum exemplo ab eius perceptione deterreantur.

Præter Gregorium in præsente ordinatione, declaravit infidelium matrimonii cum causa dissolubilitatem Urbanus VIII. 20. Octobr. *1626*, & iterum 17. Sept. *1629*. ut vide Ord. 260. & 278. Cum hoc tamen stat, quod à P. Mutio Vitelleschi Præposito Generali S. J. responsum est ad Postulat. 7. Congreg. IV. Provinciæ Paraguariæ. Nempe postulaverat Congregatio, ut peteretur à Summo Pontifice facultas, ut ethnicus baptismum petens, nolensque uxorem, quam duxerat ante baptismum, posset alteri nubere. Rescriptum est; *Petendam* nullo modo judicamus facultatem de re, quam fieri non posse constat Theologorum *sententia*. Scilicet ad matrimonium infidelium dissolvendum requiritur causa gravis, qualis non erat præcise ethnicum jam nolle uxorem antea ductam, præsertim cum in Postulato nulla habeatur ratio, nulla fiat mentio de conditione requisita ut uxor prius ducta moneatur, & saltem extrajudicialiter constet, moneri non posse, aut monitam non respondisse.

Ad extremum observa, Benedictum XIV. (*b*) hoc privilegium referentem a Gregorio XIII. concessum pro Angola, Æthiopia, & Brasilia, omisisse Regiones alias Indicas pro quibus etiam est concessum, ut constat ex litterali textu apud citatos authores. Sed ibi Benedictus non integrum privilegii tenorem exponere susceperat, sed mentionem facere in summa relati: Verba Benedicti sunt: *Gregorius* XIII. locorum ordinariis, parochis, & presbyteris missionariis S. J. in Angola, Æthiopia, & Brasilia degentibus potestatem fecit dispensandi cum quolibet conjuge, qui christianæ religioni nomen dedit, ut novum possit matrimonium inire omissa

(a) *Supra Ord. 32.* (b) *Bened. XIV. lib. 6. De Syn. Diœc. cap. 4. num. 3.*

omissa interpellatione alterius conjugis infidelis, quem constat legitime interpellari *non posse*.

In novissimo Compendio Privil. Soc. (*a*) fit remissio pro intelligentia hujus privilegii ad Bullam *In suprema* Benedicti XIV. (*b*), quæ similis concessio fit Nuntiis Venetis pro domo neophytorum. Et pro usu maximam cautelam requirente fit etiam remissio ad Canonistas in Cap. *Quanto De divort.*, & ad S. Congregationis Resolutiones (*c*), in quibus habetur 1., interpellationem conjugis infidelis esse de jure necessariam, nempe in casu quo conjux hebræa recens baptizata, ante annos undecim erat à marito hebræo repudiata. 2. Stantibus circumstantiis periculi in mora, & absentiæ mariti, de quo an viveret, & ubi moraretur, ignorabatur, indulgendam esse dispensationem ab interpellatione. Allegaturque præsens constitutio gregoriana. 3. Si detur Titium hebræum baptizari, Hæviamque uxorem interpellatam nolle converti primum, sed deinceps postquam hebræo alteri nupserat, baptizatam esse redire debere ad primum conjugem Titium. Scilicet, nisi Titius interea matrimonium catholico ritu celebrasset.

ORDINATIO CLXVIII.

PRo Indiis concessit Gregorius XIII. quod a simplici sacerdote conferatur confirmationis sacramentum. Ita habet Felix Potestas (*d*). Sed videtur facultas non esse tam indefinitè concessa, ut hìc enuntiatur, sed ad certas personas & loca determinata: quod non exprimit hic author; De eadem facultate sequentia habet Benedictus XIV. (*e*): *Quibusdam* Societatis Jesu religiosis, ut christianos Brasiliæ sacro chrismate inungerent, indultum fuit à Sede Apostolica, ut à P. Lodovico Fonseca se accepisse *narrat Arcudius* (*f*). Vide supra Ord. 140., & infra anno 1757. 2. Martii. Adventus Romam P. Ludovici Fonseca contigit anno 1593., ut refert Arcudius ipse apud P. Joannem Baptistam Prileszchium modernum S. J. Tyrnaviæ Professorem (*g*). Ex quo facultas brasilica ad præsentem Gregorii XIII. commodè referri potest. Verba Tyrnaviensis Professoris sunt: *Simile* quid refert Arcudius, P. Ludovicum Fonsecam S. J., cum ex Brasilia Romam ad Congregationem Generalem (Quintam) anno 1593. venisset, sibi præsentibus Gymnasii Græcorum in Urbe alumnis, pro certo affirmasse quod ipse in partibus illis sacramentum confirmationis administrare soleret, & quod diploma pontificium hac super re illic asservetur. Vide Ord. 590. Adn. 2. anno 1746. 6. Dec.

OR-

(a) *Tom. 1. Inst. pag. 319. V. Matrimonium. §. 3.*
(b) *B. XIV. tom. 1. Bullar. Const. 117.*
(c) *Resol. S. C. C. tom. 2. p. 117, & t. 3. p. 346. 352.*
(d) *Potest. to. 1. P. 4. De Confirm. c. 3. n. 3062.*
(e) *B. XIV. lib. 7. De Synod. Diœc. cap. 7.*
(f) *Arcud. lib. 2. Concord. cap. 15.*
(g) *Prileszchi, tr. De Sacram. num. 389. pag. 375.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLXIX.
Anno 1585. 28. Jan.

NE alii quam de Societate Jesu ad provincias Japoniæ & Sinarum proficisci possent prædicandi aut docendi causa. Mentio fit in Const. *Onerosa* Clementis VIII., per quam constitutio præsens reformatur. Vide Ord. 198.

ORDINATIO CLXX.
Anno 1585. 20. Dec.

UT Episcopi Indiarum, scilicet Asiatici, & qui extra Asiam, & in novis aliis terris orientis, meridiei, occidentis, & septentrionis sunt, tam in insulis quam in continentibus, decimo quoque anno iter suscipiant ad visitanda limina Apostolorum, computato decennio à tempore consecrationis, vel traditionis pallii, vel translationis, ita ut tempus prædecessori excursum successori effluxisse intelligatur. Ut antequam Ecclesiæ regimini & administrationi se immisceant, jurent se personaliter visitaturos. Quod si impediti fuerint, per certum nuntium ad id speciale mandatum habentem de capitularibus, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, aut aliàs personatum habentem; aut si hujusmodi hominem non habeant, per diœcesanum sacerdotem; & si clero careant, per alium presbyterum sæcularem aut regularem spectatæ probitatis & instructum. Aliter suspensos ab ingressu Ecclesiæ, & administratione tam temporali quam spirituali, & perceptione fructuum tandiu privatos esse vult Pontifex, donec resipiscentes relaxationem suspensionis à Sede Apostolica obtinuerint. Non obstantibus &c. Extat in Bullar. Cherub. tom. 4. C. 15. Sixti V. Incipit *Romanus Pontifex*. Id ipsum quod generaliter in hac Ordinatione, inculcatur specialiter in Bullis, dum aliquis promovetur, scilicet, ut quolibet decennio Limina Apostolorum visitare habeat. Vide infra anno 1763. 18. Jul.

ORDINATIO CLXXI.

SIxtus V. respondit ad 37. dubia, quæ Gregorio prædecessori S. Thuribius Limanus Archiepiscopus proposuerat. In eorum decimo-quarto decidit, in concilio provinciali cognosci & determinari posse minores (I) causas criminales Episcoporum. Meminit P. Petrus Lozano in Historia Provinciæ Paraquariæ S. J. (*a*). De resolutionum earumdem numero est, quæ refertur in *Lima limata* (*b*) scilicet Notarium ubi res emuntur carò exigere posse pro scriptura, non solum decimam sed quintam (II) aurei partem. Reliquas ex 37. resolutiones in hujus Breviarii supplementum redege-

(a) *Loz. Hist. del Parag. tom. 1. l. 1. c. 8. n. 5.* (b) *Lima lim. pag. 129.*

Digitized by Google

degeram cum adnotationibus ex M. S. Romani cujusdam Qualificatoris petitis; sed supplementum cum adversariis aliis periit naufragio: nec est in promptu quo lacuna reparetur. Resolutiones videsis apud D. Franciscum Antonium Montalbo in Vita S. Thuribii, quam inscripsit *Sol del Nuevo Mundo*.

ADNOTATIONES.

(I) *Minores causas*. Idem erat decretum jam in Concilio Tridentino (*a*), ibi: *Causæ* criminales graviores contra Episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione aut privatione dignæ sint, ab ipso tantum Summo Pontifice cognoscantur & terminentur . . . Minores tamen causæ Episcoporum criminales in Concilio tantum Provinciali cognoscantur, vel à deputandis per Concilium *Provinciale*. Hujus generis fuit causa ad Concilium Límense delata contra Episcopum Cuzquensem accusatum injustitiæ in gravanda diœcesi. Quam Episcopus Platensis & Tucumanensis determinandam judicarunt in Concilio, S. Thuribius ad Summum Pontificem remittendam, ut refert cit. Lozano.

(II) *Quintam aurei*. Decretum est in Concilio Tridentino (*b*), ut *Notarii* in iis tantùm locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus decimam tantùm aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio *exercendo*. Decerniturque ibi, ut tam dantes quam accipientes, qui secus fecerint, præter divinam ultionem pœnas à jure inflictas ipso facto incurrant.

Hoc Tridentini decretum sic explicat Ill. Montenegro (*c*): *Dice* pues el Concilio, que por unas dimissorias, ò testimonio de que el sacerdote que va à otro Obispado no va suspenso, ni descomulgado, &c. puede llevar el Notario la decima parte de un ducado, que es poco mas de un real: y lo mismo por titulo de ordenes, y por las colaciones, instituciones, y provisiones de beneficios que se dan por vacante ò por permuta. Lo mismo por el despacho de unas reverendas, y por la aprobacion de capellanias, y patrimonios para ordenes, y por la licencia paraque los curas hagan ausencia de sus beneficios. Dice Diana (*d*): *Hucusque* S. Congregatio. Unde videant Episcopi, quid efficiatur in eorum curiis. Essa tassa fue hecha en Italia, donde comen à menos costa, y ha mas de cien años que se hizo, que eran differentes tiempos que estos, quando por haver mas plata valen mas las cosas, y mas en Indias.... Pero se advierta, que no queda al arbitrio de cada uno señalar lo que se le *antojáre*. Hæc Montenegro, ibidemque refert designationem quintæ aurei

(a) *C. Trid. sess. 24. cap. 5. De Ref.*
(b) *C. Trid. sess. 21. cap. 1.*
(c) *Monten. lib. 3. tr. 2. s. 6.*
(d) *Diana P. 5. tr. 13. R. 70. Sic citatur Diana à Montenegro; sed S. Congregationis decreta hic relata, & quæ data sunt 7. Feb. 1602. vide apud Matheuccium in* Officiali Curiæ Ecclesiasticæ, *cap. 49. num. 48. pag. 321.*

Digitized by Google

aurei partis factam à Sixto V.; & quod standum est taxæ curiæ sæcularis, ubi propria non sit.

S. Congregatio apud Dianam loc. cit. ait, pro litteris collationis aut institutionis curatarum ecclesiarum, vel deputationis vicariorum in illis, exigi posse à Notario unum aureum, nihil tamen exigendum pro approbatione ad confessiones, pro licentia administrandi sacramenta, deserviendi beneficiis, sepeliendi cadavera, celebrandi, colligendi eleemosynas, ac pro mandatis publicandi in ecclesia eos, qui primam tonsuram vel minores, aut sacros ordines suscipere voluerint. In taxa Tucumanensi ab Ill. Trexo initio sæculi proximè elapsi confecta dicitur: *De qualquier mandamiento, ò de otra qualquiera cosa lleve el Notarío quatro reales, y si tuviere mas de hoja, lléve por hojas.... De cada hoja escrita de ambas planas, que una de ellas tenga treinta renglones, y cada renglon seis partes, medio peso... Su firma que es quatro reales*.

In lege 22. tit. 8. lib. 5. Juris Hispano-Indici habetur: *Los Notarios Apostolicos y Ecclesiasticos lleven los derechos, que conforme à los aranceles y ordenanzas deben llevar los Escribanos Reales en la provincia donde residieren y no mas*. Et alibi (*a*) præscribitur, ne taxa in Indiis excedat quintuplum castellanæ. In Schedula Regia citata à Valenzuela (*b*), ne excedat triplum toletanæ. Et in alia apud Frassum (*c*), triplum hispalensis. In taxa Arequipæ approbata in Synodo anni 1684. dicitur inter alia: *Por qualquier* mandamiento que diere el Juez (lléve el Notario) quatro *tomines*. Quod plus est quam decima & quam quinta aurei pars. Vide supra Ord. 152.

Neque varietas & excessus quicumque damnanda sunt, sed æquitate duce, exemplo S. Congregationis variare licet, quandoquidem pro varietate regionum & temporum varium est argenti pretium, & annonæ caritas. In Memoriis Trevultianis (*d*) observatum est, post inventum Novum Orbem argenti copiam esse decies majorem, sed valorem esse novies minorem. Merces etiam in America præsertim transmarinæ sunt in summa caritate: quo stipendiorum aliquis in quantitate excessus justificatur.

Sed quando Ill. Montenegro loco citato interrogat: *Como podra passar un Notario, que por unas dimissorias, o por una certificación de que no vâ suspenso, ni descomulgado gana por cada cosa de estas la decima parte de un ducado, que es poco mas que un real?* Responderi potest, Notarium supponi vel beneficio ecclesiastico donatum quo congruè sustentetur, vel posse tempus brevi scriptioni reliquum impendere in officio aliquo vel exercitio, cujus obventionibus vivat. Neque enim tenetur brevem operam à Notario petitam cliens integro diurno stipendio rependere.

OR-

(a) *Lege 178. tit. 15. lib. 2. Rec. Ind.*
(b) *Valenzuela, Addit. ad Solorz. l. 4. c. 8. n. 40.*
(c) *Frasso, Cap. 92. De R. Ind. Patron.*
(d) *Mem. de Trev. ann. 1746. art. 80.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLXXII.

SIxtus V. Hospitale Mexicanum S. Hipolythi, erectionem & ordinationes approbavit. Mentio fit tom. 9. Bullar. Rom. Const. 195. Innoc. XII. Vide Ord. 189. 445. 452. 547.

ORDINATIO CLXXIII.
Anno 1586. 3. Sept.

UT Franciscani possidere pergant per decennium possessa etiam in regnis Indiarum occidentalium & orientalium, quamvis de illorum concessione aliter non constet. Extat in Bullar. Roderic. Const. 1. Sixti V. Incipit *Dilecte fili*. Sine titulo non procederet usu-capio longi temporis seu decenni *arg. leg. Diutina. C. De* Præscr. *long. temp.*, quamvis procedat inter præsentes cum titulo sicut procedit inter absentes vicennalis ex Jure Hispano (*a*), cui conforme est Cæsareum. Requiritur ergo possessio tricennalis ad præscribendum sine titulo. Præsente verò privilegio suppletur defectus tituli, ut possit decennio præscribi.

ORDINATIO CLXXIV.
Anno 1587. 15. Maii.

SIxtus V. instituit pro Ordine S. Francisci officium Commissarii Generalis Indiarum: & quod vocem habeat in Capitulo. Extat Bulla apud cit. Roderic. Constit. 15. Jam ab anno 1572. Fr. Christophorus à Capite-fontium Minister Generalis annuerat, ut aliquis Frater, quem Rex Catholicus nominaret, esset Commissarius Generalis rerum sui Ordinis indicarum, cum plenitudine potestatis, & qui in illius curia resideret regiis expensis alendus, ut refert Fr. Ludovicus Miranda apud Solorzanum (*b*). Et in comitiis ejusdem Ordinis celebratis Toleti anno 1583. id ipsum approbatur. Et in Jure Indico (*c*) plura etiam de Commissarii electione, jurisdictione, & alimentis decernuntur. Eodem Commissarii Generalis nomine, minore tamen authoritate subinde mittuntur ad Indias ejusdem Seraphici Ordinis Visitatores, de quibus id specialiter statutum est, ne munus eorum expiret per decessum aut. destitutionem Generalis: quod à S. Pio V. & Gregorio XIV. concessum dicitur in cit. Jure Indico (*d*). De Generali Commissario Matriti residente vide Emmanuelem Rodericium seu Rodriguez Minoritam (*e*), qui altius repetit ejus originem, & authoritatem discernit a jure Commissarii Cismontani.

OR-

(a) *Leg.* 18. *tit.* 29. *Partit.* 3.
(b) *Solorz. tom.* 2. *de Ind. Jur. l.* 3. *c.* 26. *num.* 41.
(c) *Lib.* 1. *tit.* 14. *a leg.* 55.
(d) *Leg.* 28. *tit.* 14. *lib.* 1. *Recop. Indiar.*
(e) *Rodrig. tom.* 1. *QQ. Reg. q.* 52.

Digitized by Google

ORDINATIO CLXXV.
Anno 1587. 8. Nov.

UT Minores euntes ad conversionem infidelium indulgentiam habeant in die ingressûs in Indias & in articulo mortis præter alias pro visitantibus eorum ecclesias vel altaria, aut juvantibus in conversione infidelium. Extat in Bullar. Roderici n. 12. Et licèt Paulus V. in Const. *Romanus Pontifex* data 23. Maji 1606. nullas reddiderit præter ibi expressas indulgentias omnes *quibuscumque* Ordinibus & personis regularibus concessas ante illud tempus, ibidem tamen concessit religiosis indefinitè, quotiescumque in terras infidelium evangelizandi causa missi fuerint, si pœnitentes, confessi, & sacra communione refecti fuerint, vel missam celebraverint, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accingunt, & quando provinciam quo mittuntur ingressi fuerint, indulgentiam plenariam.

ORDINATIO CLXXVI.
Anno 1587. 15. Nov.

MInoribus reformatis Philippinarum conceditur pro visitantibus illorum ecclesias bis in anno ad Provincialis assignationem indulgentia plenaria. Extat in Bullar. Roder. Incipit *Uberes fructus*.

ORDINATIO CLXXVII.

MInoribus etiam in Brasilia concessionem fecit Sixtus V. similem factæ a S. Pio V. circa exercitium muneris parochialis in Indiis Hispanicis per regulares obeundi. Ita refert Portel (*a*), qui Sixtinæ bullæ transumptum authenticum se vidisse testatur. Additque: *Eadem* concessio facta est (ut arbitror) Minoritis in India orientali, ubi assistunt in multis locis Indorum conversioni, quibus baptismum *administrant*. Vide Ord. 263. 264. 273. 596.

ORDINATIO CLXXVIII.
Anno 1588. 26. Oct.

SYnodus (I) Limana anni 1583. authoritate Syxti V. à S. Congregatione Concilii emendata (II), atque aptata fuit, ut de mandato Cardinalis Carrafa testatus est Laurentius Frizolius. Ita habetur ad calcem editionis ejusdem Synodi factæ de mandato Philippi II. typis Matritensibus.

AD-

(a) *Portel, Dubia Regul. V.* Matrimonium *in Addition. num.* 9.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Synodus Limana*. Tres ante Provinciæ Platensis a Limana dismembrationem celebratæ sunt Limæ Synodi Provinciales, præter duas alias etiam Provinciales, & saltem decem Diœcesanas a solo S. Thuribio coactas, quas vide apud Haroldum in Opere inscripto *Lima limata*. De quibus dolendum est, nulli fuisse locum in collectionibus Conciliorum Harduini & Labbæi, sicut nec alii de tot in America per duo sæcula celebratis, si Mexicanam excipias, cum tot canonum novitas & pretium ad divulgandum invitet. Utinam sit qui potens audeat, & opus olim irrito conatu susceptum, ecclesiasticæ Indiarum rei utilissimum, inclytæ Hispanorum genti gloriosum, & rei litterariæ jucundum, aggrediatur & perficiat *Collectionem Synodorum Novi Orbis*.

Prima Synodus Limensis habita anno 1552. sub Ill. Hieronymo Loaisa primo Episcopo, primo etiam Archiepiscopo Limano vulgo Conciliis Limensibus annumeratur, sed immerito, fuit enim congregatio quædam, non conciliari ritu coacta, & legitima authoritate destituta, ideoque nullam obligandi vim obtinet, neque in provincia, neque in diœcesi, ut habes in Concilio Tertio præsenti ordinatione confirmato (*a*). Secunda Synodus Provincialis sub eodem Ill. Loaisa anno 1567. ritè celebrata & promulgata fuit, ut habetur ibidem. Tertia, de qua modo, est prima a S. Thuribio coacta, cujus statutorum executio indicitur à Rege Catholico in Regia Schedula citatæ editioni præfixa, quæ in Juris Indici Hispani (*b*) legem abiit.

(II) *Emendata atque aptata*. Non defuit (*c*) qui putaret huic Synodo ex romana approbatione accrescere vim obligandi omnes ecclesias. Caret tamen opinio fundamento, quamvis approbatio & confirmatio esset positiva; nam confirmatio respicit regiones pro quibus statuta fiunt, nisi Pontifex ea juri communi inserendo, aliave ratione ostendat, se velle ut ad regiones alias extendatur obligatio, & de statuto fiat lex universalis. Non aliter ac statuta alicujus religionis seu regularium capituli confirmata per Pontifices, vim tantum obtinent in ea religione. Vide Fagnanum (*d*), ubi docet; *Decreta* (Conciliorum Provincialium), etsi canonum nomine censerentur, ut in Can. *Regula*. §. Porro, d. 3., tamen non habent vim obligandi extra provinciam... etiamsi postea fuerint per Sedem Apostolicam confirmata, quia confirmatio, nisi aliud in litteris sit expressum, dat robur, sed non extendit actum *confirmatum*. Quod ibidem multo solidat textu. Nunc verò confirmatio præsens, ut vides, non est positiva, sed negativa tantùm ut constet adhibita emendatione, nihil obstare quominus statuta obligare pergant eos pro quibus facta sunt. Vide supra Ord.

(a) *C. Lim. Act.* 2. *cap.* 1.
(b) *Leg.* 7. *t.* 8. *l.* 1.
(c) *Thomas Hurtado apud Harold. in Not. ad cap.* 24. *Act.* 3. *Concilii Lim.*
(d) *Fagn. tom.* 1. *in C.* Canonum statuta, De Constitutionib. *num.* 13., *& seq.*

Digitized by Google

Ord. 86. Adnot. I., & Barbosam (*a*) referentem sine data S. Congregationis Concilii oraculum hujus tenoris: *Concilium* Provinciale non obligat extra provinciam, & extra eam non facit legem, & per approbationem quæ fit à Sacra Congregatione, non intelligitur confirmatum authoritate apostolica, sed tantum *permissum*.

Nempe suapte natura & vi obligare habent in provincia Concilia ejusmodi, ut tradunt Theologi cum Suarez (*b*), & Canonistæ cum Schmier (*c*), *si canonica sint*, *& canonica statuta contineant*. Quæ conditio in omnibus implicita, in Concilio, de quo modo est sermo, exprimitur Act. 2. cap. 1. Et per illiusmodi approbationem permissivam seu confirmationem negativam adhibita correctione, ubi opus est, aptantur, ut canonica esse constet & canonica statuta continere. Nec aliter confirmari consuevisse concilia provincialia, exceptis Mediolanensibus, notavit Thomasini, & Fagnanus dicens (*d*): *Omittendum* non est, Concilia Provincialia Mediolanensia consuevisse approbari à Summo Pontifice per litteras in forma Brevis, cum tamen alia Concilia Provincialia non confirmentur; sed tantum modo recognoscantur & emendentur a S. Congregatione Concilii juxta præscriptum constitutionis Sixti V. super institutione ejusdem *Congregationis*. Imò & Mediolanensium Conciliorum exceptio limitari videtur ad Quartum & Quintum ex iis quæ habet Benedictus XIV. (*e*) scribens: *Hodie* vero etsi.... sola condantur (in Conciliis Provincialibus) decreta disciplinam respicientia... transmitti jussit Sixtus V. ad Congregationem Concilii, non ut postea confirmationem reportent à Sede Apostolica, sed ut corrigantur... Non semel tamen... accidit, provincialia concilia... etiam à Sede Apostolica ita petentibus Metropolitanis, per apostolicas litteras confirmari. Gregorius XIII. approbavit Quartum & Quintum ex *Mediolanensibus*. Sed neque hac quantumvis speciali Mediolanensium Conciliorum approbatione extrahuntur statuta ut alibi obligent quam in locis pro quibus facta sunt.

Neque aliud intendit Ill. D. Ferdinandus de Trexo Tucumaniæ Præsul in Synodalibus anni 1606. (*f*) dum ait: *Per confirmationem pontificiam statuta limana devenisse canones sacros*. Neque enim dicit, devenisse canones universales, quamvis alioquin nomen *canones* strictè sumptum referri soleat ad regulas communes fidei vel religionis. In lege verò citata Juris Indici habetur, & esse confirmatum Concilium Limanum, & Pontificem præcepto indixisse executionem. Quod rectè habet, quin propterea ubique terrarum statuta executioni ex præcepto mandari debeant. Idque exprimitur in cit. Regia Schedula, unde lex desumpta est, per hæc verba: *Encárgo* al M. R. P. Arzobispo de la Ciudad de los Reies, y à los RR. Obispos suffraganeos comprendidos en dicho Concilio *Provincial*, &c., ubi de suffraganeis tantum dicitur comprehendi.

Quæ-

(a) *Barbos. Collectan. V.* C. Provinciale.
(b) *Suar. lib. 4. De Leg. c. 6. n. 10.*
(c) *Schmier, lib. 1. Jurispr. Can. tr. 1. c. 4. s. 2.*
(d) *Fagnan. in 1. Decr. c.* Firmiter, *De Summa Trin. num. 48.*
(e) *B. XIV. lib. 8. De Syn. D. cap. 3. n. 4.*
(f) *Synodo de Tucuman, cap. 10.*

Digitized by Google

Quænam verò sint capita Concilii nostri Limani à S. Congregatione emendata & aptata secundum præsentem ordinationem, constabit ex litteris P. Josephi Acosta S. J. ad Senatus Indici tunc Præsidem D. Ferdinandum de Vega datis, quæ in Matritensi Editione publicatæ sunt. In primis, scribit Acosta, censuræ quædam in quibus excommunicatio ipso facto ferebatur, quod videretur pœna rigidior, vel prorsus sublatæ sunt, vel in pœnas miniores mutatæ. Nam quæ Act. 2. cap. 23. ferebatur adversus fæminas cooperto vultu vias publicas inambulantes, sive de fenestris prospicientes cum processiones fiunt, omnino sublata est.

Quæ Act. 3. cap. 9. adversùs clericum sine litteris dimissoriis ab una ad aliam diœcesim commeantem, commutata est in pœnam pecuniariam arbitrio Episcopi.

Item quæ in eadem Act. & cap. adversus vicarios, & provisores, & judices ecclesiasticos admittentes clericum ex aliena diœcesi ad celebrandum sine litteris dimissoriis ferebatur, eodem modo commutata est in pœnam pecuniariam arbitrio Episcopi.

Præterea in eadem Act. 3. cap. 17. adversus clericum aleis aut chartis pictis, aut alteri ludo jure prohibito vacantem sententia excommunicationis ipso facto ferebatur, dummodo pretium duorum aureorum excederet ludendo. Id temperatum est, ut pœnam excommunicationis clericus non incurrat, ni summam luserit excedentem quinquaginta aureos.

In eadem Act. cap. 18. ferebatur adversus clericum, qui fæminam equitando ducit à tergo, aut ambulando manu tenet, aut comitatur, itemque in ipsas fæminas tali ministerio clericorum utentes; mutata est in pœnam arbitrio Episcopi. Quin etiam quod decretum habebat, etiam si mater esset aut soror, non esse fæminam à clerico comitandam, quia nimium id visum est, correctum est, ut exceptio potius fiat, nisi mater aut soror sit. Æquum enim censuerunt Patres gravissimi, ut matri aut sorori possit clericus hujusmodi obsequium impendere.

Cap. 21. eadem ferebatur excommunicatio in clericum conducentem decimas per se, vel per interpositam personam. Et hæc prorsus sublata est.

Præter censuras dictas etiam moderari placuit quod Act. 2. cap. 30. decretum erat ut nullus ordinaretur ad titulum domicilii jurati, nisi per triennium integrum verè & realiter commoratus esset in eadem diœcesi; Cujus loco positum est: Neminem sub prætextu domicilii esse ordinandum, nisi illud legitimè quemadmodum jus statuit fuerit contractum.

In cap. 7. Act. 3. habetur, in causis criminalibus clericorum neque Fiscalem, neque Notarium laicum esse admittendum, sed in sacris ordinibus constitutos esse debere, qui his officiis fungerentur. Id tamen auferri placuit quod non usque adeo juri conforme visum sit.

Cap. 16. Act. 4. cum ageretur de parochia non suscipienda sine Episcopi collatione etiam à regularibus, additum erat, regulares præter Ordinarii facultatem curam gerere parochiæ, nullatenus jura permittere, & matrimonia ab iis copulata esse irrita & invalida, nisi apostolico privilegio fulcirentur, quod tamen nullum esse Episcopi judicabant. Hoc to-

Digitized by Google

tum detrahendum Sacra Congregatio censuit; quod noluerit de privilegiis sedis Apostolicæ, quæ se Regulares habere contendunt, definitam ferre sententiam. Quare causam hanc inter Ordinarios & Regulares pro neutra parte definitam reliquit. Sunt etiam nonnullæ pœnæ pecuniariæ de quibusdam locis detractæ.

In Act. 1. professio fidei posita erat juxta Concilium Compostellanum Salmanticæ celebratum. Visum est potius ponendam vel addendam eam formam, quam Pius IV. inducit in Const. edita anno 1654., cujus initium est *Injunctum nobis*.

Act. 3. cap. 33., ubi de sanctimonialium bonis agitur, ad finem totius decreti addidit Congregatio: Quod si ex redditibus monasterii, vel ex consuetis eleemosynis tantum suppetat monialibus, ut ad ipsum victum, fabricam ecclesiæ, aliasque necessitates commodè sufficiat, minimè licet alias recipere pacta certa eleemosyna pro dote; secus si monialium numerus augeatur. Cur id addiderit in promptu est, quod simoniacum judicarit pro ingressu monasterii de bonis pacisci, tantumque eleemosynæ id accipere tutum sit, ubi monasterium indiget.

In 5. & ult. Act. breve capitulum addidit in hæc verba: Omnia autem hujus Provincialis Concilii, & singula decreta Sedis Apostolicæ censuræ & correctioni sint subjecta. Nam quod Archiepiscopus & Episcopi per litteras SS. D. N. significarunt de sua reverentia, & submissione fidelissima ad Sedem Apostolicam, id ipsum aliquo decreto in ipso Concilio testandum fuit, quemadmodum solent Synodi non solum Provinciales, sed Generales etiam & Œcumenicæ Summi Pontificis confirmationem & approbationem postulare.

Quamvis aliquot excommunicationes latæ censuræ S. Congregationi removere placuerit, ut est supra ostensum, non tamen omnes quæ in hoc Concilio Provinciali decretæ sunt. Quin potius matura tractatione discussas nonnullas relinquendas ut erant, & approbandas judicavit, quod essent causæ magni ponderis ob quas ferrentur. In quo genere sunt tres præcipuæ. Prima Act. 3. cap. 41., in eos qui parochiam Indorum sine assensu sui Antistis deserunt, aut ante discedunt, quam successoribus rerum suæ curæ commissarum rationem reddant. Secunda Act. 4. cap. 3. in visitatores processus aliquos occultantes, aut iniqua collusione cum visitatis eorum crimina dissimulantes, aut ad Ordinarium prædictas causas non integrè transmittentes.

Sed inter omnes hujus Concilii censuras illa præcipua est, que Act. 3. cap. 4. & 5. lata est in clericos mercaturæ operam dantes, tum etiam in parochos Indorum, qui per se vel per interpositam personam quamcumque cum quibusvis Indis mercaturam exercere præsumunt, aut etiam pecora alere, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere vel locare, aut ipsos Indos ad mineralia sibi curanda mittere, vel eorum operam locare, denique vel cum ipsis Indis negotiari, vel cum aliis per ipsos. Hoc sanè decreto graviter parochorum aliqui offensi sunt, atque ob hoc maximè appellarunt, & quantum licuit ut tolleretur egerunt.

Verum ut hæc censura præ omnibus gravior fuit, ita hac dempta

cæte-

Digitized by Google

cætera omnia in hoc Concilio Provinciali provisa nullius esse penè pretii & usus, omnes rectè sapientes censuere. Igitur causa hæc parte appellatorum instante, in Regio Senatu Indico discussa est. Sed cum constaret regiis edictis cautum esse, ut parochorum negotiationibus episcopi occurrerent, rectè esse positam censuram Senatus judicavit. Rex quoque Romæ per suum oratorem Pontifici suggerendum putavit, ut censura in parochos negotiatores lata nullo modo tolleretur, quin potius confirmaretur. Romæ post multam controversiam, atque utriusque partis allegationes auditas tandem est definitum, decretum Concilii cum sua censura manere debere.

Inducta est S. Congregatio in eam sententiam eisdem rationibus, quibus episcopi. 1. Quod negotiatio est scandalosa, dum Indi putant, religionem Christi esse venalem. 2. Quia nimis occupantur Indi hujusmodi lucris. 3. Quia ex eo dissimulantur Caciquiorum vitia. 4. Quia sacerdotes de lucro soliciti non curant de sacramentorum administratione. 5. Quia ea occasione fraudes nectuntur, dum Indi parochis obsequium præstaturi merces commutant quo pretio parochis libet. Denique quia tota res sordida est, & Christi ministro indigna. Adhibita est nihilominus a S. Congregatione moderatio, ut posset clericus victui necessaria pecora alere; id enim negotiationis nomine minime debet intelligi (*a*).

Relictæ quoque sunt quædam aliæ censuræ, sed quæ vix quidquam curæ afferant, quoniam in eas rarus incidere soleat. Postremò Act. 2. decretum ultimum de collegio seminario instituendo, & de contributione facienda, reclamante appellatorum parte confirmatum est, propterea quod Tridentini decretum nusquam magis necessarium sit atque in novis Indorum ecclesiis, quæ ministrorum & numero & facultate indigent.

DUBIUM.

An & qua ratione obliget Concilium Limense in locis & regionibus e Provincia Limana dismembratis.

MUlti innominati apud P. Avendagno (*b*) eam vim obligandi negare videntur P. Eugenius Lopez Studii Neo-Cordubensis in Tucumania Cancellarius in *Explicatione Legum Indicarum*, quam prælo parabat, dubitat. Dubitare etiam videtur Ill. Villarroel Chilensis Episcopus (*c*), quatenus ait: *Ahora* no disputo, si se comprenden en la disposicion del Concilio de Lima el Arzobispado de los Charcas y sus suffraganeos, que quando se celebro el Concilio hacian un mismo cuerpo, y muchos años despues se dismembro la dicha Iglesia de los Charcas elevandola à la alteza de *Metropolitana*. Ratio dubitandi est, quia Archiepiscopus Platensis, seu *de Charcas*, in quantum talis Concilio non interfuit, siquidem non-

(a) *Vide Ord.* 213. (b) *Avend. tit.* 12. *Thesaur. Ind. num.* 431.
(c) *Villarr. Gov. Eccl. tom.* 2. *q.* 9. *art.* 2.

Digitized by Google

nondum erat. Et licèt adstiterit in quantum Episcopus Limæ suffraganeus; per exemptionem tamen à limana jurisdictione exemptus pariter videtur à lege. Eadem ratio militat pro suffraganeis tum Provinciæ Platensis, tum locorum áliorum, quæ de Provincia Limana dismembrata sunt. Nullus enim talium episcoporum adstitit, aut consensum præbuit Concilio, nisi ut Limæ comprovincialis, & hæc qualitas per dismembrationem disparuit.

Sed proculdubio affirmandum est, Concilium Limense provinciam & loca dismembrata obligare, eo saltem modo quo Limam obligat; nam plura statuta etiam ibi vel desuetudine vel revocatione obligare cessarunt. Solorzanus (*a*) ait: *Si el Arzobispado* de Lima se dividiera, la costumbre introducida y obtenida por el de Lima aprovecharia à los otros Como por el contrario vîmos y practicamos en el Obispado del *Cuzco*. Hic videtur author loqui de consuetudine favorabili. Alibi (*b*) propriam sententiam magis explicat. *Si daretur*, inquit, casus in quo Archiepiscopatus Limensis in alios Episcopatus divideretur, ob locorum distantiam vel aliam rationabilem causam, tunc quod in eo obtentum esse diximus contra Indos, in aliis Episcopatibus ab eo dismembratis absque dubio obtinebit, Sicuti hodie in contrarium videmus, sententiam latam in favorem Indorum Episcopatus Cuzquensis præjudicare & nocere, non solum eidem Episcopatui, sed etiam Guamangensi & Arequipensi, qui ab eo divisi *fuerunt*. Hic videtur loqui de Archiepiscopatus Limani divisione in Episcopatus, in quos jure metropolitico *dominaretur*.

Alibi amplius contendit (*c*), ecclesiam noviter divisam gubernandam legibus ejus, à qua divisa fuit. Pro fundamento hujus postremæ positionis dat de more textum multiplicem. 1. Leg. *Si eadem ff. De Off. Assessor. Si eadem* provincia postea divisa sub duobus præsidibus est constituta, velut Germania & Myssia, ex altera ortus in altera assidebit: nec videtur in sua provincia *assedisse*. = 2. *Cap. Translato, De Consuetud. Translato* sacerdotio (Glossa: Levitico), necesse est, ut legis translatio fiat. Quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione utraque data sunt, quod de uno dicitur, necesse est ut de altero *intelligatur*. = 3. Can. *De his*, D. 12. in arg.: *Omnes* provinciæ eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem habere *cognoverint*. = 4. *Leg. un. De Metrop. Berito. C. Lib.* 11.: *Propter* multas justasque causas metropolitano nomine ac dignitate civitatem Beritum decernimus ornandam jam suis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropoliticam habeat dignitatem. Tyro nihil de suo derogetur jure. Sit illa mater provinciæ majorum nostrorum (Trajani) beneficio; hæc nostro (Theodosii & Honorii): & utraque dignitate simili *perfruatur*. = 5. §. *fin.* Inst. *De satisd.*: *Necesse* est, omnes provincias caput omnium nostram civitatem, hoc est, regiam urbem ejusque observantiam *sequi*. Sic recitat Solorzanus; sed hoc

§. tan-

(a) *Solorz. Lib. 2. Polit. c. 23.* (b) *Solorz. lib. 2. De Jure Ind. cap. 22. num. 28.*
(c) *Id. ibid. lib. 3. cap. 1. n. 64. in tom. 2.*

Digitized by Google

§. tantum habetur, quod *Actione* subsidiaria non tenentur qui dant tutores, sed qui satisdationem *exigant*: quod est planè abs re, non aliter atque cap. *Cum olim*, *De consib.* à Solorzano indigitatum. In quo sicut & in aliis textibus, quorum citationes coacervat, verba non refert, si recurrisset ad fontem, vidisset eruditus author, minus opportunè adduci ad probandam vim obligandi metropolitici juris ecclesiastici in provincias, quæ dismembrantur.

Sed relicta Canonistarum judicio thesi quantum ad jus commune; obligare de facto Concilium Limense in Provincia Platensi, & locis dismembratis a Limana, per idoneos testes probandum est, cum constet induci potuisse obligationem vel speciali præcepto, vel consuetudine, vel acceptatione in principio libera quidquid sit an in principiis juris communis independenter ab his factis fundata sit obligatio, vel obligandi vis.

Primus testis est D. Antonius Leon Pinellus Author Indicus, Cordubæ natus in Tucumania, quæ una de dismembratis provincia est, Indiarum Chronographus, Honorarius rerum indicarum Judex Hispalensis, qui Regis Catholici nutu & favore Juris Indici, prout nunc recopilatum est, digerendi & exornandi provinciam suscepit & promovit ab aliis terminandam, qui rerum indicarum apprimè doctus fuit, expertusque, ut ejus opera edita & inedita testantur. Testis hic, de cujus idoneitate vide D. Nicolaum Antonium (*a*), sic scribit apud Franciscum Haroldum (*b*): *Ejus* (Concilii nostri Limensis) decreta recepta sunt, non solum in decem Episcopatibus, qui tunc parebant Archiepiscopatui Limensi, sed in aliis septem qui sunt Pacis, Barrancæ (seu Sanctæ Crucis de la Sierra), Guamangæ, Truxilli, Arequipæ, Fluminis Argentei ex Paraguaiano exciso, & Conceptionis Chilensis qui Imperiali successit, & in aliis ut in Metropolitano Novi Regni Granatensis, & suis suffraganeis Popayanensi, Carthaginensi, & Sanctæ Marthæ, & in Nicaraguano, qui tunc erat suffraganeus Limani, quamvis hodie (ante Guatimalensis Archiepiscopatus erectionem) Mexicano pareat. Ita ut hoc Concilium à D. Thuribio dispositum ordinem & normam dederit in rebus ecclesiasticis tribus Archiepiscopatibus, & septendecim Episcopatibus, in quibus etiam nunc (diu post Platensis Provinciæ dismembrationem) *observatur*. Ita Pinello. Quibus Haroldus addit de suo: Plures Episcopatus, postquam scripsit hic author erecti sunt, in quibus primum hoc S. Thuribii Concilium *obtinuit*. Sed hoc Haroldi additamentum est falsum. Mihi saltem ignoti sunt Episcopatus, postquam scripsit Pinellus, erecti, in quibus Concilii decreta obtineant, nisi jus etiam in Brasiliam extendat.

Pinellum dixi, ut hoc obiter notem, quod nonnullus temere dictum autumavit, Cordubæ in Tucumania natum, quem citatus Nicolaus Antonius ortum ait in Indiis occidentalibus. Limensem facere videtur Barnuevo (*c*), dum Pinellum nominat *Honor de Lima*. Sed Limam Pinellus aliter

(a) *N. Ant. Bibl. Hisp. Nov. V.* Antonius Leon Pinello. (b) *Harold.* Lima lim. *in Notis ad Apparat. litt.* a. (c) *Barnuevo*, *Lima fund. Canto* 7. *octav.* 151.

Digitized by Google

aliter quam nascendo nobilitare potuit. Cordubæ (Tucumanorum) favet coætaneus scriptor D. Franciscus Xarque (*a*) Rector Potosinus & Judex Metropolitanus Platensis in Opere post lustratas regiones Paraguaim & Peruvium interjacentes edito, ubi loquens de duobus Neo-Cordubensibus ait: *Ambos* pueden dar numbre à Cordoba, aunque careciera de los muchos hijos de insigne sabiduria, virtud, y prendas que cada dia produce, entre los quales cuenta al Lic. Antonio Leon Pinelo, que murio ya Oidor de Sevilla, quando estaba reduciendo todas las leies de Indias à la debida forma, en que hoi *las gozamos*. Idem natalitium Pinello tribuit P. Petrus Lozano in M. SS.

Secundus testis est P. Joannes Alloza (*b*), & ipse Americanus in rebus Indiarum non minus versatus, ut palam fit in ejus Summa Morali, *Flores Summarum* inscripta, & *Alphabetum Morale*, ubi inquit: *Advertendum*, Limense Concilium in toto Regno Peruano, Chilensi, Tucumanensi, Quitensi, clericos *obligare*. Scripsit autem Alloza diu post factam provinciarum divisionem, ut minimum quinquaginta post annis.

Tertius est Ill. D. Felicianus de la Vega Episcopus primùm Popayanensis, deinde Pacensis, electus tandem Archiepiscopus Mexicanus (*c*), sanctitate, doctrina, & scriptis celeber, utriusque Juris Doctor & Professor, Proregum Peruanorum Assessor, unius & alterius Archiepiscopi Vicarius Generalis & Provisor, de quo illud mirabile affirmatur, ex quatuor mille non minus sententiis a se in foro prolatis, nullam vidisse à superiore Judice revocatam aut rejectam. Hic in Synodo Pacensi anno 1638. scilicet unde triginta annis celebrata post Provinciæ Platensis, ad quam pertinet Pacensis Episcopatus, dismembrationem, inquit: *Todos* los Curas... han de ser obligados à tener en su poder el Santo Concilio de Trento, y los Concilios Provinciales, assi del Arzobispado de Lima, que hoi se observan en estas provincias, como los que en adelante se fueren *celebrando*.

Accedit pro Tucumania divisæ provinciæ parte latissima, quod Ill. Mercadillo Tucumanensis Episcopus in quadam lite initio labentis sæculi mota Concilii Limensis canonem allegavit apud & contra Metropolitanum Platensem, qui non negavit illius ad obligandum vim. Et Ill. Argandoña in Synodalibus non publicatis anni 1752. id ipsum supponit, quatenus de Synodalibus Ill. Trexo anni 1597. (in quibus statutorum Concilii Limensis indicitur observantia), affirmat, semper illas fuisse observatas in Tucumania. De Episcopatu Bonaerensi post quam à Paraquario divisus est undecim annis post divisionem totius provinciæ, scribit D. Franciscus Antonius Montalbo, quem citatum reperi (*d*), acceptasse Concilium Limense anni 1583.

Quartus est testis Ill. Montenegro (*e*) Quitensis Episcopus, & Limæ

(a) *D. Xarque, Vida del P. Franc. Diaz-tano J. lib. 2. c. 41.*
(b) *Alloza, Verbo* Clericus. *sect. 2.*

(c) *Vide N. Anton. V.* Felicianus de Vega.
(d) *Montalb. Sol del N. M. l. 3. c. 3. p. 119.*
(e) *Monten. lib. 3. Itinerar. tr. 6. sect. 7.*

Digitized by Google

mæ comprovincialis, dum scribit: *Adviertase*, que estos dos Concilios Provinciales, el Limense (anni 1583.), y el Mexicano obligan en todas las provincias de Indias, porque el Limense comprende dos Arzobispados y treze Obispados. y por estar mandado guardar en el Nuevo Reino de Granada hastaque en el se confirme el particular, que en Santa Fede Bogotá su Metropoli celebró el Señor D. Fernando Arias Ugarte su Arzobispo, se guarda tambien en su Arzobispado, y en sus tres Obispados suffraganeos. El Concilio Mexicano se guarda en otros diez Obispados suffraganeos, y en la Metropoli de Manila, y sus tres Obispados se guarda por Breve particular de Urbano VIII. dado en Roma à 11. de Marzo de 1626., que assi lo dispone y *manda*. Quod scribere pergit Montenegro de Archiepiscopatu S. Dominici, incertum mihi est an significet, prædicta Concilia, vel eorum aliquod etiam ibi obtinere; an significet solum, ibi obtinere præceptum particulare, quod ibi tractet de tabaccho ante communionem.

Dixi in resolutione Concilium Limanum obligare in locis dismembratis *eo saltem modo* quo Limam obligat, nam plura statuta etiam ibi vel desuetudine vel revocatione obligare *cessarunt*. Saltem excommunicatio lata contra parochos negotiantes obligare desiit per Breve, de quo infra Ord. 213. De gravi prohibitione sumendi tabacchum ante missam incertum mihi est an sit contraria consuetudo ad præscribendum sufficiens. Illud videtur certum contra sententiam Ill. Montenegro ubi supra, non obligare laïcos ante communionem, cum loquatur expresè de sacerdotibus celebraturis. Quodsi ex tabacchi usu aliquid irreverentiæ derivetur in sacramentum à laïco suscipiendum, prohibitus erit ille, non statuto limano, sed divino, & naturali. Certum etiam videtur, non extendi prohibitionem synodalem tabacchi ad usum ex vera necessitate, & medicinæ causa, cum prohibeatur usus medicinæ prætextu, qui proprie caussam fictam palliatamve significat.

Quod verò Quitensis Episcopus censet expedire, ut prælati laïcis expressiùs ante communionem tabacchi pulverem interdicant, contrarium habet Benedictum XIV. id etiam de sacerdotibus celebraturis minus expedire judicantem. Verba Summi Authoris sunt (*a*): *Nimium* severum se præberet Episcopus, si Mexicanæ, aliarumque similium Synodorum vestigiis insistens, aut omnibus ante sacræ eucharistiæ perceptionem, aut solum sacerdotibus ante missæ celebrationem tabacchum interdiceret, adiecta præsertim censurarum pœna. Quapropter nos in minoribus constituti semper authores fuimus Episcopis, ut hujusmodi constitutionem à suis synodis subtraherent. Benedictus XIII. exploratum habens, à tabacchi usu omnem nunc abesse inhonestatem & indecentiam, illum sumere permisit intra Vaticanam *Basilicam* (ubi sub excommunicatione ab Innocentio X. & XI. erat prohibitus).

AP-

(a) *B. XIV. lib. 7. De S. D. cap. 63. n. 3.*

Digitized by Google

APPENDIX.

IN Paraguaria, quæ pars eſt Provinciæ Platenſis à Limana diſmembratæ, & Regni Peruani pars ultima ad orientem, maturabat Diœceſanus edicta quædam pro reformanda eccleſiæ ſibi commiſſæ diſciplina circa annum 1760. Erat de clero ſæculari qui reclamare meditabatur ex eo quod Concilium Limenſe, cujus liberali citatione nitebantur Edicta, vi caret in provincia poſt Concilium nata, cujus Paraguaria eſt pars. Commodum incommodum accidit, ut quidam Theologiæ Moralis profeſſor de ſtatu regulari eodem tempore dictaret in aula, Concilium Limenſe non obligare *ex ſe* in Provincia Platenſi; obligare tamen ex conſuetudine, vel ſpeciali præcepto, vel acceptatione in principio libera. Id quod ad allegationum in Edictis, & Edictorum firmitatem ſatis erat. Quid enim refert, unde proveniat obligatio, ſi certò obligaris? Gratiſſimum ergo oportuit eſſe profeſſoris ſtudium Epiſcopo, cui non occurrerat dubitandi ratio, nec prætenſa citationum debilitas. Cum de more diſtribuerentur concluſiones ſeu theſes publicè propugnandæ, mens & doctrina profeſſoris ſic eſt enuntiata.... 6. *Leges* ſive ſtatuta Concilii Limenſis ex ſe non obligant in Argentino Archiepiſcopatu, nec in ejus diœceſibus ſuffraganeis. 7. Obligat tamen ubi viget conſuetudo parendi illis.

Ignoro quibus fundamentis primam ex his duabus concluſionem probaret profeſſor, nam quod per litteras ſignificatum voluit, ad obligandum in Novo Regno extare mandatum ſpeciale Urbani VIII, ut inferat *ex ſe* & abſque tali præcepto nullam fore obligationem, eſt fundamentum partim debile, partim abs re. Eſt abs re, quia Provincia Sanctafidenſis de Novo Regno non eſt de diſmembratis a Limana poſt Concilium, ſicut Platenſis ſeu Argentina; in qua proinde eſt ſpecialis ratio dubitandi, quippe quæ obnoxia erat juri limano dum celebratum eſt concilium. Eſt debile; quia rectè habet quod mandato ſpeciali inculcetur obligatio præexiſtens. Et paſſim fiunt ſpecialia mandata, ut obſerventur decreta Concilii Tridentini, in locis utique ubi obligant. Igitur poſſet ab Urbano VIII. ſpecialiter mandari, ut obſervaretur Limenſe Concilium, quin ex eo poſſit confici, de ſe non obligare.

Secunda ex duabus relatis poſitionibus melius enuntiaretur ſic: 7. *Obligant* tamen ex conſuetudine, vel undecumque proveniat *obligatio*. Nam adverbium *ubi* conditionem importat obligationis, quam eſſe abſolutam defendi parabatur. Delata eſt ad Epiſcopum accuſatio, profeſſorem bella movere adverſus edicta publicanda, negato iure, & obligatione Concilii Limenſis in Paraguaria. Cujus falſitas patet ex facto, quod cuivis nullo negotio, aut facili reconventione innoteſcere poterat. Placuit tamen omiſſo veritatis examine, breviorem arripere viam, interdicta gravi cenſura diſputatione à ſæculari clerico ſuſtinenda, dataque ad regularem profeſſoris prælatum ſequente ſcheda.

El Rei y el Papa (aunque ſin meritos) *poſuerunt me cuſtodem in vineis*. y ſabe V. (pues ſecrio donde hai viñas) que del cargo de ſus guardas

das es la carga y la obligacion de cuidar y zelar, que en sus cercas y vallas no se haga algun portillo, dando cuenta del malhechor que lo intentare al señor de la viña; porque esta no puede tener maior mal que la ruina ò portillos de la valla, de donde se sigue el *Exterminavit eam aper de sylva*, que cantaba David en el psalmo. *Qui regis Israel intende*. Sin esta diligencia y cuidado bien puede decirse el guarda: *Vineam meam non custodivi*. Todo es del Espiritu Santo. = Soi noticioso de que haviendose fraguado y limado agudas piquetas en esse... para abrir (no sin irreverente temeridad) escandaloso portillo en los cercos ò vallas de esta mi viña, que segun el Ven. Beda son las divinas canonicas, *limenses* y reales leies, cala feteadas con la regia pontificia protection, intenta el maestro poner la ultima mano y *conclusion*, desmembrando y desquiciando la conciliar piedra tan limada como basa fundamental, sin reparar en desconchar el regio betun que la cubre, y de las adversidades la defiende: disponiendo por lo mismo segun el Apostol abrir puerta para las discordias y enemistades entre los que debemos vivir vinculados en la paz de Christo, preparando para este Obispado la maior ruina segun Isaias, y paraque su Obispo no tenga con que formar y reformar à su clero, faltandole la celebrada lima formada con la simitria del Tridentino, templada por el supremo artifice de la Iglesia, y remitida por el real catholico zelo à todo este Reino Peruano, para escodar y limar la escória conque en el se hallaba, y se halla aqui la disciplina ecclesiastica, como lo canta la Iglesia en el officio de Santo Toribio, tributandole por singular accidental gloria la solicitud y archiepiscopal presidencia en tan santa obra, hallando assilos relayados quien les haga compañia en su dictamen errado, para proseguir en los ierros con que han procedido hasta aquî por no limados... Me sera preciso informar à S. M. con toda distinction de este successo, mediante menos preciarse publicamente la superior resolucion, que sobre la conclusion publicada se halla en especial carta del Señor D. Phelipe Tercero expedida en 19. de Iulio de 1614. al Orzobispo de los Charcas, la que se participo à las demas Cathedrales de este reino, como se halla en el archivo demi Santa Iglesia, aunque pienso que *ignorada Octubre 12. de 1760*.

Obstupuit regularis prælatus, dum hæc videt inde ad se deferri, unde sperabat habendas grates. Brevi expositam veritatem agnoscere visus est Antistes, ut est ad veritatem captandam pronus, sed importunam causatus à vinculis non absolvit. Ex hoc autem facto id commodi ad nostrum institutum derivatur, quod novo argumento constat, in Paraquaria, in tota Provincia Argentina, in toto Regno Peruano vim obligandi suam retinere Concilium Limense, testibus quatuor qui præmissi sunt, accedente quinto non rogato.

Regia tamen epistola, quam specialem appellat Episcopus, & quam abditam in archivio ignoratam esse credit, communis, obvia, & vulgati juris est, quippe in Jure Indico altum promulgata. Epistola sic habet: = Mui Reverendo en Christo Padre Arzobispo de la Iglesia Metropolitana de la Ciudad de la Plata Provincia de los Charcas de mi Consejo.

jo. = El Rei mi Señor que este en gloria por cedula suia fecha à 19. de Octubre de 1591. embio à mandar en conformidad de lo dispuesto por el Concilio Limense Act. 2. cap. 38. no se permitiesse que los Curas de los Indios les llevassen derechos por los entierros casamientos, ni ningun genero de administracion de sacramentos. Y hè sido informado, que haviendo os advertido D. Diego de Portugal Presidente de essa Audiencia de los excessos que entonces havia, haveis procurado remediarlos, y proveisteis autos con penas, censuras, y apercibimientos, ordenando en todo vuestro Arzobispado, que se guarde dicho Concilio y Cedula del Rei mi Señor, aunque dexasteis à disposicion y voluntad de los Indios el poder dar limosna por sus entierros y otras cosas por su devocion, con que quedó la puerta abierta à los mismos inconvenientes, por ser tanta la codicia de los Curas, y estarles los Indios tan sugetos, que por el temor que les tienen no dejarán de acudirles con estos derechos, aunque lo sienten mucho y es de grande estorvo para su conversion. Y assi os ruego y encargo no deis lugar à ello, sino que se persuadan que la administracion de sacramentos no es por ningun interes, y que solo se pretende su conversion, y subien espiritual, y temporal. Y de lo que en esto se hiciere *me*, *avisareis*., *De Madrid*, *a* 19. *de Julio*, *de* 1614.

Lex Juris Indici, in quam redacta est epistola præcedens sic habet (*a*): *Nos* tenemos señalada à los Curas y Doctrineros congrua y sufficiente porcion para su sustento y vivir con la decencia que conviene, y se deben conformar con lo dispuesto por los Concilios Provinciales celebrados en nuestras Indias, y *la costumbre legitima* usada y guardada en ellas, no llevando derechos à los Indios, ni otra ninguna cosa por pequeña que sea, por los casamientos entierros, y administracion de sacramentos, ni otros ministerios ecclesiasticos, introduciendolos y llevandolos à su arbitrio. Rogamos y encargamos à los prelados de nuestras Indias, que no permitan à los dichos Curas y Doctrineros, que por esta razon lleven interesses à los Indios en ninguna cantidad, aunque digan que lo dan por su voluntad, y hagan guardar lo determinado y resuelto en los Concilios, y la costumbre legitima inviolablemente, sin exceder de los aranceles assi los clerigos como los religiosos que administran los *sacramentos*. Et ad marginem citatur: = D. Phelipe Tercero en Madrid à 19. de Julio 1614. = Ut nullum sit dubium, hanc legem ex illa epistola factam, & constet, neutram ab ullo qui jus Indiarum municipale salutaverit, ignorari posse.

Videat modò quis, an regia hæc sive epistola sive lex per *superiorem* doctrinam sibi ex æquo & vero restitutam contemnatur. Videat ex illarum tenore, an doctrinæ publicatio fuerit tanto fragore digna. Quinimo videre est in legis & epistolæ textu prudentissimum consilium quo dictatæ sunt; nam in schedula ibi citata anni 1591., quo Provincia Platensis adhuc suberat juri Limæ metropolitico, citatur Concilium Limense,

(a) *Lib. 1. tit. 18. l. 10. Recop. Ind.*

Digitized by Google

se, & absolutè indicitur observantia; in epistola vero anni 1614., quo provinciæ jam erant separatæ, allegatur quidem Concilium; sed pro illius in Archiepiscopatu Platensi jam erecto observantia, oportuit adiici mandatum cum censuris & pœnis à novo Metropolitano, ne quis fortè de vi ad obligandum solius Concilii Limani dubitaret. Et in lege pósterius recopilata nominari desiit Concilium Limense eadem de causa, & conciliorum provincialium authoritas legitimæ consuetudinis vi solidata denuntiatur.

ORDINATIO CLXXIX.
Anno 1589. 27. Oct.

SYnodus Provincialis Mexicana anni 1585. authoritate ejusdem Pontificis per S. Congregationem approbatur. Constat ex testimonio ejusdem Frizolli apud Harduinum (a). Estque approbatio per omnia similis præcedenti, nisi quod extenditur hæc præter synodum ad plura alia erectionis, quibus officia ecclesiastica, ritus, & cerimoniæ, & reddituum decimalium distributio regulatur, videnda post Concilium in cit. Harduini collectione.

ORDINATIO CLXXX.
Anno 1591. 27. Mar.

GRegorius XIV. novus Pontifex gratulatur S. Thuribio de synodis celebratis: ac Didacum de Zuñiga S. J. cum sociis ad infidelium conversionem destinatis commendat. Extat in processu ad Sancti Archiepiscopi canonizationem confecto Limæ, pag. 30. Quot verò synodos celebraverit, vide supra Ord. 188. initio.

ORDINATIO CLXXXI.

IN causa Manilensi resolutum est, quod Episcopus visitare possit & corrigere regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam christianam. Mentio fit in Ord. seq. Vide infra anno 1616. Ord. 236.

ORDINATIO CLXXXII.
Anno 1591. 10. Jun.

IN causa Limensi decisum est, quod licèt Episcopus visitare possit & corrigere regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam christianam ex resolutione in Manilensi; hoc tamen non haberet locum in Patribus S. J., qui munere funguntur docendi doctrinam christianam, dummodo habeant dictis in locis superiores, qui curam illorum gerant, & apud

(a) *Hard. tom. X. Concilior. col.* 1784.

& apud quos se recipiant juxta regulam instituti viventes. Ita referunt Barbosa (*a*), & I. B. Pittoni (*b*).

ORDINATIO CLXXXIII.
Anno 1591. 20. Sept.

CONfirmavit Gregorius XIV. Breve Pii V. circa munus parochiale à regularibus Indiarum exercendum. P. Franciscus Diaztaño S. J. Provinciæ Paraquariæ procurator & missionarius (*c*) ait extare in scriniis D. Joannis de Cabrera in Regia Cancellaria Platensi Secretarii Cameralis. Incipit *Exponi nobis*. Inde sequentia verba transcripsit Diaztaño: *Nos ad uberiores* fructus quos ipsi professores (Ordinis Prædicatorum) in agro dominico strenuè proferunt, debitum respectum, ac tenorem dictarum litterarum (Pii V.), perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expresso habentes... supplicationibus Provincialis & professorum (dicti Ordinis) inclinati, vobis (Episcopis) præcipimus, ne Ordinis prædicti professores ad obtinendam approbationem, cum de doctrina in doctrinam migrant, de cætero contra tenorem litterarum dicti Pii prædecessoris nostri *compellatis*. Extat integra Constitutio in quadam Auditorii Platensis provisione regia anni 1636. 15. Julii qua missionariis de Societate in Paraquaria indulti piani favor asserebatur, rogatis Episcopis nequid innovarent. Sed vide infra Ord. 185. 588. 596.

Quod attinet verò ad approbationem regularium, dum de doctrina in doctrinam migrant, extat in Jure Indico lex (*d*): *Declaramos*, que los religiosos examinados y aprobados una vez para una doctrina, no han de volver à serlo ni por los proprios Arzobispos, y Obispos, ni por sus successores: y esto se ha de entender para el mismo Obispado ò Arzobispado, en que fueron examinados, y en que se les huviere dado aprobacion como à Curas sin limitacion alguna. Mas si sobreviniere causa que lo pida, ò por demeritos en la sufficiencia ò falta del idioma, ò por suceder como de ordinario sucede que traten de mudarse y passarse à otra doctrina, en que haia y se hable otra lengua, es justo que se examinen de nuevo, porque ya no se halla en ellos aquella sufficiencia, que merecio la primera *aprobacion*.

ORDINATIO CLXXXIV.
Anno 1591. 21. Sept.

PRorogavit Gregorius ad vicennium facultates variis temporibus Societati Jesu concessas pro Indiis, & quarum aliquæ eo usque ad decennium tantum concedebantur. Ex exemplari Româ ad provincias misso. Incipit *Alias quidem*. Vide Ord. 222. 276. 277. 313. 349. 522. 606.

OR-

(a) *Barbos. Collectan. in sess. 6. cap. 3. Trid. n. 5.*
(b) *Pittoni, CC. ad Regular. n. 1151.*
(c) *Diaztaño, in MSS. De infideli converso.*
(d) *Leg. 12. t. 15. lib. 1. R. 1.*

ORDINATIO CLXXXV.

Breve (I) Pii V., ut possint regulares indici parochiale munus obire iterum confirmatur. Meminit Frasso (*a*), & Lossada (*b*) referens, Ledesmam testari de Senatus Indici revisione & regio pro executione placito. Laudatus Diaztaño ait extare apud religiosos Societatis in oppido *Iuli* authenticum exemplar, ex quo sequentia transtulit: *Episcopi....* prætendunt, religiosos id facere non posse ex eo quod Gregorius XIII. illos motus proprios ad ordinem reduxerit (II). Nos litteris prædecessoris nostri (Pii) robur adiicimus apostolicæ *confirmationis*. Extat integra constitutio in supra cit. Provisione Regia Auditorii Platensis. Incipit *Quantum animarum*. Sed quo loco sit habenda tam hæc constitutio quam alia *Exponi nobis*, de qua supra 20. Sep. 1591., constat ex Ord. 588. anno 1746. 24. Febr., & ex Ord. 596. anno 1751. 8. Nov. de quibus infra. Vide etiam Ord. 264. & 273.

ADNOTATIONES.

(I) *Breve Pii V.* In recopilatione legum indicarum facta primùm vel edita anno 1681., & secundò edita anno 1750. piani brevis indicitur publicatio: ex quo videri posset tempore saltem recopilationis promulgatæ nondum fuisse revocatum. Sed quamvis vigeat quoad facultatem administrandi parochias, necessariam esse licentiam seu institutionem Ordinarii iam dubitari nequit ex posterioribus ordinationibus nuper citatis. In Philippinis aliquandiu post finem causæ angelopolitanæ obtinuisse adhuc propter maiorem ibi ministrorum inopiam testatur P. Hieronymus Ortega S. J. (*c*). Sed recentiores Pontificum constitutiones, & regiæ pro executione schedulæ, nullum relinquunt tergiversandi locum, nisi alicubi sit speciale privilegium, consuetudo canonica, vel defectus parochorum quo nomine etiam Episcopos, qui parochi parochorum sunt, intelligo. Certè Jesuitæ Brasilienses non multo antequam è missionibus pellerentur per sententiam in judicio contradictorio latam manutenti sunt in possessione, in qua erant, non dependendi nisi à Sede Apostolica in spirituali regimine missionum (*d*). Ad hoc tamen opus erit speciali privilegio, quod immune sit a tot piani brevis revocationibus.

(II) *Ad ordinem reduxerit*. Gregorius XIII. Const. *In tanta*, data 3. Kal. Mai. 1573. decrevit de omnibus Pii prædecessoris constitutionibus, de lectionibus habendis, fratribus ad ordines promovendis, celebratione missarum, cura animarum, sacramentorum administratione, sepulturis, quarta funerali, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, aliisque hujusmodi juribus, decimis, & diversis oneribus, statu, & regimine san-

(a) *Frasso, cap. 53. num. 26.*
(b) *Lossada, Chronol. Privil. Ind.*
(c) *Ortega, Defensa de la Prov. de Phil.*
(d) *Raccolta Botagrif. t. X. p. 99. Ed. in 8.*

Digitized by Google

sanctimonialium formatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, praecedentia, locorum acquisitione, certisque aliis tunc, expressis rebus, de vicariis perpetuo uniendis, per ordinarium instituendis, & de portione illarum: quae pro quorumcumque Ordinum regularibus emanarunt, ac de omnibus in eis contentis, eam rationem esse habendam ac si numquam emanassent. Per quam constitutionem facta privilegii piani, quod de administratione sacramentorum, & cura animarum est, ad juris terminos reductio necessitatem fecit praesentis ordinationis, ad terminos etiam juris in suam vicem redigendae.

Basilius Ponce apud cit. Ortega (*a*) ait, revocationem Gregorii XIII. non fuisse in Hispania receptam. Quod mihi valde dubium est, nisi de uno vel altero puncto particulari intelligatur. Emmanuel Rodriguez Minorita illius temporis author receptam esse supponit, dum contendit (*b*), declarationem Pii V. circa quartam funeralem, de qua ibi, immunem esse à revocatione Gregorii, non quia revocatio non esset recepta, quod dictu erat obvium si esset verum, sed quia piana concessio mera fuit juris Tridentini declaratio, cum Gregorius tantum revocaverit à Pio concessa praeter vel contra Tridentini jus. In quadam regia schedula data 27. Jan. 1572. relata in alia Ferdinandi VI. anni 1750. 24. Febr. decernitur ut valeat in Indiis constitutio Pii V. anni 1567. 15. Maii; quae quidem est de argumento in revocatione comprehenso. Illa tamen schedula anni 1572. praecessit mensibus quindecim revocationem gregorianam. Proindeque trahi nequit ad firmandum valorem concessionis postea revocatae, neque ad probandum revocationem postea factam non esse receptam.

ORDINATIO CLXXXVI.
Anno 1595. 9. Maii.

UT regulares ministerium Indorum exercentes reputentur vivere intra claustra: ac propterea non esse ab Ordinariis molestandos, nisi in casibus per Tridentinum reservatis, dummodo quolibet anno coram suo superiore se praesentent, & innovationem licentiarum obtineant. Mandaturque Priori S. Dominici, Provinciali S. Augustini, ac Commendatori B. Mariae de Mercede monasteriorum Civitatis Regum, vel Cuzqui, vel de Quito, quatenus ipsi, vel duo, vel unus tantum per se vel per alium, praesentis indulti conservatores agant. Extat apud Frasso cap. 56. (*c*). Incipit *Quantum vos*.

OR-

(a) *Ponce, lib. 3. De Matr. cap. 15.* (b) *Rodrig. QQ. Regul. q. 39. art. 2.*
(c) *Frasso, cap. 56. De Reg. Ind. Patr. num. 27.*

Digitized by Google

ORDINATIO CLXXXVII.
Anno 1595. 14. Aug.

ECclesia Manilensis fit Archiepiscopalis: & Episcopales suffraganeæ Ecclesiæ Neo-Cacerensis, seu de Camarines, Zebuana seu Nominis Jesu, & Neo-Segoviensis. Mentio fit in Tabulis P. Gl. Clementis.

ORDINATIO CLXXXVIII.

UNiversitas Mexicana per bullam confirmatur. Ita cit. Clemens Dec. 7., qui per numerum 1555. additum post 1595. indicare videtur aliam atque aliam confirmationem his annis à Sede Apostolica dimanasse. Ibidem fundationem per regium diploma collocat anno 1551: communicationem privilegiorum Salmanticensis Academiæ anno 1555.: Limanæ anno 1599. Vide Ord. 131.

ORDINATIO CLXXXIX.
Anno 1596. 2. April.

COnfratribus & Hospitalibus S. Hippolythi Mexicanensibus conceduntur omnia privilegia concessa Hospitalibus S. Joannis de Deo. Mentio fit in Const. 195. Innoc. XII. tom. 9. Bullar. Rom. pag. 539.

ORDINATIO CXC.

UT in provinciis Indiarum Synodi diœcesanæ per biennia celebrentur. Refert Ill. D. Ferdinandus de Trexo Episcopus Tucumanensis ad finem synodi habitæ anno 1597. dum ait: *Y aunque* por el Santo Concilio de Trento está estatuido y determinado, que todos los años haga cada Obispo synodo en su Obispado; pero porque las diocesis de las Indias son mas largas y difficiles de visitar que las de Europa, hai declaracion de nuevo que los synodos diocesanos se hagan en estas provincias de dos en dos *años*. Suspicio tamen mihi est, declarationem cujus hic mentio fit, non esse aliam ab ea quæ facta est pro Archidiœcesi Limana, ad instantiam S. Thuribii, quam Ill. Trexo putaverit ad alias diœceses præsertim comprovinciales, in quibus eadem vel major est ratio, extendi. Sed illa non fuit declaratio, sed specialis concessio, quam Rex Catholicus supra Ord. 138. ait esse restringendam, non ad alias diœceses ampliandam, quippe versantem in materia juris communis, cui contraria est concessio seu dispensatio. Hoc tamen non tollit quin possit extendi ad alias diœceses, ubi necessitas est tanta quæ lege careat. Suspicio, inquam, est; nam Ill. Mercadillo Ill. Trexi successor synodum habuit anno 1700., & aliam anno proxime sequenti 1701.; & non videtur, si quod esset, privilegio cessurus in tanta difficultate conveniendi, quantam facit distantia 400. leucarum finibus Tucumanæ Diœcesis contenta.

Digitized by Google

ORDINATIO CXCI.
Anno 1597. 9. Jan.

DEcrevit Clemens VIII. ut pro populis Novi Orbis & Indiarum ad fidem catholicam conversis, pauciores indulgentiæ; pro prædicatoribus verò qui pro Christi evangelio in eisdem partibus & Indiis laborant, amplissimæ concedantur. Extat apud Rodericium Minoritam (*a*). Disparitatis causam divinare non possum. An quia agitur in decreto de indulgentiis, quæ affiguntur crucibus, iconibus, rosariis; & Indi præ mentis inopia minus capaces sunt æstimandi pro merito ejusmodi remissionum pignora? At in illis partibus sunt multi non Indi, nec minus capaces Europæis. An quia primis ecclesiæ sæculis, qualia sunt quæ Ecclesiæ Americanæ currunt minus erat in usu indulgentias ut in præsens elargiri? Vide supra Ord. 112. ubi distantiæ Novi Orbis & Indiarum à Sede Apostolica, ubi est plenitudo potestatis ad concedendum similes gratias, consideratione motus videtur S. Pius V. ad elargiendum ampliores. Fortè decretum est à Clemente pauciores tantum respectivè indulgentias elargiendas incolis Novi Orbis: respectivè, inquam, ad concedendas evangelii satoribus.

ORDINATIO CXCII.
Anno 1597. 8. Nov.

IDem Pontifex declaravit, ministros Indorum de statu regulari esse approbandos ab ordinario. Meminit P. Hieronymus Ortega in Opere supra citato.

ORDINATIO CXCIII.

COncessa dicitur Franciscanis Indiarum facultas conferendi diaconatum. Meminit P. Vazquez (*b*) ex authorum fide dignorum, ut ipse ait, testimonio. Sed vereor, ne facultas, quæ Franciscanis concessa dicitur, sit ea quæ per omnimodam Adriani VI. (*c*) conceditur ad omnia quæ Papa concedere potest. Dubium tamen est, an facultas ordinandi diaconos tali omnimoda comprehendatur, nam & dubitant, an à Papa concedi possit. Negant Thomistæ cum D. Thoma; sed communiùs affirmatur. Nec nisi turpis error Sedi Apostolicæ tribuatur, videtur negari posse jam, quando post D. Thomæ dies & scripta à Papa concessa est facultas sacris ordinibus subdiaconatus & diaconatus initiandi, sive Franciscanis Indiarum, sive non Episcopis per Europam.

Certè Innocentius VIII. anno 1489. 9. April., ne Monachi Cistercien-

(a) *Roderic. QQ. Regul. q. 97. art. 2.* (b) *Vazq. D. 243. in 3. P. n. 39.* (c) *Vid. supra Ord. 37.*

Digitized by Google

cienses pro suscipiendis subdiaconatus & diaconatus ordinibus extra claustrum discurrere cogerentur, Abbati Cistercii ut quibuscumque dicti Ordinis, aliis verò quatuor Abbatibus ut suorum monasteriorum religiosis, quos ad id reperirent idoneos, eos ordines conferre possent concessit; ut ex Margarino, Henricio (fortè Manricio seu Marinquez), Rodericio, Ascanio Tamburino refert Joannes Baptista Pittoni (*a*). Constitutionis verba transcripsit Ill. Ligorius (*b*): *Ne* monachi pro suscipiendis subdiaconatus & diaconatus ordinibus extra claustrum discurrere cogantur, tibi & successoribus ut religiosis subdiaconatus & diaconatus ordines conferre possis, authoritate apostolica *indulgemus*.

Hanc facultatem revera Cisterciensibus esse concessam, Dianæ (*c*) testati sunt illius Ordinis religiosi, quorum testimonium in re ad eos spectante non potest prudenter rejici vel elevari. P. Vazquez loc. cit. ait, se legisse relatum Cisterciensium privilegium. Sed respondet Gonet (*d*) ex Nugno, quod Victoria dicit, se vidisse tale diploma, & in eo nullam fieri mentionem diaconatus, sed tantum subdiaconatus. Victoria quidem apud Dianam asserit se vidisse Bullam Pontificis quibusdam Cisterciensis Ordinis Abbatibus concedentis, ut possent conferre subdiaconatum. Utrum neget, fieri mentionem diaconatus, & affirmet visum à se diaconatum non memorans diploma idem, quod diaconatum exprimens affirmat Vazquez se legisse, fides sit penes Gonetum.

Gotti Dominicanus (*e*) sibi objectæ Innocentii VIII. constitutioni respondet, tale privilegium per se ordinandi diaconos (& non eos pro tali ordine ad quemvis antistitem catholicum dimittendi, ut declaratum fuit à Clemente VIII. in Bulla Cisterciensibus data) esse dubiæ fidei: neque eo usi Cistercienses unquam dicuntur. Sæpè quidem regularibus, tum à Clemente VIII., tum ab aliis Pontificibus datum est, posse pro ordinibus mitti ad quemvis Episcopum. An aliquando declaraverit Clemens VIII., Innocentium in relato privilegio locutum esse de facultate, non ordines sed dimissorias conferendi, fides sit penes Gotti. Privilegium interea sic habet: *Ut subdiaconatus* & diaconatus ordines conferre possis indulgemus, ne monachi hinc inde pro suscipiendis ordinibus discurrere *cogantur*. At relata declaratio, & concessionis repugnat tenori & motivo. Neque enim dimissoriarum concessione tollitur quin monachi pro suscipiendis ordinibus discurrere cogantur.

ORDINATIO CXCIV.

CLemens VIII. Archiepiscopo Goano Alexio de Menesses gratulatur de conversione Malabarium. Refert Didacus Barbosa Machado (*f*). Nempe mortuo Mar Abrahamo Archiepiscopo Nestoriano christianorum San-

(*a*) *Pittoni, CC. ad Reg. tom.* 1. *nu.* 476. *pag.* 283.
(b) *Ligor. De Sacr. Ord. num.* 763. *p.* 255.
(c) *Diana, tom.* 3. *tr.* 1. *R.* 69. *&* 70.
(d) *Gon. Man. Thom. tr.* 6. *De Sacr. Ord. n.* 763. *p.* 255.
(e) *Gotti, tom. XV. q.* 3. *De Ord. n.* 13. *p.* 72.
(f) *Mach. Bibl. Lusit. V. Alexio de Meneses.*

Digitized by Google

Sancti Thomæ, Archiepiscopus Goanus illius Ecclesiæ gubernium & archidiaconatum inivit ordinatione Clementis VIII. per breve datum 27. Jan. 1595. Goâ profectus 27. Dec. 1598. ad Montes Malabaricos Diamperitanam Synodum coëgit, indigenis ad Ecclesiæ gremium reductis. Ita habet P. Cl. Clemens in Tabulis Ind. Decad. 19. Et latius de eodem argumento differentem vide P. Joannem Fagundez Raulin Augustinianum (a).

ORDINATIO CXCV.
Anno 1600.

ECclesia Cranganoris in India orientali in episcopalem erigitur sub metropoli Goâ, futura deinceps Archiepiscopalis sine suffraganeis. Fit mentio in Geographia sacra apud Chiquet.

ORDINATIO CXCVI.
Anno 1600. 4. Mart.

UT in provinciis Indiarum S. Francisci de Observantia, & præcipuè in Limana, ad magistratus provincialis & quolibet aliud officium assumi non valeant nisi alumni earum provinciarum, vel qui Commissarii Generalis in Curia Regis Catholici assistentis litteris eisdem provinciis incorporati sint. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. Const. 67. Incipit *His quæ*.

ORDINATIO CXCVII.
Anno 1600. 8. Nov.

CUm in partibus Indiarum multi fratrum Ordinis Minorum de Observantia ad Indos noviter conversos doctrinam christianam edocendos, eorumque curam animarum exercendam, ob penuriam sacerdotum sæcularium, ex Apostolicæ Sedis speciali indulto deputari soleant, qui ab eorum superioribus nominati, & à locorum ordinariis, seu eorum officialibus priùs approbati fuerint: Cumque fratres sic ad animarum curam deputati, licèt extra claustra in locis, in quibus pro tali administratione deputantur, morentur; nihilominus certis quibusdam hebdomadæ diebus ad conventus quos in locis principalibus habent, accedere debeant, & Commissarios Generales, aliosque superiores, quibus subsunt, & obediunt, & à quibus visitantur, habeant, ita ut extra claustra religionis morari dici minimè possint, Clemens VIII. decernit & declarat, fratres prædictos in concernentibus curam animarum ordinario loci subesse, in reliquis verò non ordinario loci, sed suis superioribus subjectos remanere. Extat apud Frasso (b). Incipit *Religiosorum*. Vide infra Ord. 596.

OR-

(a) *Raulin, Hist. Eccl. Malab. Dissertationib. aucta.*

(b) *Frasso, loc. cit. n. 32. Et novissime Ribadeneira, De Ind. Patr. cap. 7. p. 137., ubi hanc Ord. refert ad annum 1601.*

ORDINATIO CXCVIII.
Anno 1600. 12. Dec.

Ut non obstante Constitutione Gregorii XIII. data anno 1585., ne aliis præter religiosos Societatis Jesu ad Japones & Sinas proficisci liceat; cum necessitas postulaverit, quilibet Ordo mendicantium religiosos transmittere per Lusitaniam (I) duntaxat: Et ipsi tam ad Japonicas Insulas, quam ad alias Chinæ, & finitimorum regnorum, & Indiæ orientalis regiones accedere possint, ibique verbum Dei prædicare, & sacramenta ministrare debeant, sub obedientia tamen quoad prædicationem & sacramentorum administrationem tantùm illius Episcopi, in cujus diœcesi prædicabunt, vel sacramenta ministrabunt. Quodsi fortè aliquæ controversiæ inter religiosos dictarum religionum orientur, Episcopi locorum tanquam Sedis Apostolicæ delegati illas decidant. Si verò graviora quædam negotia (II) occurrerint, ea ad Summum Pontificem referantur. Cæterùm omnibus religiosis sub excommunicatione majori Pontifici reservata, & vocis passivæ & activæ privatione interdicit, ne ex Insulis Philippinis, aut ex qualibet alia Indiarum occidentalium (III), aut quæ pro partibus Indiarum occidentalium habentur, parte ad illas pertinente, in Japonicas & alias ipsis adjacentes Insulas & Regiones quorumcumque privilegiorum prætextu proficisci valeant. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. Const. 74. Clem. VIII. Incipit *Onerosa*.

ADNOTATIONES.

(I) *Per Lusitaniam*. Vide infra anno 1608. 11. Jun., ubi conceditur facultas qua data via Sinas adeundi.

(II) *Graviora negotia*. In specimen causarum, quæ graviora negotia continent, & hac ratione Summo Pontifici reservanda, esse potest controversia super usu adhibendo, vel omittendo cæremoniarum & rituum sacramentalium in administratione baptismi, ex quo Clemens XII. infra Ordinat. 569. declaravit, malè se gessisse Episcopos in talibus dispensando inconsulta Apostolica Sede.

(III) *Indiarum occidentalium*. Hic videtur supponi, quod in Jure Hispano Indico expressius edicitur (*a*), Philippinas Indiis, non orientalibus, sed occidentalibus annumerari: *Las* (Indias) *occidentales*, *en cuia demarcacion cae el Japon* y las *Philippinas*.

OR-

(a) *Leg. 33. tit. 14. lib. 1. R. 1.*

Digitized by Google

ORDINATIO CXCIX.
Anno 1601.

SEdes episcopalis Conceptionis *de la Vega*, in Hispaniola olim S. Dominici Sedi unita, supprimitur. Meminit P. Cl. Clemens in Tab. Dec. 12.

ORDINATIO CC.

CLemens VIII. prohibuisse dicitur Indos in servitutem redigere. Meminit P. Antonius Ruiz de Montoya S. J. Paraguariæ Provinciæ missionarius & procurator in Curiam missus in quodam libello supplici ad Regem Catholicum. Meminit etiam Solorzanus (*a*). Verba Clementini Brevis ab hoc authore relata sunt: *At Christi fideles* illarum partium tanquam teneros novæ plantationis palmites suavi mansuetudinis imbre irrigare *volentes*. In quibus servitutis prohibitio visa est Solorzano dum ait loco ex Politica citato: *Lomismo* (que Paulo Tercero en el Breve de 1537.) parece haver sentido y mandado Clemente VIII., pues en otro Breve Apostolico dirigido à las provincias del Peru entra diciendo que quiere y manda que aquellas nuevas plantas se rieguen y fomenten con el suave rocio de toda caridad y *mansedumbre*.

Si tamen in Brevi, quod videre non licuit, præter relata alia non sint verba propiùs ad servitutis prohibitionem accedentia, hanc Clemens ibi non prohibet; nam charitas & mansuetudo etiam cum servis & mancipiis locum habet, & habere debet juxta Apostolum (*b*), quia illorum & omnium *Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud Deum*. Igitur Indi, quamvis supponerentur sclavi, suavi mansuetudinis imbre irrigandi essent. Quidquid de Clemente sit; interdictam esse à Paulo Tertio, Urbano Octavo, Benedicto Decimo-Quarto Indorum mancipationem, sicut Afrorum à Sacro Collegio Cardinalium, non est dubium. Vide Ord. 57. 59. 295. 400. 564.

ORDINATIO CCI.
Anno 1603. 23. Mart.

UT cognitio causarum inter Archiepiscopum Limanum & Capitulum spectet ad Priorem S. Augustini, vel ad Commendatorem B.M.V. de Mercede, ut authoritate apostolica illas audiant de plano, & debito fine terminent. Meminit Ill. D. Felicianus de la Vega (*c*) apud Solorzanum (*d*). Hanc constitutionem, ait Ill. Villarroel (*e*), Indico Senatui fuisse

---

(a) *Solorz. lib. 2. Polit. cap. 2. Et tom. 1. De Jure Ind. lib. 3. cap. 7. num. 55. pag. 734.*
(b) *Ap. ad Ep. 6. Ad Colos. 3.*
(c) *D. Felic. in C. Caulam*, De Jud.
(d) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 14. n. 56.*
(e) *Villarr. Gov. Eccl. P. 1. q. 8. art. 3. num. 6.*

fuisse præsentatam, & quod in illa præceptum ponitur Archiepiscopo, ne sit judex dum causa vertitur inter ipsum & capitulum in pertinentibus ad quartas decimales, & mensam capitularem, aliaque jura. Quartas decimales intellige juxta erectionem Ecclesiarum Indicarum, in qua fere communi statuto decimarum cumulus in quatuor partes dissecatur, attributis duabus Episcopo & Capitulo. Quanquam in Ecclesia Tucumanensi, & si qua alia, divisio non in quatuor, sed in tres partes fit, quarum duæ similiter Episcopo & Capitulo cedunt. Vide Ord. 127.

ORDINATIO CCII.
Anno 1603. 30. Jun.

COnfratribus Congregationis Nominis Jesu in Peruvio plures conceduntur indulgentiæ, tum ipsis in perpetuum, tum etiam aliis ad viginti annos. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. C. 98. Clementis VIII. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CCIII.
Anno 1603. 20. Aug.

UT Archiepiscopus Mexicanensis, necnon Decanus & Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ, Carmelitas Discalceatos defendant contra contendentes non esse unum de quatuor Ordinibus Mendicantibus. Statuiturque eorum prærogativas nullo temporis decursu, aliove præscriptionis modo deperdi: neque ad processiones compelli posse. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. C. 101. Clem. VIII. Incipit *Romanum*.

ORDINATIO CCIV.
Anno 1603. 2. Sept.

UT ex redditibus parochiarum, quæ apud Indos *Doctrinæ* vocantur, fiat contributio pro seminario deducta parochorum sustentatione. Est decretum Congregationis Concilii coram Clemente VIII., cujus meminit J. B. Pittoni (*a*), & Pascucci (*b*). Et res caret dubio stante decreto Concilii Tridentini (*c*), ut in eum finem contribuatur ex fructibus mensæ episcopalis & capituli, & quarumcumque dignitatum, officiorum, prioratuum cujuscumque ordinis, etiam regularis, & hospitalium quæ dantur in titulum vel administrationem, & beneficiorum etiam regularium, etiamsi juris patronatus cujuscumque fuerint. Quibus præoccupantur omnes excusationis tituli, qui ex qualitate Doctrinarum desumi possent.

In Concilio Limensi anni 1583 (*d*) dicitur: *Authoritate* à Concilio (scilicet Tridentino) concessa statuimus & ordinamus contributionem ex qui-

(a) *Pittoni, CC. ad Par. num.* 396.
(b) *Pascucc. Comp. Pignat. tit.* De Seminario.
(c) *Trid. s.* 23. *cap.* 18.
(d) *C. Lim. Act.* 2. *c.* 44.

Digitized by Google

quibuscumque redditibus & bonis ecclesiasticis faciendam; ita ut ex decimis, beneficiis, capellaniis, hospitalibus, confraternitatibus juxta ejusdem Concilii statutum, sive episcopales, sive beneficiales redditus sint, etiam ex doctrinis Indorum, etiamsi regulares ipsas doctrinas teneant, tria de centum applicentur, & ex nunc applicata censeantur. Ad quam sane portionem omnes prædicti clerici & personæ in conscientia teneantur. Nec non œconomi ipsi, & officiales, & quicumque persolvere habent ejusmodi ecclesiasticos redditus, præfatam portionem retineant pro seminario.

Conforme est Jus Indicum (a) quo mandatur, *Que conforme* al Santo Concilio de Trento contribuian los doctrineros para los collegios *seminarios*. Et alibi regiis officialibus in Peruvio edicitur (b), *Que rebajen* de los estipendios con que acuden à los religiosos de S. Francisco el tres por ciento hande haver los *seminarios*. Idemque de regularibus omnibus doctrinariis decretum est per Cedulam aliam relatam à Frasso (c), quam tamen Ill. ac Ven. Palafox apud illum testatur, se nullibi observatam vidisse. In Missionibus, seu Doctrinis Guaranicis Paraguariæ certum est non fuisse observatam, dum sub Jesuitis erant. Cujus ratio est, quia doctrinarii non nisi mediam partem canonici stipendii, vel synodi, ut vocant, percipiebant, medietate alia fisco permissa, ex eo quod Rex Catholicus pro sua liberalitate doctrinariis alias consignari mandat.

ORDINATIO CCV.

Anno 1604. 24. Jan.

CLemens VIII. parochis Indiarum occidentalium prohibet sub excommunicatione latæ sententiæ Summo Pontifici reservata, ne majorem eleemosynam ab iis qui in ecclesiis domorum S. Francisci de Observantia, quam de iis qui in parochialibus ecclesiis sepeliuntur, quovis prætextu vel occasione etiam de mandato ordinariorum exigere præsumant. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. Const. 96. Clem. VIII. Incipit *Expositum*. Et in eamdem sententiam datæ sunt deinceps aliæ constitutiones, de quibus suo loco. Schedulæ etiam regiæ plures conformes apud Frasso (d) datæ sunt, de quibus una (e) inserta est corpori Juris Indici, cujus argumentum est: *Que los* clerigos no lleven mas derechos por los que se enterraren en los conventos, de los que justamente pudieren *llevar*.

Nihilominus in Taxa Tucumanensi approbata in synodo anni 1606. biennio post præsentis constitutionis datam scriptum reperio: *Si alguno* se enterrare en algun convento, capilla, o hermita fuera de la Iglesia parroquial, pague del entierro veinte pesos mas, que por todos son sesenta, y mas los derechos al sacristan arriba referidos, y no se pueda enterrar con entierro *menor*. In synodo *de Puerto Rico* pubblicata anno 1647. (f) major est sumptuum id genus moderatio dum dicitur: *De un entierro*

(a) *Leg. 35. tit. 15. lib. 1. R. 1.*
(b) *Leg. 7. tit. 23. lib. 1. R. 1.*
(c) *Frasso, cap. 61. n. 66.*
(d) *Frasso, cap. 92. a num. 16.*
(e) *Leg. 2. tit. 18. lib. 1. R. Ind.*
(f) *Synodo* de Puerto Rico, *Const. 66.*

Digitized by Google

ro solemne, que es con missa solemne y vigilia, cincuenta y ocho reales de plata.... Si alguna persona se mandare enterrar fuera de la parroquia, el cura y el sacristan no lleve mas que si en ella *se enterrára*. Sed & in Tucumania videtur excessus ille, qui contra præsentem constitutionem est, usu & tempore, vel hujus Clementinæ notitia abrogatus, ut à docto quodam Tucumanensi Parocho sæculari auditum memini; etsi in Synodalibus non publicatis anni 1752., taxa relata & synodus tota Ill. Trexi vigere & viguisse supponatur. Vide Ord. 112.

ORDINATIO CCVI.
Anno 1604. 14. Jul.

UT Carmelitæ Discalceati in remotissimis partibus absolvere possint ab omnibus peccatis etiam in Bulla Cœnæ contentis: & à consequentibus censuris & pœnis: baptizare etiam extra ecclesiam omnes ad fidem conversos: communicare cum infidelibus hæreticis, & excommunicatis, in verbis, officio, & cibo, & in omnibus aliis: cum neöphytis & aliis ad ecclesiæ unionem redactis super bonis malè acquisitis, ad quæ restituenda incertis personis obligati existunt, ad pia opera componere, vel quatenus ipsi sic obligati pauperes sint, eis in toto vel in parte remittere & condonare, idque in foro conscientiæ; in locis ubi non sunt parochi ministrare fidelibus sacramenta matrimonii, baptismi, pœnitentiæ, extremæ unctionis & eucharistiæ. Declaraturque, promulgationem annuam Bullæ Cœnæ non revocare privilegia concessa ad absolvendum in Indiis omnes christianos à casibus in ea contentis. Ita habet variis locis Compendium Privilegiorum S. J. Indicum anni 1737.: diciturque extare harum concessionum bulla in Appendice Bullarii Rodericii; sed videndi textum & tenorem copia defuit. Incipit *Dominici gregis*.

In novo Compendio Communi (a) post relatam facultatem quæ missionariis Societatis competebat ex communione privilegii hujus subditur: *Quoad* casus Bullæ Cœnæ (possunt absolvere) cum limitatione semel in vita & in articulo mortis, nisi aliquis casus urgens pluries occurrat, cui propter periculum animarum statim sit providendum. Citaturque præsens concessio Clementis addentis hoc privilegium non censeri revocatum per annuam Bullæ Cœnæ publicationem. Ubi significatur, Clementem declarasse non quod privilegia in genere absolvendi in Indiis a Bullæ casibus libera sunt ab annua revocatione, ut habet Compendium Indicum, sed quod non censeatur revocari hoc determinatum privilegium. Sed & de hoc determinato privilegio subditur in Compendio Communi nova cautio: *Videndum* an & quatenus censeatur revocatum per annuam publicationem Bullæ Cœnæ juxta decretum Urbani VIII. 17. Nov. 1628., & consulendi scribentes ad prop. 3. & 4. damnatas ab Alexandro VII. Vide La-croix (b), & infra anno 1729. 12. Dec. Ord. 522. Adnot. x.

OR-

(a) *Tom. 1. Inst. pag. 166. V.* Absolutio §. 5. (b) *Lacr. l. 6. P. 2. q. 231. §. 10. n. 1618.*

ORDINATIO CCVII.
Anno 1604. 7. Oct.

S. Congregatio Episcoporum & Regularium decrevit, significandum Regularium Superioribus, ut invigilent, nequis eorum subditus in Indiis, tam orientali, quam occidentali mercaturam exerceat, neque in locis Regi infideli subjectis, neque inde revertentes deferant aurum, argentum, aut gemmas, ullasve merces. Refert J. B. Pittoni (*a*). Vide infra Ord. 213. & 342.

ADNOTATIONES.

P. Molina tract. 2. De Justitia & Jure, d. 342. inter alia observare jubet: *Sunt* religiosi in Brasilica regione & India orientali, qui dilatationi & conservationi ecclesiæ operam navant, quique ad sui congruam sustentationem multis indigent ex Hispania advehendis, neque in Hispaniis pecunias habent, & cum in Brasiliæ regione & India orientali magna penuria sit pecuniæ, indigent mittere merces quæ ibi vili emuntur, & in Lusitania plus valent, ut tradita mercatoribus Lusitanis necessaria illis mittantur ex pretio: sicque ingentes sumptus evitant in asportandis ex Lusitania necessariis, idque nulla cum occupatione & distractione: fitque ut plures sustententur. Nullus est qui talem œconomiam jure damnare possit.,.... dummodo nihil mercium quam ad emenda necessaria *mittatur*. Hæc P. Molina. Sed interpretationes omnes ex prætextu etiam necessitatis præclusas vide infra cit. Ord. 342.

ORDINATIO CCVIII.

AD instantiam Patrum Societatis Jesu concessit Clemens VIII. & Paulus V. ut in Indiarum orientalium navigatione possit missa celebrari. Fuit vivæ vocis oraculum, sed P. Granados refert, asseveratum fuisse cuidam Patri Societatis ab Episcopo Malacensi, quod ex Episcopo Cirenensi ut ex oculari teste sciisset de quodam brevi, in quo declaratur posse sine scrupulo in mari missa celebrari. Ita habet P. Gabriel Henao (*b*), qui ait ante illa vivæ vocis oracula Episcopos Lusitanos fuisse primos, qui immolarent, vel qui ad immolandum licentiam concederent.

ADNOTATIONES.

Quærit Dicastillo: Quis aut cujus diœcesis erit Episcopus, qui in mediis fluctibus habeat jurisdictionem ad hæc permittenda? *Ista interrogatio* non est magni ponderis, replicat laudatus Henao, nisi velit Dicastillus, Anti-

(a) *Pittoni, CC. ad Reg. sub hoc anno & die.* (b) *Henao, D. 23. De Sacr. Miss. s. 8. n. 98. pag. 14.*

Digitized by Google

Antiſtitem Gaditanum aut Ulyſſiponenſem non habere juriſdictionem ordinariam, ut cum ſubditis ſolventibus è Portu Gaditano aut Ulyſſiponenſi in alterutram Indiam ulla in re diſpenſet quandiu duraverit navigatio. Non exiſtimo Dicaſtillum voliturum id neque *per ſomnium*.

Henao conſentit Natalis Alexander (*a*), quatenus ait, claſſis capellanum (ſcilicet ubi jus ſpeciale non ſit, ut in claſſe Regis Catholici) approbari debere ab Epiſcopo, de cujus diœceſi locus eſt vel portus, in quo armatur vel unde ſolvit; illud enim cenſetur eorum qui ſunt in navi domicilium.... Opus tamen nova approbatione non videtur, quoties caſtra de una in aliam diœceſim moventur, vel claſſis in varias diœceſes appellit, quia eleemoſynarii (ſeu Capellani) ſunt quaſi parochi ex omnium Epiſcoporum indulgentia & conſuetudine, & parochus ſemel inſtitutus nova approbatione non indiget, ut parochianos audiat extra diœceſim. Sed tamen jus habent Epiſcopi, in quorum ditione naves ſubſiſtunt, ad examen *vocare* &c.

Diana (*b*) refert S. Congregationis reſolutionem, de qua infra Ord. 283., juxta quam Epiſcopi poſſunt ac debent prohibere celebrare in navibus. *Sed reſtat conſiderandum*, ait Henaus, an prohibere jubeantur, quatenus non fiat ſine eorum licentia, an etiam hæc ipſis interdicatur. Reſtat item ut authenticè conſtet de tali determinatione. Uſitatiſſimum certè nunc eſt, ut diebus etiam profeſtis celebretur in indica navigatione non tantùm ſemel, ſed pluries. Et licèt anno 1610. Caſtellani nondum cœpiſſent litare in mari, anno 1627. in more erat frequentiſſimo, ut ſcripſit ad me D. Joannes de Solorzano, qui id obſervavit in navigatione ad Indias & in reditu, vir rerum indicarum ſcientiſſimus. Cardinalis de Lugo teſtatur, petitam eſſe a Summo Pontifice facultatem pro triremibus in Mari Mediterraneo exemplo navigationis indicæ, & fuiſſe negatam. Sed triremes non ſunt tam aptæ ut naves illæ grandiores, neque neceſſitas eſt tanta cum frequenter ad terram *accedant*. Sic cit. Henao.

Poſt Card. de Lugo conceſſam eſſe facultatem celebrandi in triremibus melitenſibus & pontificiis a Clemente XI. & Benedicto XIV. ſub certis conditionibus author eſt P. Zacharias in Additionibus ad Lacroix (*c*). Conditiones verò ſunt, ſi navigium ſit tutum, ſi longe abſens à littore, ſi mare ſit tranquillum; & celebranti adſit ſacerdos alter vel diaconus. Pro navibus hiſpanicis ſimile indultum eſt anno 1706. apud Ferrari (*d*), & quoad indicam navigationem de moderna praxi teſtatur Murillo (*e*) dum ait: *Frequenter* miſſæ celebrantur in navigationibus, & ego ipſe non ſemel *practicavi*. Ac de quodam electo Epiſcopo Tucumanenſi docto & Doctore Salmantino referunt quos habuit navigationis ſocii, toto trium menſium itinere e Gadibus ad Bonas-auras vix uno vel altero die celebrare deſiiſſe.

In Ordinationibus per navium capellanos obſervandis, vulgo *Ordenanzas*

(a) *N. Alex. t. 2. Theolog. Append. 1. Epiſt. t. 12. alias 7.* (b) *Diana, P. 9. tr. 1. R. 45.*
(c) *Zachar. apud Lacr. n. 261. De Sacr. Miſſ.*
(d) *Ferrari, V.* Miſſæ Sacrif. *art. 4. pag. 77. n. 9. tom. 5. Edit. 2. Rom. 1768.*
(e) *Murillo, lib. 3. Curſ. Can. n. 354.*

Digitized by Google

zas ecclesiasticas militares que deben observar los Padres Capellanes de la Real Armada, y los de los Vageles particulares de nuestra *jurisdicion*: Quæ ordinationes typis editæ circumferuntur, & quarum exemplar subscriptum 9. Sept. 1759. ab Ill. D. Fr. Thoma del Valle Episcopo Gaditano, dum erat Regiæ Classis Vicarius Generalis, ad manum est, sequentes ad rem præsentem continentur. 1. *No omitira* siempre que pueda celebrar, tambien los dias feriados. 2. Aunque los capellanes de los navios de comercio no pertenecen à nuestra Vicaria General de la Armada, como son de nuestra jurisdicion *ordinaria*, &c. Quibus & praxis celebrandi confirmatur, & ea quæ ex Henao & Natali Alexandro ad jurisdictionem maritimam pertinentia relata sunt. Et notandum est, quod ab Episcopo Gaditano non tantum permittitur, sed indicitur quotidiana celebratio quoad ejus fieri possit.

ORDINATIO CCIX.
Anno 1605. 5. Jul.

ECclesia S. Crucis *de la Sierra*, alias *de la Barranca*, fit episcopalis, à diœcesi Platensi divisa. Mentio fit in Tabul. Chron. P. Cl. Clementis Decad. 12., & à D. Antonio de Ulloa (*a*).

ORDINATIO CCX.
Anno 1607.

SEdes episcopalis Veræ pacis in Nova Hispania unitur Guatimalensi. Meminit D. Joannes Diaz de la Calle (*b*).

ORDINATIO CCXI.
Anno 1607.

ECclesia Angamalensis seu de Cranganor in Regno de Calecut in India orientali fit Archiepiscopalis absque suffraganeis tamen. Meminit Augustinus Barbosa (*c*). Nec quod suffraganeis careat Archiepiscopus, novum est, cum Lancianensi, & Rosanensi vel intra Italiam contingat.

ORDINATIO CCXII.
Anno 1607. 16. Febr.

PRohibet Paulus V. sub excommunicationis latæ sententiæ pœna Summo Pontifici reservata, ne parochi Indiarum majorem exigant eleemosynam ab iis, qui in Eremitarum S. Augustini sepeliuntur ecclesiis, eâ quam illis præscribit Tridentinum (1) juxta explicationem factam a Pio

(a) *Ulloa, Rel. Hist. t. 3. lib. 1. cap. 14.* (b) *Calle, Notic. Eccl. de las Ind.*
(c) *Barbos. P. 1. De Off. & Pot. Ep. tit. 1. c. 3. p. 52.*

Digitized by Google

Pio V. (II) anno 1567. 17. Kal. Jun. Quocirca Provincialibus Societatis Jesu mandatur, quatenus per se, vel per alium, quando opus fuerit, præsentes litteras publicari faciant, & illos effectu pacificè frui. Non obstantibus (III) litteris Gregorii XIII. datis anno 1572. Incipit *Expositum*. Extatque in Bullar. Cherub. Const. 32. Pauli V.

ADNOTATIONES.

(I) *Tridentinum*. Nempe sess. 25. cap. 13. De Reform. decernitur, ut cathedrali seu parochiali ecclesiæ persolvatur quarta quæ quadraginta ante annis solita esset persolvi.

(II) *Juxta explicationem Pii V.* Explicatio hîc memorata habetur in Const. *Etsi Mendicantium*. §. 11. ibi: *Quartam* funeralem, de qua sess. 25. cap. 13., nequaquam solvere teneantur monasteria, quæ à quadraginta annis fundata existunt, postquam Concilium tantùm loquitur de monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam solvere consueverunt. Et ubi solvi consuevit, id tantùm ceræ & aliorum, quæ in aliquibus partibus ferri contigerit tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non tamen de missis seu legatis & aliis fratribus ipsis, seu monialibus relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, solvi debet. Sicque intelligi Concilii decretum quoad hujusmodi quartam solvendam decernimus. Ubi verò non est consuetudo solvendi quartam, de nullo prædictorum solvi debere *declaramus*. Vide Ord. 85. Adnot. I.

(III) *Litteris Gregorii*. Per hæc non tam revocatur Gregorii constitutio, quam declaratur non obstare. Nam Gregorius reduxit pianas constitutiones ad terminos juris Tridentini, cujus est explicatio constitutio *Etsi Mendicantium*, §. 11. Vide Frassum (*a*), qui refert decisionem Rotæ pro eo quod piana constitutio quoad hanc partem non comprehenditur revocatione Gregorii. Vide supra Ord. 205.

ORDINATIO CCXIII.
Anno 1607. 7. Maii.

PRohibet motu proprio (I) ne quodvis illicitæ negotiationis genus quovis prætextu, causa, vel occasione exercere audeant ecclesiasticæ quæcumque personæ, & præsertim sacerdotes sub pœnis (II) à sacris canonibus & apostolicis constitutionibus inflictis contra illicitos negotiatores, per ipsos ipso facto (III) incurrendis (excommunicationem tamen contra sacerdotes Indiarum per quascumque provinciales aut synodales constitutiones, præsertim in Synodo Limensi (IV) editas quomodolibet impositam abrogat). Non obstantibus præmissis etiam apostolica confirmatione roboratis. Habetur apud P. Quintanadueñas (*b*), qui ait extare breve origina-

---

(a) *Frasso*, *cap.* 48. *num.* 56. (b) *Quintanad. tom.* 2. *tr.* 6. *sing.* 5. *n.* 3.

Digitized by Google

ginale in Collegio Societatis Platensi. Et Ill. Montenegro (*a*) ait, penes se habere authenticum exemplar.

ADNOTATIONES.

(I) *Motu proprio*. Laudatus Montenegro inquit, hoc breve fuisse datum ad instantiam D. Ferdinandi Godoi Canonici Neo-Carthaginensis. Ex quo patet quod cum aliis tradit Castropalaus (*b*), *non excludi* à gratia motus-proprii petitionem privilegiati; poterat enim petiisse privilegium, & nihilominus privilegium non ob ejus petitionem tanquam ob causam finalem, sed ex voluntate Principis esse concessum, quia concedit ex sua voluntate sicut petitum est, non quia petitum *est*.

(II) *A sacris canonibus*. Can. *Consequens D.* 88. infligitur pœna suspensionis, sed ferendæ sententiæ; dicitur enim: *Ab* omni negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum, aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur; *si cessare noluerint*, ut additur Can. 1. q. 4. *Cap.* 2. *Ne cler. vel mon.*, imponitur anathematis pœna, sed sententiæ pariter ferendæ, ut etiam censet cit. Montenegro (*c*). Dicitur enim: *Secundum* instituta prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri *negotientur*. *Cap. fin. De vit. & hon. cler.* mandatur, ut clerici negotiatores si ter moniti ab Episcopo non resipiscant, abjiciant privilegium clericale. Per canones etiam imponitur pœna privationis immunitatis à vectigalibus & portoriis quoad res negotiationi subjectas, etiam non præmissa monitione trina, & inhabilitatis ad testandum, etiam si aliàs facultas suppeteret. Vide P. Hut (*d*), & Canonistas. Vide etiam Ord. 342., & supra Ord. 207.

(III) *Ipso facto incurrendis*. Utrum per hanc clausulam deveniant latæ sententiæ pœnæ, quæ secundum Adnot. præcedentem sunt ferendæ, dubium est, in quo negat P. Suarez (*e*) disputans de simili clausula adhibita per Paulum II. in Extrav. *Cum detestabile*. Ratio verò præter videndas apud eum esse potest duplex. 1. Quia ex usu & omnium authorum sententia, ut testatur alibi idem Suarez (*f*), non omnes simoniaci sunt depositi, neque beneficiis privati, quanquam ejusmodi pœna ferendæ erant jure antiquo, ac pœnas & sententias juris antiqui *ipso facto* incurrendas statuerit Paulus II. in cit. Extrav. Igitur per ejusmodi clausulam vel formulam in Constitutionibus adhibitam non mutatur pœnarum qualitas. 2. Quia Paulus V. in præsenti Ordinatione intendit mitigare severitatem Concilii Limani imponentis excommunicationem ipso facto incurrendam, ut patet ex illius tenore, & abrogatoria parenthesi. At si in vi præsentis constitutionis omnes pœnæ antiquo jure impositæ, etiam quæ senten-

tiæ

(a) *Monten. lib.* 1. *tr.* 13. *sect.* 3.
(b) *Castrop. tr.* 3. *D.* 4. *De Privil. P.* 2. §. 6. *n.* 1.
(c) *Monten. loc. cit. sect.* 4.
(d) *Hut, in* 3. *Decretal. tit.* 50. *q.* 3.
(e) *Suar. D.* 22. *De Censur. s.* 5. *n.* 22.
(f) *Suar. lib.* 4. *de Simon. cap.* 55.

Digitized by Google

tiæ erant solum ferendæ, incurruntur ipso facto, non severitas mitigatur, sed augetur, ut patet.

(IV) *In Synodo Limensi*. Notum est, & notatum alibi, quamvis multa fuerint concilia etiam provincialia Limæ celebrata, antonomasticè dici Concilium Limense quod vulgò est Tertium, quod ipsum fuit primum à S. Thuribio coactum anno 1582., sed finitum anno sequente. In eo statuitur (a) ut *si quis clericus* mercaturæ operam dederit, præter pœnas à jure impositas excommunicationis sententiam ipso facto *incurrat*. Et sub eisdem pœnis vetat, ne quis Indorum parochus per se vel per interpositam personam cum Indis mercaturam exercere præsumat. Insuper neque pecora præter necessaria ad victum alere, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere vel locare, neque Indos ipsos ad mineralia sibi curanda mittere, vel eorum operam locare. Qui istorum quodlibet egerit, excommunicatione sententiæ latæ se noverit *innodatum*. In quibus & præceptum & excommunicationis pœna continetur. Licèt verò pœna hæc quatenus lata contra clericos negotiatores præsente abrogatione cessaverit, præceptum tamen non item, cujus violationem prælati punire possunt excommunicationis sententiam ferendam de facto ferentes, ut notavit loc. cit. Montenegro. Sed & excommunicationem ipso facto incurrendam innovavit deinceps Clemens IX., de quo infra Ord. 342.

ORDINATIO CCXIV.
Anno 1607. 22. Jul.

Missionarii Discalceati Ordinis Carmelitani exempti fuerunt à jurisdictione Congregationum Hispaniæ & Italiæ, incorporatique Congregationi S. Pauli apostolica authoritate erectæ ad infidelium præsertim Indorum conversionem. Sed Congregatione S. Pauli anno 1613. 7. Mart. suppressa, juri Ordinis restituti sunt. Domos habent in Hispahan regia Persarum urbe, in Mogol, Goæ, & in ora malabarica. Mentio fit in Histor. Ord. Monast. à D. Heliot, vel quisquis est author Gallus ejus Operis (b).

ORDINATIO CCXV.
Anno 1608. 11. Jun.

Ut religiosi Ordinum SS. Dominici, Francisci, & Augustini possint in Japoniam trajicere, non solum per Portugalliam, ut ante decretum erat, sed qua liberet. Ita habet, & executionem mandat lex 32. tit. 14. lib. 1. Recop. Ind. Incipit *Sedis Apostolicæ*. Vide supra Ord. 198. & infra Ord. 284.

OR-

(a) *C. Lim. Act. 3. cap. 4. & 5. Vide Ord. 178.* (b) *Hist. des Ordres, &c. Ed. 1721. tom. 1. cap. 48. pag. 359.*

ORDINATIO CCXVI.
Anno 1608. 25. Jun.

ID ipsum quod supra Ord. 212. decernitur pro Augustinianis circa sepulturas, extenditur ad Franciscanos. Et ne parochi eos, quorum parentes in ecclesiis dictorum fratrum & monialium sepulti sunt, aut sepulturam pro se & suis particularem habent, in parochialibus ecclesiis sepeliri cogant. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. Const. 47. Pauli V. Incipit *Expositum*. Vide infra Ord. 246.

ORDINATIO CCXVII.
Anno 1608. 11. Jul.

UT Archiepiscopus Limanus creet Judicem Metropolitanum in Regno Chilensi. Bullæ meminit P. Cl. Clemens Decad. 12. Videtur tamen effectu caruisse ex iis quæ habet Ill. Villarroel Chilensis Episcopus (*a*). Et quod non possit Archiepiscopus de suo Judicem Metropolitanum constituere in diœcesibus suffraganeorum, nisi ubi jus habeat immemoriali consuetudine præscriptum, vide apud Solorzanum (*b*).

ORDINATIO CCXVIII.
Anno 1609. 11. Mar.

UT in conventibus Novi Regni, Chilensis, & Philippinarum possint Dominicani litterarios gradus conferre. Bullæ meminit P. Cl. Clemens, Dec. 12. Vide Ord. 241. 262. 288. 308. 395. & 405.

ORDINATIO CCXIX.
Anno 1609. 28. April.

UT Indi possint indulgentias omnes & jubilæos lucrari cum sola confessione. Brevis meminit Solorzanus (*c*). Sed hæc concessio restrictionem habet, de qua infra Ord. 286. anno 1634. 13. Mart. Vide Ord. 100. ann. 1562. 11. Aug.

ORDINATIO CCXX.
Anno 1609. 8. Jul.

UT religiosi, qui ad partes Indiarum ad fidem catholicam prædicandam, vel alia ecclesiastica ministeria exercenda mittuntur, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda ad ea loca rectà se conferant,

(a) *Villarr. Gov. Eccl. tom. 1. P. 1. a. 2. n. 35.* (b) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 9. n. 42.* (c) *Solorz. lib. 2. Polit. cap. 29.*

Digitized by Google

rant, ad quæ à suis superioribus destinantur. Extat in Bullar. Cherub. tom. 3. Const. 56. Pauli V. *Incipit Recepimus*.

ORDINATIO CCXXI.
Anno 1609. 20. Jul.

DIvisa Provincia Limana fit Archiepiscopalis Ecclesia Platensis, de qua supra Ord. 145. Et Provinciæ Limanæ aggregantur Ecclesiæ Arequipensis, & Guamangensis; Platensi verò Ecclesia Chuquiabi, vulgò *de la Paz*. Meminit Cl. Clemens, Dec. 12.

Eodem anno & die concessa est per S. Rituum Congregationem in Tlaskalensi, monialibus S. Catharinæ Senensis, licentia recitandi prima hora noctis matutinum, quod alioquin media nocte recitandum erat; scilicet ob aëris intemperiem aliasque causas. Refert Barbosa in Collectaneis (*a*). Et similem licentiam refert ad annum 1605. 12. Nov.

ORDINATIO CCXXII.
Anno 1610. 11. Febr.

FAcultates Societati Jesu in Indiis concessæ prorogatæ ad tempus sunt. Facultas verò in impedimentis matrimonii dispensandi in foro conscientiæ in perpetuum, nunc primùm concessa prodiit absque nota perpetuitatis. Unde dubium ortum est de quo Ord. 449.; præsertim renovata eâdem perpetuitatis nota in Const. *Cum sicut*, de qua mox anno 1614. 16. Maii. Sed & aliæ limitationes adhibitæ sunt in præsente prorogatione, quæ in præcedentibus desunt, & in posterioribus conservantur. V. gr. facultas absolvendi à reservatis in Bulla Cœnæ tribus limitationibus coarctata est, scilicet ubi non est inquisitio, ubi fideles inter infideles degunt, & ubi Ordinarii non sunt ejusmodi facultatem habentes. Item: concionatores & confessarii à Præposito Generali facultatem habentes, vel ab aliquo Episcopo semel approbati, facultate alia non egebant. Sed Paulus V. facultatem prorogavit audiendi confessiones & prædicandi duplici limitatione, scilicet ut approbatio deberet esse alicujus illarum partium Episcopi, utque in oratoriis vel ecclesiis Societatis audiretur confessio, vel haberetur concio.

Eodem anno 1610. 15. Maii, resolvit S. Rituum Congregatio in causa Chilensi Indiarum occidentalium, posse Episcopum compellere regulares mendicantes sub censuris, ut accedant ad publicas & generales processiones. Refert Barbosa (*b*). Similem resolutionem refert P. Zacharias (*c*) ad 27. Jul. 1609. Sed hac lege excipiendi sunt primò ex Concilio Tridentino monachi (*d*), qui sub strictiore clausura perpetuò vivunt. Deinde qui privilegium habent ne ad processiones quavis instituendas

(a) *Barbos. V.* Licentia, & *V.* Matutinum.
(b) *Barbos. Collect. V.* Ep. quoad process.
(c) *Zach. Prodr. in Lacr. pag.* 58.
(d) *Trid. sess.* 25. *cap.* 13. *De Regular.*

Digitized by Google

das de causa compellantur, quale Jesuitas habuisse indicat Fagnanus (*a*). Tandem ex declaratione Gregorii XIII. apud ipsum, ii quorum monasterium ultra quingentos passus à civitate distat.

ORDINATIO CCXXIII.
Anno 1610. 7. Dec.

AD instantiam Regis Catholici decretum est, ut conciliorum provincialium celebratio in Indiis differri possit ad annos duodecim. Bullam se vidisse testatur Ill. D. Felicianus de Vega apud Solorzanum (*b*). Quolibet quinquennio ex apostolico indulto priùs erant celebranda, deinde septennio, iterum sexennio, ut refert Frasso (*c*). Sed in Indiarum Recopilatione præsentis ordinationis indicitur executio, si necessitas aliud non suaserit (*d*). Vide Ord. 128. & 138.

ORDINATIO CCXXIV.
Anno 1610. 7. Dec.

NE Episcopi ex Hispania ad Ecclesias Indiarum electi moras *ibi* nectant; sed ad suas Ecclesias primo quoque tempore navigent, ibique consecrentur sub pœna amissionis fructuum pro tempore dilationis. Refert Solorzanus (*e*). Et quoad morandi prohibitionem idem esse decretum à Gregorio XIII. habetur in Jure Indico (*f*):

ORDINATIO CCXXV.
Anno 1610. 7. Dec.

DIspensatum est, ut Indiarum Episcopi possint ab uno consecrari, assistentibus duobus in dignitate constitutis, ut testatur in sua Curia Ecclesiastica Franciscus Ortiz Salcedo, pluresque viri docti, qui & breve legerunt, affirmant. Ita habet Fr. Hyacinthus Jorquera O. P. in quadam resolutione morali. Vide supra Ord. 99. & infra Ord. 318. cum seq. Et anno 1605. 16. Jul. S. Rituum Congregatio in Goana Indiarum concessit, ut Episcopus cum assistentia duarum dignitatum loco Episcoporum ab Archiepiscopo Goano posset consecrari ex speciali gratia, & attenta penuria Episcoporum in illis partibus. Sed hæc postrema declaratio, quam refert Barbosa (*g*), quandoquidem Archiepiscopus Goanus nominatur ad aliquem determinatum Indiarum orientalium *episcopum* contracta esse videtur.

OR-

(a) *Fagn. lib. 5. Decr. in* C. Nimis, *De Exc. Prael.*
(b) *Solorz. t. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 7. n. 40.*
(c) *Frasso, cap. 95. a num. 35.*
(d) *Leg. 1. tit. 8. lib. 1. R. 2.*
(e) *Solorz. loc. cit. num. 86.*
(f) *Leg. 2. tit. 8. lib. 1. R. 2.*
(g) *Barb. l. c.* V. Episcopus.

ORDINATIO CCXXVI.
Anno 1611. 21. Sept.

UT conventus in America, qui numerum saltem octo religiosorum alere non possunt, supprimantur: committiturque executio illarum partium Episcoporum arbitrio. Fit mentio in alia, per quam hæc revocatur, constitutione Clementis XII. anni 1734., de qua Ord. 531. Vide etiam Ord. 481. 483. 540.

ORDINATIO CCXXVII.

PAulus V. concessit Augustinianis Mexicanensibus posse celebrare à quavis hora post mediam noctem. Ita P. Nicolaus Duran in M. S. *de Privilegiis Indicis*. P. Bartholomæus Tafur S. J. è Provincia Peruana in Additionibus ad *Vivæ vocis oracula* Cardinalis de Lugo inquit communicatum esse illi Provinciæ privilegium Augustinianorum. Communicatum revera fuit tam illi Provinciæ, quam Paraguariæ, ut constat ex earum regestis: communicatum à P. Claudio Aquaviva pro potestate sibi à Summo Pontifice facta. At P. Claudius diu ante mortuus est quam vivæ vocis oracula revocarentur. Unde ad posteriorem usum nulla est communicatio, sicut nullum est privilegium, quod suppono non esse bullatum. Idem dictum esto de privilegio simili Benedictinis Vallisoletanis concesso, de quo Dicastillo (*a*) loquitur. Vide P. Avendaño (*b*).

ORDINATIO CCXXVIII.
Anno 1614. 16. Maii.

UT presbyteri Societatis, quos Præpositus Generalis eligeret per se vel per alios in Indiis orientalibus vel occidentalibus cum neophytis in quibuscumque jure divino non prohibitis consanguinitatis aut affinitatis gradibus, vel aliàs conjunctis seu se attinentibus, ut matrimonium contrahere valerent, ubi locorum Ordinarii facilè adiri non possent, in foro conscientiæ perpetuò dispensare possent. Et extensa fuit facultas ad forum externum certis conditionibus valitura, sed ad viginti annos. Nec non ut denuntiationes aliasque extrinsecas solemnitates omittere possent, cum expediret, prolemque legitimam declarare. Insuper quoscumque etiam extra ecclesias & sine ceremoniis consuetis baptizare ad viginti annos. Admonentur tamen ne his facultatibus utantur, nisi ubi expedire judicarent. Mandaturque ut neophytos diligenter admoneant, quod ab istis matrimoniis abstineant. Extat in Compendio Indico anni 1615.

OR-

(a) *Dic. tr. 5. D. 4. De Sacrif. Dub. 4. num. 65.* (b) *Avend. tit. 12. Thesaur. cap. 10. n. 238.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCXXIX.
Anno 1614. 15. Jul.

PRovincia de Pernambuco in Brasilia erigitur in administrationem spiritualem. Mentio fit in Const. 4. Bullar. Rom. tom. 8. pag. 6. inter constitutiones Innocentii XI. Jus autem ejusmodi administrationum quale sit vide Ord. 590. Vide etiam Ord. 375.

Eodem anno 30. Sept. & 15. Octobris, resolvit S. Rituum Congregatio in Mexicana, quod clerus sæcularis debet semper & in omni loco habere præcedentiam supra regulares ex universali ecclesiæ consuetudine. Refert Barbosa in Collectaneis (*a*).

ORDINATIO CCXXX.
Anno 1615. 26. Mar.

UT Sinarum missionarii possint in eo Imperio celebrare tecto capite, non vulgari & communi pileo, sed alio proprio, & si fieri potest ejusdem cum paramentis coloris. Et sacerdotes natione Sinici possint sacra ministrare & functiones sacras peragere juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in lingua erudita Sinarum. Ita habetur in Compendio Indico anni 1737. V. *Missa*. Incipit *In Generali*.

ADNOTATIONES.

Longe aliter enuntiatur secunda hujus constitutionis pars à P. Julio Cordara (*b*), dum refert P. Trigaltio concessum, scilicet præsenti constitutione, *Ut liceret* sacros codices in sermonem Sinarum convertere, non plebejum, sed litteratorum *proprium*. Quod latè distat à facultate missam celebrandi, & sacras functiones peragendi lingua sinica. Litem dirimat qui constitutionem legere potuit. Quod si utrumque conceditur, non erat omittendum historico quod majus & rarius est.

P. Daniel Papebrochius (*c*) refert ex auditis à sibi noto P. Procuratore missionis sinicæ, cui facultatis in Romana Curia impetrandæ provincia demandata est, revera gratiam & potestatem officia sacra apud Sinas vulgari litteratorum lingua peragendi esse petitam, & annuente Paulo V. susceptam esse versionem Missalis Romani in idioma sinicum, examinandam deinceps & usui aptandam. Innocentio XI. sedente Romam allata est: & quanquam Summus Pontifex inclinabat, ut exoptatam facultatem concederet, aliorum dictamine hoc negotium interturbatum est primo, deinde desperatum.

De privilegio tegendi caput hæc habet Theophilus Rainaudus (*d*) ex illius

(a) *Barbosa*, *V.* Clerus.
(b) *Cordara*, *Hist. Soc. P. VI. ann.* 1616. *pag.* 216.
(c) *Papebr. Conat. Chron. sub Innoc. XI.*
(d) *Rain. tom. XIII. de Pileo. sect.* 14. *pag.* 628.

illius temporis litteris annuis: *Apud* Seres sive Sinas inurbanum est capite esse nudo. Habitus est eorum, qui ad patibulum rapiuntur. Sinæ christiani capita aperiunt tantum cum de peccatis confitentur. Institere apud Paulum V., ne sacrificium dehonestari vellet. Annuit dummodo tegmen à profano discreparet. Novum excogitarunt, quod superius quadratum, & à vertice usque ad medium uniuscujusque ex quatuor angulis pendente filo tripartito pretioso ornatum, ita ut in toto appareant duodecim partes distinctæ. Ad quamlibet partem extat porta acu facta. Exhibent Hierusalem in quadro positam, & duodecim portis *distinctam*.

ORDINATIO CCXXXI.
Anno 1615. 23. Maii.

IN dubio per Ill. Fr. Augustinum de Carbajal ex Episcopatu Panamensi ad Guamangensem translatum proposito, an sibi deberentur fructus à die quo fuit erecta ecclesia (I); an ab eo quo orator fuit propositus in consistorio; an à die aditæ possessionis; Sanctissimus audita S. Congregationis Cardinalium Episcoporum negotiis præpositorum sententia, mandavit quòd fructus ei consignarentur à die translationis, & præfectionis (II) in Episcopum & Pastorem Ecclesiæ Guamangæ. Ita habet Solorzanus (*a*). Juxta quod est lex in Jure Indico (*b*): *Conforme* à derecho y bulas apostolicas pertenecen à los Arzobispos y Obispos de nuestras Indias los frutos decimales de sus Obispados desde el dia del *fiat* de Su *Santitad*.

ADNOTATIONES.

(I) *Quo fuit erecta ecclesia*. Non ergo fuit erecta Ecclesia Guamangæ anno 1619., nec 1616., ut dictum supra Ord. 145., quandoquidem anno 1615. jam de perfecta erectione sermo est.

(II) *A die translationis*. Translationem intelligit Solorzanus in Politica (*c*), non eam quæ effectu vel possessione completur, sed pontificiam confirmationem etiam ante bullarum expeditionem verbo declaratam. Ait enim: *Declaró* y mandó que se le diessen y confirmassen los frutos desde el dia que fue confirmado y propuesto para Obispo de Guamanga. Idque conforme est citatæ Juris Indici legi. De fructibus minor est difficultas; habita enim notitia prima de intenta translatione per regiam schedulam, quæ præmitti solet ut transferendo permittatur administratio ecclesiæ *ad quam*, possunt & solent fructus retineri, ut quando per bullas præsentatas constet de die factæ confirmationis, ex tunc decursi ecclesiæ *ad quam* fructus consignentur Episcopo translato, & consignari desinant decursi in ecclesia *à qua*. Quodsi praxis alicubi sit, ut aliquando audivi, ut fructus consignentur Episcopo nominato, non à die confirmationis apostolicæ, sed

(a) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 5. n. 56.* (b) *Leg. 2. tit. 7. lib. 1. R. de Ind.*
(c) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 5.*

Digitized by Google

sed à die regiæ præsentationis, seu gratiæ à Rege factæ, potest id in regiam munificentiam referri supererogantis de vacantium fructibus in favorem præsentati.

Major est difficultas, quam versat Solorzanus (a) de translati jurisdictione, à quo tempore cesset in Ecclesia *à qua*, dum accepta est regia de promotione schedula, & suscepta administratio ecclesiæ *ad quam*, nondum tamen constat an & quando expeditæ sint bullæ translationis, nec confirmatio per Pontificem. Qui casus frequentissimus occurrit. Et in Diœcesi Tucumana, dum hæc scribuntur jus dicit Vicarius Generalis & Provisor constitutus ab Ill. Argandoña, qui jam diu gubernat Archidiœcesim Platensem, quò è Tucumania translatus est. Neque injuriâ, quidquid dicat Solorzanus; nam per regiam promotionis aut translationis schedam tantùm constat de præsentatione facta jure patronatus, & de petita confirmatione pontificia, ut quis promoveatur vel transferatur, non de jam facta promotione vel translatione, quæ non nisi per apostolicum *fiat* peragitur. Quandiu vero non constat de facta promotione, legitimum jus dicere pergit præsentatus per se vel per Vicarium à se constitutum in diœcesi *à qua*. Alioquin cessaret jurisdictio antequam innotesceret promotio, seu dum est prorsus ignorata.

Inquit Solorzanus, eum qui novam Ecclesiam acceptat, præsumi renuntiasse veteri. Sed qua ratione id præsumitur, cum Episcopus solum mutans Vicarium pro se absente reliquerit? Addit, Ecclesiæ secundæ susceptionem esse quasi matrimonium spirituale, quo vinculum cum prima dissolvitur. Facile negatur; nam qui accepta schedula regia secundam Ecclesiam suscipit gubernandam, eam suscipit non ut sponsus, sed ut tutor vel curator, sed ut merus administrator, ut notum est in Jure Indico, usque ad tempus, quo à Summo Pontifice per *fiat* definito, & notificato, incipit tutor esse & sponsus, vinculo cum prima dissoluto. Vide infra Ord. 389.

Alius est casus frequentissimè occurrens, qui & modo in vicinia illa pendet, scilicet Episcopi, qui jam pridem bullas accepit promotionis & acceptavit, nondum tamen adiit possessionem Ecclesiæ *ad quam*, & Ecclesiam *à qua* gubernare pergit, Capitulo dissimulante. Solorzanus loc. cit. hæret dubius de jure, sed inclinat ad negandum. Nicolaus Garcia apud ipsum contrarium tenet. Doctor Indicus Machado (b) scribit apud Dianam: *La primera* question es, quando el Obispo fue promovido de su Iglesia, y se le despacharon las bulas, si antes de tomar possession de la segunda Iglesia, se diga haver vacado, y quedar en sede vacante *la primera*. Esta question es tan reñida, que viene à ser comun contra comun. La parte affirmativa de que la Iglesia no queda en tal caso en sede vacante, defienden una glossa y otras muchos, y que puede el Obispo continuar su jurisdicion por si ò por su Vicario todo el tiempo que tar-

(a) *Solorz. tom. 2. De Ind. jur. l. 3. c. 13., Et lib. 4. Polit. cap. 13.*

(b) *Mach. apud Dian. P. 8. tr. 4. R. 33., Coordin. to. 3. tr. 5. R. 6. Vide Garc. to. 2. P. 11. De Benef. cap. 6. num. 38. & seq. pag. 225.*

Digitized by Google

tardare en tomar possession del segundo Obispado. Y Nicolao Garcia affirma, que en España se observa frequentamente esta opinion por costumbre de que trae algunos exemplos. Y assimismo affirmaque en tal caso se svelen despachar en el Consejo Supremo de la Camara provisiones, paraque en la primera Iglesia no se publique sede vacante hastaque en la segunda tome possession el Obispo promovido. La contraria tiene y prueba doctamente el Doctor Solorzano con otros muchos à quienes refiere y sigue. Fúndase en que la Iglesia vaca luego que *ab illius* vinculo absolvitur in consistorio Romani Pontificis, etiam si non sint expeditæ litteræ vel *capta possessio*. Y si es cierto lo que refiere Alcedo, que ha tenido noticia por relacion de varones gravissimos, que se ha despachado breve en el qual se prohibe à los Obispos promovidos administrar ò exercer qualquiera cosa en su Obispado despues que tuvieron noticia de su promocion, cessarian las dudas y las disputas que sobre esto se offrecen *todos los dias*. In hanc etiam Solorzani sententiam inclinarunt Regii Senatores in causa Episcopi Carthaginensis ad Ecclesiam Popajanensem translati, quam refert D. Ramirus Valenzuela in Additionibus ad Solorzanum, lib. 4. Pol. cap. 13.

ORDINATIO CCXXXII.
Anno 1615. 7. Dec.

PAulus V. providit administrationi Ecclesiæ Japonensis sede vacante. Mentio fit in Formula juramenti a missionariis præstandi juxta decretum Seren. Portugalliæ Regis. Quid vero providerit Paulus refert Charlevoix in Historia Japonica, nempe ut Provincialis Societatis Jesu administrationem susciperet. Forte ad hoc tempus referendum sit quod habet in simili Solorzanus (a) de Ecclesiæ Manilensis administratione: *Por lo tocante* à la Iglesia Metropolitana de Manila en las Philippinas impetraron los Embajadores del Rei N. S. que quando sucediere vacar, se llame à su govierno el Obispo mas cercano. Vide Ord. 137. 389. 461. & seq.

ORDINATIO CCXXXIII.

PAulus V. statuta monasterii S. Catharinæ Senensis Cordubæ in Tucumania approbat, defectus si qui fuerunt supplet, decernitque statuta & monialium professiones esse validas. In futurum autem, ritum conferendi habitum monialibus à regula S. Dominici sumptum servari debere. Nempe pro parte monasterii propositum erat, quod erecto illo per Ordinarium loci authoritate apostolica, pro illius regimine statuta quædam ex regula S. Teresiæ aliquantulum tamen immutata addita fuerant. Dubitatumque fuit, an statuta & professio monialium essent valida, in quibus

(a) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 13.*

Digitized by Google

bus habitus Dominicanus à regula Carmelitana discrepabat. Res primùm deducta fuit in theses novo ritu coram monialibus disputatas, nullitatem propugnante Fr. Ferdinando Mexia fundatricis monasterii consobrino. Pro valore stetit P. Petrus Oñate S. J. libris *De Contractibus* editis notus, ea maximè ratione quod habitus non facit monialem, sicut nec monachum; & quia paululum quod de regula immutatum erat, pro nihilo reputandum. Vide P. Nic. del Techo (*a*).

ORDINATIO CCXXXIV.
Anno 1616.

UT Ecclesiæ Limanæ capitulum possit singulis annis adjunctos eligere; ut juxta Concilii Tridentini decretum de eorum consilio & assensu in causis capitularium extra visitationem procedere debeat Prælatus. Ita habet Solorzanus (*b*), idemque privilegium competere reliquis Indiarum ecclesiis, quamvis aliquando prælatorum præpotentiâ usus intercludatur. Ratio Solorzani est, quia licet in Indiarum Ecclesiarum erectionibus, excepta Truxillensi, mentio nulla fiat de adjunctis; at in omnibus continetur communicatio jurium, consuetudinum, indultorumque competentium Hispaniensibus Ecclesiis, quorum præsens de adjunctis est fere commune.

Communicationem jurium Episcopis faventium in erectione, quæ ad manum est, video, faventium capitulis contra Episcopos non video, sed tantum quod Ecclesiæ Indicanæ in cantu & ritu Hispalensi conformes sint, in beneficiorum provisionibus Palentinæ. At adjunctorum electio jura Episcoporum coarctat, ut pro certo habet eodem loco Solorzanus. Minus etiam verum est quod ait vel ex proprio sensu, vel ex sententia informatorum quos refert, Tridentinum ubi præsentem de adjunctis disciplinam explicavit, eam generaliter statuisse pro omnibus ecclesiis, cum verba Concilii sint (*c*): *Hæc autem omnia & singula in iis ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiis, sive quocumque alio jure, majorem habent potestatem quam præsenti decreto sit comprehensum*. Propter hæc forte Ecclesia Neo-Scalabitana seu Truxillensis, cujus erectionem Frassus posuit hoc anno (*d*) jus adjunctorum expressum voluit, ne in dubium cum pacis detrimento verteretur.

ORDINATIO CCXXXV.
Anno 1616. 6. Dec.

SA Congregatio Episcoporum & Regularium in causa Chilensi decidit, Episcopos visitare posse, nedum confraternitates, sed etiam altaria & capellas earum intra Regularium ecclesias constitutas, circa ea tantum

(a) *Techo, lib. 5. Hist. Parag. c. 11. & 12. pag. 138.* (b) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 14.*
(c) *C. Trid. s. 25. cap. 6. De Reform.* (d) *Frasso, c. 29. n. 33.*

Digitized by Google

tum quæ confraternitatum administrationem concernunt. Refert ex Barbosa P. Forti (*a*), qui tamen exemptas voluit ab Ordinariorum visitatione congregationes existentes sub directione Societatis Jesu, eo quod non habent redditus, nec sunt corpore stabilia, sed quæ cessante dicta directione evanescunt. Idem habet Compendium Commune Privilegiorum Societatis, cujus verba sunt (*b*): *Cum* per concessionem Sixti V. Præpositus Generalis possit dissolvere quaslibet congregationes externorum erectas vel erigendas sub cura & directione Societatis; atque Societas pluries declaraverit juxta suum morem illas erigendi & retinendi confirmatum litteris apostolicis Gregorii XIII. Sixti V. Gregorii XV. & Benedicti XIV. prædictas congregationes possidere bona non posse, Ordinarii locorum non possunt se ingerere in visitatione eorumdem sub prætextu bonorum, quæ ex pia largitione & donatione in illarum usum obveniant. Bona vero, suppellectiles, & mobilia omnia in eventu dissolutionis revertuntur in dominium Societatis, & Collegiorum, nisi aliter constet de voluntate donantium ut inhærendo litteris apostolicis definivit S. Congregatio Episc. & Regul. in una Asculana 16. Mart. 1713., & in Firmana 2. *Dec.* 1740., approbante Benedicto XIV. in Const. *Laudabile*, 15. Febr. 1758. Vide Ord. 552. & modo sequentem.

ORDINATIO CCXXXVI.
Anno 1616. 6. Dec.

EAdem S. Congregatio in causa itidem Chilensi resolvit, non licere clericis Societatis Jesu, nec Regularibus Sancti Dominici confraternitates seu novas congregationes cum usu saccorum erigere sine licentia Ordinarii loci. Refert ex eodem Barbosa Forti (*c*).

Ad hunc annum 1616. refert Quintanadueñas (*d*) in Manilensi denuò resolutum esse, quod supra in Limana, & Manilensi sub die 10. Jun. 1591.

ORDINATIO CCXXXVII.

PAulus V. præter Pontifices alios, seu dispensando concessisse Provinciæ Chiapensi in Indiis occidentalibus, seu declarando permisisse dicitur usum chocolatæ in jejuniis extra horam refectionis. Mentio fit ab Antonio Leon Pinello in Opusculo inscripto *Question Moral del Chocolate*.

ADNOTATIONES.

In Quæstione sua resolvit Pinellus, *chocolate* non esse potum, sed cibum legibus jejunii contrarium, quamvis permittat ex parvitate materiæ eam quan-

(a) *Forti, Art. 22. De Conserv. n. 239. pag. 192.* (b) *Tom. I. Inst. pag. 279. Ed. 1751.*
(c) *Forti, loc. cit. n. 246.* (d) *Quintanad. 10. posthum. tr. 6. De Privil. Ind. sing. 9. n. 1.*

quantitatem aquâ dilutam ſumere, quæ antequam diluatur ſit parva, putà unius vel alterius unciæ: eoque minus ſcrupulosè procedi poſſe arbitretur, quanto major adhibeatur aquæ quantitas cum parva quantitate cacai. Sed materiæ parvitas culpam levificare poteſt, non evacuare. Nec ad parvitatem materiæ definiendam attendenda eſt ſolum chocolatæ quantitas, ut erat antequam dilueretur aquâ, ſed ut à jejunante ſumitur aqua & igne alterata ut patet in juſculo aqua & carnium exigua quantitate coctis conſtante. Sed opto clariorem de hac Pontificis Ordinatione notitiam, utque declaretur magis quæſtionis materia, cum chocolata aliter ab aliis condiatur, adhibeaturque nunc prævalente aqua in mixtura quæ fit, nunc materia ſolidiore, nunc plurium materiarum etiam aromaticarum congerie, de quo vide laudatum Pinello.

P. Concina, vel quiſquis eſt author opuſculi anonymi (*a*) quod illi tribuit Zacharias (*b*), cenſet ſcandaloſam opinionem de uſu licito chocolatæ toties quoties: *Una* cicara (ſubdit) non ſi vuole determinare ſe ſia *mortale*. Refert ibidem opinionem Thomæ Hurtado uſum honeſtantis quatuor de titulis, ſive ſeorſim ſive ſimul ſumptis: ſcilicet, ex conſuetudine, ex qualitate potûs, ex materiæ parvitate, & ex apoſtolica conceſſione. Et quod attinet ad conceſſionem P. Raphael de Luxana O. P. Provincialis Provinciæ S. Vicentii in Indiis occidentalibus juratus affirmare dicitur, Fr. Hieronymum à S. Vincentio ejuſdem Ordinis, à ſingulari pietate laudatum, & Provinciæ Guatimalenſi præfectum ſe coram teſtatum, dum eſſet Romæ, S. Pium V. informatum qua ratione in Indiis ea potio adhiberetur, à ſe conſultum reſpondiſſe: *Potus* non frangit *jejunium*. Id à P. Luxan declaratum eſt 23. Mart. 1619.

P. Rodericus Marinque S. J. narrat, P. Didacum de Soſa ejuſdem Societatis Provinciæ Mexicanæ viſitatorem ſibi teſtatum eſſe, P. Nicolaum de Anaja, dum Romæ Mexicanæ Provinciæ procuratorem ageret, Paulum V. anno 1614. hac de re conſuluiſſe, qui peregrinæ potionis ſe coram imperato opificio, reſpondit: *Hoc* non frangit *jejunium*. Oraculum expedivit procurator ad Mexicanæ Provinciæ tunc Præpoſitum, ex cujus teſtimonio Provinciæ primoribus innotuit, hinc Soſæ viſitatori, deinde referenti Manriquio. Et tractatum quidem Manriquii probarunt 3. Junii 1630. plures Soc. Jeſu Patres, Hiſpali à doctrina noti, & laudati à Thoma Hurtado.

Aliud ſimile Gregorii XV. reſponſum addit apud Concinam Hurtadus Leandro Capuccino iratus quod ad fabulas rejiciat oracula hæc. Leandri (non Capucini ſive de Murcia, ſed Trinitarii) à SS. Sacramento ſententiam habes apud P. Thirſum (*c*) in adjuncta diſſertatione authoris innominati ſic loquentis: *Declarationes*, quæ non ſunt editæ authenticæ, ſed in aliquibus hiſtoriis circumferuntur, nullo modo cenſentur certam fidem facere, ut patet inter alia in declarationibus trium Summorum Pontifi-

(a) *Memor. Stor. ſopra l'uſo della Cioccol:... in una lettera a Mgr.....*
(b) *Zach. in Lacr. 9. 250. De Jej.* (c) *Thirſ. de rect. uſ. op. prob. Diſſ. 14. cap. 7. §. 2.*

tificum circa potionem chocolaticam, quas plerique theologi parvipendunt, etiamsi referantur in historiis non minus fide dignis quam sit historia (de qua ibi). Id videre est in Leandro a SS. Sacramento (*a*), ibi enim quærit an potio chocolatica sit absolutè & simpliciter licita in die jejunii ex concessione Pontificis? Et affirmativæ sententiæ authores & fundamenta proponit, nempe quod ita declaraverunt tres Summi Pontifices, præcipuè Gregorius XIII. (non XV.), cujus declarationem refert Ill. Fr. Augustinus Padilla Archiepiscopus Hispanicæ in India his verbis (*b*): *Yo he visto* la consulta que se hizo al Papa Gregorio XIII. por mano del Dr Arpilcueta Navarro à instancia de la provincia de Chiapa, donde se comenzo esta bebedida. Y con ser la relacion, harto encarecida, respondio el Papà par dos vezes que no quebraba el *aiuno*. Et tamen subdit Leander: Negant verò alii putantes, neque ex hoc capite esse licitam potionem chocolaticam in die jejunii, quia putant dictas declarationes quibus continetur, *Que el chocolate es bebida*, vel non dari, vel de illis non costare authenticè, & sic nullam habere *vim*. Hucusque anonymus apud Thirsum.

Relata Pontificum responsa sunt quidem vivæ vocis oracula, non tamen de revocatis, cum sint purè declarativa, ut ex tenore patet: certè privilegia non sunt ulli regularium instituto facta. Nec si documentis constent fide dignis & legitimis requirenda est major authenticitas ad resolutiones doctrinales. P. Concinam male habet, quod oracula Pontificum, utique Romæ prolata, solis Chiapensibus Dominicanis, & Mexicanis Jesuitis nota sint. Solis quidem Chiapensibus & Mexicanis data sunt primò, nec mirum cum non aliunde consultus sit Pontifex; & res eo tempore fuerit Chiapæ & Mexico fere peculiaris & propria, nec tam vulgaris ut modo est in Europa. Nota verò sunt jam etiam vulgo ex quo passim ab authoribus referuntur, & ab ipso Concina. Neque rei non accrescit authoritas magna ex quo Dominicani & Jesuitæ conveniunt.

Cardinalis Brancatius, qui cum Cardinali Cozza sententiæ benignæ de cocholatæ usu, adstipulatur, meminit bullæ cujusdam, qua Urbanus VIII. eidem sententiæ favet. Verba Em. Cardinalis apud Concinam sunt: *Non* asciscam mihi hac assertione præsidium ex assertis Summorum Pontificum Pii V. Gregorii XIII. Gregorii XV. declarationibus relatis ab Hurtado, aut ex bulla Urbani VIII. cujus meminit Henricus Stubæus, & prius Pellicier ab Hurtado relatus, nostram sententiam confirmantibus. De his enim mihi legitimè non constat, neque illas vidi, neque id a viris quorum certe cognitionem fugere non poterant, audivi. Imo cum plerumque coram Pontifice me præsente in Episcoporum examine hæc controversia fuerit proposita, nulla de assertis bullis mentio facta *est*.

Benedictus XIV., licèt in pontificatu nihil quod sciam de hoc argumento scriptum reliquerit in Notificationibus, dum Bononiensem regeret Ecclesiam, ait (*c*): *Si va* disputando se la nuova bebanda del ciocolate,

(a) *Leandr. P. 3. tr. 1. §. 2.* (b) *Padilla, Hist. Regn. Mex. lib. 2. cap. 84.*
(c) *B. XIV. Notif. XV. tom. 2. pag. 166. anno 1733. Edita.*

Digitized by Google

te, presa fuori dell'ora della ritezione guasti il digiuno, sostenendo alcuni la sentenza *negativa*. Subdit Concina; hinc evidenter inferri, cæteros communiter theologos contrariam sententiam affirmativam tenere. Ex eo nempe quod Benedictus dicat, aliquos sustinere negativam, vult hic author evidenter illatum, reliquos affirmare. Sed hujus illationis neque evidentia, neque rectitudo, neque nexu ullus apparet, cum possint aliqui negare, aliqui seu plures, seu pauciores affirmare, & reliqui theologi ut in re nova, nec ab omnibus tractata, nec affirmare nec negare, sed controversiam prætermittere, vel relatis authorum placitis indecisam relinquere, quod modò facimus, & fecit loco citato Benedictus (a) dum ait, nescias an purè permittendo, an approbando: *Si cammini* pure colla opinione più benigna che il bere il ciocolate non guasti il digiuno. Ma chi potrà scusare dalla colpa d'intemperanza, e forse anche dalla trasgressione del digiuno chi ne prendesse una tazza assai più grande del *solito*?

Aliqui etiam theologi hoc argumentum versantes sententiam neque affirmando, neque negando absolutè proferunt, sed cum limitationibus quales habet P. Thomas Pius Millante O. P., & ipse antiprobabilista, cujus verba apud Concinam sunt: *Asserere* omnino adversam esurialibus diebus cocholatæ potionem, est carpere viros quà doctrina qua pietate insignes, qui illa hodie sine scrupulo utuntur, aliisque ut licitam suadent: præsertim cum innumeri ex iis sint è cœtu eorum, qui nobiliori & purgatiori Theologiæ operam navant... Dico igitur esse absolutè licitam in moderata sesquiunciæ quantitate, quia parvitas materiæ ex consuetudine introducta & tolerata ab Ecclesia omnino excusat à culpa, licet ex se absque tali permissione non excusaret.... Qui post epotam sesquiunciam aliam propinare vellet, peccaret venialiter. Qui tertiò faceret, *mortaliter*.

Authores qui chocolatæ usum in jejuniis omnino damnant, ea fortè nituntur opinione, qua sibi aut aliis persuadere volunt, constare vi nutriendi vero majore. Ephraim Chambers (b) ait: *Alcuni* si sono sforzati di mostrare, che vi è più sugo nutrizio in una oncia di cacao, che in una libra di carne di bue e di *castrato*. Et in Relatione quæ commilitoni cuidam Mexici debellatoris Cortesii adscribitur (c) chocolatæ virtus sic exaggeratur: *Est* potio omnium & liquorum & ciborum, quotquot in orbe toto noti sunt, sanissima, & succulentissima, cujus si quis mane pocillum bibat, poterit per totum diem cæterà impastus viam agere: præstatque illius usus tempore calido, quippe quæ suapte natura est *frigidior*.

Veriùs explicat chocolatæ vim & naturam loco citato Chambers dum ait: *E stimata* non solo un cibo eccellente, ma anche una buona medicina, ed almeno un buon vitto a dieta per eccitare e conservare il moderato calore dello stomaco ed ajutare la *digestione*. Et Lucanensibus Novis circa annum 1750 publicatum est opus D. Francisci Bernardi Vegezzi,

(a) *Ibid. num. 10.* (b) *Chamb. Diz. V.* Ciocolata. (c) *Relaz. della Città del Temistitan (Mexico) fatta per una Gentilhuomo del Sr. F. Cortes.*

zi, cui tam medicinalis visa est chocolata, ut invenerit solutivam, deobstructivam, & febrifugam.

Non temerè potionem hanc annumeraveris electuariis, de quibus est doctrina D. Thomæ tum in Summa (a), tum in Sententiariis ubi (b) ait: *Quæ* propter alios cibos accipi consueverunt; vel digerendos ut electuaria, vel deducendos per membra ut potus vini & aquæ, hujuscemodi jejunium non solvunt, quamvis etiam aliquomodo *nutriant*. Et alibi (c): *Dicendum* quod quidam dicunt, quodsi electuaria comedantur ob delectationem, solvunt jejunium; si autem causa medicinæ sumantur, non solvunt jejunium. Sed statutum positivæ legis non attendit intentionem observantis, sed ipsum actum, eo quod modus virtutis non cadit in præcepto, sed est finis præcepti. Sed ex intentione potest aliquis mereri vel demereri. Et ideo dicendum, quod licet electuaria aliquomodo nutriant, non tamen hic est principalis usus eorum. Unde nec loco manducationis summi consueverunt. Et ideo talis sumptio jejunium ecclesiæ non solvit, quamvis homo possit totaliter vel in parte ex hoc meritum jejunii perdere, vel etiam mortaliter peccare, si sit immoderata libido, non tamen est transgressor præcepti ecclesiæ, nisi in fraudem sumeret, aut si eis quasi aliis cibis uteretur, ad famem *extinguendam*. Hæc D. Thomas. Et quidem medicinæ causa pluris est ad honestandum chocolatæ, sicut electuariorum usum in multis, quam quod esca sit intellectum & spiritum alens, quod apud Bernardez (d) ajebat nescio quis. Vide P. La Reguera (e).

ORDINATIO CCXXXVIII.
Anno 1619. 26. Oct.

UT B. Francisco Xaverio nondum canonizato cultus in India præstari posset. Meminit P. Cordara (f).

ORDINATIO CCXXXIX.
Anno 1620.

ECclesia Durangi in Nova Hispania fit episcopalis. Mentio fit in Geographia Sacra apud Chiquet. Anno sequente 14. Maii ponitur à D. Gonzalvo de Paz.

Hoc eodem anno 1620. facta est episcopalis ecclesia Boni-aeris, & Ecclesia Conceptionis in Chile, ut refert P. Claudius Clemens. Sed quod attinet ad Sedem Conceptionis, illa non tam est primo erecta, quam translata ab oppido Imperiali in eodem regno destructo.

Eodem anno 1620 4. April. resolvit S. Congregatio Rituum in Mexica-

(a) *D. Th. 2. 2. q. 147. art. ..* (b) *In 4. d. 8. q. 1. art. 4. c. 2. ad 2.*
(c) *In 4. d. 15. q. 3. a. 4. q. 1. ad 3.* (d) *P. Man. Bernardez del Or. de Lisboa, Floresta de Var. apoth.* (e) *P. Man. de la Reg. Prax. Th. Myst.* (f) *Cordara, P. 6. Hist. Soc. ann. 1619. n. 178.*

xicana, circa assistentiam faciendam Episcopo à dignitatibus & canonicis, servandum esse Cæremoniale Romanum, prout circa alia omnia. Refert P. Ferrari (*a*).

ORDINATIO CCXL.
Anno 1620. 23. April.

Ex sententia Sacræ Congregationis in una Novi Regni Granatensis decisum est, quod si regulares fuerint ab Episcopo in examine reprobati, non possunt à suis superioribus mitti (I) ad alios Episcopos pro ordinibus suscipiendis. Et si hoc faciant, Episcopus non dioecesanus eos ordinans, à collatione ordinum per annum erit suspensus, & ordinati à susceptorum executione suspensi erunt (II) quandiu Episcopo dioecesano videbitur. Ita habet J. B. Pittoni (*b*).

ADNOTATIONES.

(I) *A suis superioribus mitti*. Die 15. Mart. 1596. sub Clemente VIII. censuit Congregatio Concilii, superiores regulares posse suo subdito *item* regulari dimissorias concedere, ad episcopum tamen dioecesanum, illius scilicet monasterii, in cujus familia is regularis positus fuerit. Vel si dioecesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, vel sedes vacaverit, ad quemcumque alium episcopum, dum tamen ab alio episcopo qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in tempus quo dioecesanus vel absfuturus esset, vel nullas ordinationes habiturus. Verum cum à superioribus regularibus, Episcopo dioecesano absente, vel ordinationes non habente, dimissoriæ dabuntur, in eis utique ejusmodi causam absentiæ dioecesani, vel ordinationum non habendarum exprimendam esse. Quod qui non fecerit, officii & dignitatis, vel administrationis, ac vocis activæ & passivæ privationis, aut alias arbitrio Summi Pontificis reservatas incurret.

Dubitare videtur C. Petra (*c*) an hoc decreto essent comprehensi clerici regulares S.J. Sed dubium eximit Innocentius XIII. Const. *Apostolici Ministerii*, data anno 1723. §. 15. dicens: *Servetur* decretum Clementis VIII., quo sancitur, ne litteræ dimissoriæ ad alium quam episcopum dioecesanum dirigantur. Exceptis Regularibus quibus post Tridentinum concessum fuerit, ut à quolibet ordinari *possint*. Quam constitutionem confirmat præter Benedictum XIII. Benedictus XIV. in Const. *Impositi Nobis*, data 3. Kal. Mart. 1746., ubi addit dimissorias exprimentes absentiæ episcopi, vel ordinationum non habendarum causam, nullius esse roboris, nisi authentica adjuncta sit Vicarii Generalis attestatio, aut cancellarii,

aut

(a) *Ferrar. Verbo Assistentia, num. 38.* (b) *Pittoni, CC. ad Episc. n. 753.*
(c) *Petra, Comment. in CC. Ap. tom. 2. pag. 346.*

Digitized by Google

aut secretarii Episcopi diœcesani, qua constet Episcopum abesse, vel ordinationes non habiturum tempore proximo ab Ecclesia statuto. Addit etiam, non prodesse privilegia communicata, sed opus esse directe concesso post Tridentini confirmationem. At clericis regularibus Societatis post Tridentinum directè concessum erat, nec tantum communicatum, ut à quolibet ordinari possent, nempe in Const. *Pium & utile* Gregorii XIII. data 22. Sept. 1582., & in alia eodem anno pro Indiis data quæ incipit *Summi Sacerdotii*, cujus mentio fit in Compendio Indico V. *Ordines* §. 2.

De eisdem regularibus erant resolutiones sequentes relatæ à C. Petra loc. cit.: An clerici S. J. habitantes in Diœcesi Mechliniensi, Archiepiscopo ordinationes habente, possint ordinari ab alio Episcopo? Die 15. Jul. 1681. responsum fuit affirmativè... An Archiepiscopo ordinationes habente, possint extra diœcesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria diœcesi? R. fuit affirmativè. An sacros ordines suscepturi ab Archiepiscopo Mechliniensi debeant se subjicere examini prout cæteri regulares? Die 15. Jul. 1683. S. Congregatio respondit negativè. Repropositis deinde dubiis istis 8. Jul. 1684. dilata est resolutio. Vide Lacroix (a), apud quem ad ultimum dubium responsum dicitur negative, nisi sit consuetudo in contrarium.

(11) *Suspensi erunt*. In decreto Clementis est qui legat: *Officii privationem incurrent*. Quo verbo putat Peirinis & cum eo Card. Petra loc. cit., importari pœnam seu suspensionem sententiæ ferendæ; quia verbum est de futuro. Sed quamvis verbum futurum sit, seu futurum tempus importet, non requirit futuram judicis actionem seu cooperationem, cum verbum sit neutrum. Innocentius XIII. in cit. Const. simile decretum sic effert: *Quodsi* præter hanc formam ordinetur ab alio, ordinans à collatione ordinum per annum ordinatus ab executione quandiu proprio Episcopo videbitur, *subjaceat*. At hæc nota est sententiæ latæ, à quo vix differunt *subjacebit*, *suspensus erit*, *suspensionem incurret*, quamvis verba sint de futuro. Quod attinet ad decretum Clementis VIII. testis est summus judex Benedictus XIV. cit., in authographo legi verbum *incurrant*, non *incurrent*; ait enim ibi: *Pœnalium* sanctionum quibus ipso facto adstringuntur (si quidem in authographo supra relati Clementini decreti distinctè legitur *incurrant*, non autem quod non nemo falso asseruit, *incurrent*.

ORDINATIO CCXLI.
Anno 1621. 8. Aug.

GRegorius V. concessit ad decennium facultatem conferendi gradus litterarios in collegiis Societatis Jesu distantibus à publica universitate biscentum milliaribus. Extabat in archivio Collegii Cordubensis S. J. in Tu-

(a) Lacr. De Sacr. Ord. n. 2193.

Digitized by Google

Tucumania. Incipit in *Eminenti*. Similis constitutio data dicitur a Paulo V., cujus mentio fit in Const. *Alias felicis*, de qua infra anno 1627. 7. Jan. Vide Ord. 262. 288., & 308.

Eodem anno 1621. 10. Martii prodierat S. Congregationis resolutio in Camarinensi, ut Episcopus possit regulares in iis quæ curam animarum & sacramentorum administrationem concernunt, visitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in visitatione facta procedere, eosque cogere ad exequendum. Refert Barbosa (*a*). Id ipsum generali constitutione, quæ incipit *Inscrutabili*, data anno sequente 1622. Non. Februar. decretum est. Et anno 1625. 18. Sept. ipsum in una Limana inculcatur apud cit. Barbosam (*b*), scilicet Episcopum in regulares curam animarum personarum sæcularium exercentes in iis, quæ dictam curam & sacramentorum administrationem concernunt, eadem authoritate uti posse, qua in parochos sæculares. Vide Ord. 263. 264. 273.

ORDINATIO CCXLII.
Anno 1622. 19. Febr.

SA Rituum Congregatio in causa vertente inter Archiepiscopum S. Fidei Novi Regni de *Granada* in Indiis occidentalibus, & Patres Societatis Jesu ex altera parte, audita relatione Cardinalis Sacrati, & audito Procuratore Generali Societatis, censuit Prælatos & reliquos Patres Jesuitas benedicere posse paramenta, aliaque ornamenta ecclesiastica, in quibus non adhibetur sacra unctio, pro servitio propriorum collegiorum tantùm; pro aliorum vero servitio non posse. Ea vero in quibus adhibetur sacra unctio, neque pro ipsorum, neque pro aliorum servitio, benedicere posse vel consecrare. Habetur apud Ill. Villarroel (*c*), qui & refert Senatus Indici revisionem & regium pro executione placitum. Vide supra Ord. 78. Adnot. 7., & infra Ord. 280. Anno 1625. 22. Mart. eadem Sacra Congregatio censuit & declaravit, hoc decretum quoad religiosos SS. Dominici, Francisci, & Augustini, ac B. Mariæ de Mercede extendi debere, ut ibidem ait Villarroel.

ORDINATIO CCXLIII.
Anno 1623. 31. Jan.

GRegorius XV., humanæ, ut ait, infirmitatis miserando Christianis Madurensibus, donec aliter à Sancta Sede provideatur, concedit uti posse suis illis (I) nobilitatis insignibus, linea (II), codumbo (III), sandalo (IV) & lavationibus (V), quæ ad corporis ornatum, & munditiem ordinabantur, dummodo idololatriam, aut superstitionem non sapiant, neque

(a) *Barb. Collect. V. Episcopus. §. 9. n. 321.* (b) *Barbosa, loc. cit. pag. 323.*
(c) *Villarr. tom. 1. P. 1. q. 6. art. 11.*

Digitized by Google

neque aliquid usurpetur quod præter simplicem horum usum superstitio aliquorum addiderat. Et quia hæc signa seu stigmata à sacerdotibus suis in gentilitate accipiebant decrevit Pontifex, ut ea acciperent à sacerdotibus legis evangelicæ, rejectis omnibus aliis cæremoniis gentilicis, & observantiis temporis, loci, & instrumentorum, quæ potius superstitionem indicant, quam actiones humanas. Ita haberi in libro m. s. privilegiorum in domo professa Romana Soc. Jesu pag. 124. refert P. Franciscus Diatzaño Romam è Paraquaria procurator missus in Adversariis m. s. Et meminit P. Cordara (a). Incipit *Romanæ Sedis*.

ADNOTATIONES.

(I) *Nobilitatis*. Madurenses pagani credunt, stirpem bracmanicam originem trahere & nobilitatem à numine nescio quo. Ac dum ex ea aliquis ad veram fidem conversus articulo isti renuntiat, non illico plebi se immiscet, sed nobilitatem alterius ordinis apud suos certam retinere amat. Sic ex. gr. qui ex Jove per Æneam gentilis ortum se credat, potest Jovis originem ad fabulas missam facere ex Ænea solo & posteris nobilitandus.

(II) *Linea*. Linea bracmanica constat variis funiculis contortuplicatis, qui collo appensi à sinistro humero per dextrum latus circumferuntur. Alia utuntur linea fœminæ maritatæ, quæ ex decreto Card. Turonii, de quo alibi, debet esse coloris indeterminati, nec certo filiorum constans numero: quia linea collo appendunt *taly* quod vocant, matrimonii tesseram.

(III) *Codumbo*. Codumbum appellant capillos in summo capite contortos. Est Saniassiorum proprium: quod hominum genus profitetur se mundo renuntiasse.

(IV) *Sandalo*. Genus est ligni, cujus odor & color est Indis gratissimus, eoque frontem perfricant, dum ad solemniora festa se parant. Sed idololatriæ notas addunt superstitione fœdas.

(V) *Lavationibus*. Card. Turnonius in decreto Pondicheri dato 23. Jul. 1704. declarat, hac constitutione, qua in lavacris interdicitur tempus & locus à gentilibus observari solitus, comprehendi non solum neophytos, sed etiam missionarios. Quod citra declarationem clarissimum est, religionis veræ ministros esse præ candidatis ad evitandos gentilicos ritus & vanas observantias adstrictos.

ORDINATIO CCXLIV.
Anno 1623. 2. Sept.

Ut circa Provincialis ac primariæ domus Ordinis S. Augustini in Mexico Priorum, nec non Definitorum & Visitatorum Ordinis & Provin-

(a) *Cord. Hist. Soc. P. V. anno 1621. p. 632.*

Digitized by Google

vinciæ electiones alternativa inter Hispanos & Criollos dictos omnino servetur, prout in aliis Indiarum provinciis servari consuevit, ita ut Provincialis & Prioris primariæ domus Mexicanæ electio pro primo triennio ex naturalibus fiat, atque in Definitores duo ex Hispanis, & duo ex naturalibus eligantur. Et similiter in Visitatores unus ex Hispanis, alter ex Indigenis. Habetur apud Solorzanum (*a*), qui ait, breve hoc ad alias religiones & provincias extensum esse. De illo à multis supplicatum est, & alicubi revocatum, quia contingit interdum ut ex altera parte & natione abundent idonei, cum desiderentur ex altera: quo casu necessario eligendus erit indignus si alternativa servetur. Sed Solorzanus *ipse* Hispanigena (*b*), & P. Eugenius Lopez Indigena (*c*) conqueruntur; in Philippinis & Guatimala, ubi Hispanigenæ sunt numero plures non servari alternativam; servari tamen in Peruvio, Quito, Tucumania, ubi sunt numero pauciores. Hujusmodi ordinationes de alternativa munerum observari mandatur lege 51. t. 14. lib. 1. Recop. Ind., ubi sermo est de Dominicanis. Incommoda fortè minora sint cum proventù pari, si alternativa ubi necessaria existimetur, non in magistratibus aut *præfecturis*, sed in electoribus statuatur, ita ut ex utraque parte seu *partialitate* sint numero pares.

ORDINATIO CCXLV.
Anno 1623. 29. Sept.

IN una Limana declaratum est à S. Congregatione, posse à Capitulo sede vacante revocari Vicarii Generalis nominationem. Refert ex aliis Solorzanus (*d*).

ADNOTATIONES.

Solorzanus ait: *Casi* todos los authores fuere de Ugolino vienen à resolver que le es permitido al Cabildo hacer esta revocacion con *causa y* sin ella, aun quando en el nombramiento huviessen jurado el *no revocarla*, porque el Concilio no le restringio su derecho en esta parte, y solo puso tiempo y forma en como havia de hacerse la eleccion. Y Antonio Naldo trae para esto una expressa declaracion de Cardenales, y Agustin Barbosa otra en una causa de Cabildo de Lima, y Aloisio Riccio testifica de la comun practica de estas revocationes. Y *Quaranta y* Nicolao Garcia vienen à concluir, que es esto mas infallible, quando la nominacion se hizò con este gravamen, ò con declaracion expressa que durasse el officio mientras durasse la voluntad del Cabildo. Por manera que en punto de derecho parece ser esta la mas verdadera y comun opinion. Pero sin embargo la pratica de España tiene introducido y recebido;

(a) *Solorz. tom.* 2. *De Ind. Jur. l.* 3. *c.* 26. *n.* 96. (b) *Solorz. loc. cit. n.* 102.
(c) *Lop. in M.S. Explic. Leg. Ind.* (d) *Solorz. lib.* 4. *Polit. cap.* 15.

Digitized by Google

bido, si se hacen de hecho estas revocationes, y los Vicarios nombrados por los Cabildos apelan de la injusticia de ellas, y occurren à las Reales Audiencias por via de fuerza, que sean amparados y mantenidos en los officios, y ajudados por todos los medios possessorios, sino se alegare alguna causa tan grave, que pueda justificar la revocacion. Y la razon de esta practica es, que aunque la revocacion penda de solo el albedrio del Cabildo, éste en materia tan grave y en que se trata de la honra y reputacion del removido, se ha de moderar y regir por razones justificadas, y en no las haviendo se presume dolosa y maliciosa la revocacion, como hablando en terminos de los Vicarios nombrados por los obispos, lo déxo *dicho*. Hucusque Solorzanus.

Nempe judicat hîc author, attento jure, attentisque declarationibus Cardinalium, & omnium ferè sententia præter Ugolinum, verius esse quod Vicarius Capitularis possit pro libito à Capitulo removeri. Et consequenter praxim Judicum Hispanorum esse contrariam opinioni, quæ attento jure verior est & communior. Sed quantum deviet à vero hæc Solorzani censura, constabit ex solo Barbosa, quem unum citat authorem penes quem sit præsentis in causa Limana declarationis mentio. Ait Barbosa (*a*): *Capitulum* facta electione Vicarii non posse illum ad libitum revocare, & novum constituere, tenet Aloisius Riccius... Ex causa tamen bene visa S. Congregationi posse solummodo Vicarium Capitularem ab exercitio vicariatus removeri, declaravit ipsamet de anno 1631.. Vicarium verò à Metropolitano deputatum in vim hujus decreti, quando Capitulum ad quod spectabat, intra tempus à Concilio præscriptum illum non deputavit, amoveri posse ad nutum ipsius Metropolitani, dixi cap. 42. (De Canonicis) n. 48. attestans, id fuisse decisum in Limana 29. *Sept.* 1625. Ubi patet, Solorzano mutato anno 1625. in 1623., qui forte typorum est error, præsentem ordinationem de Capitulo ex alia cudisse longe diversa de Metropolitano, quam vide infra Ord. 252.

Diana (*b*) hanc pro Lima decisionem sic ex eodem Solorzano refert, ut dubium sit & confusum, an Capitulo negligenti, an Metropolitano negligentiam supplenti detur facultas deputatum removendi. Ait enim: *Vicarium* deputatum à Metropolitano ob negligentiam Capituli in vim decreti Tridentini, posse ad ejusmodi nutum *removeri*. Ad cujus nutum? Capituli, an Metropolitani? Dubium tamen tollitur & confusio ex tenore decisionis, ut est apud Barbosam Solorzani vadem: *Amoveri* posse ad nutum ipsius *Metropolitani*: Consequenterque ad attribuendam Capitulo potestatem Vicarium removendi importunè adducitur hæc declaratio: importunius ad asserendam vel conciliandam sententiæ Ugolino contrariæ majorem probabilitatem attento jure, maximè cum Barbosa ibid. hanc aliam referat decisionem: *Solummodo* ex causa benè visa S. Congregationi posse Vicarium à Capitulo *removeri*. Id quod alias decisum est in epistola quadam S. Congregationis apud cit. Dianam sic habente:

Alli

(a) *Barb. Remis. ad Concil Sess. 24. c. 16.* (b) *Diana, P. 8. tr. 4. R. 63. Coord. tom. 3. tr. 5. R. 25.*

Digitized by Google

Alli Reverendi Signori D. Lelio Potenza Vicario Capitolare, e Canonici, e Capitolo di Cerenza. = Appresso a quanto vi è ultimamente scritto intorno alla elezione che era seguita in persona di voi D. Lelio per il Vicariato, e sopra la alterazione e nuova elezione che era seguita in persona di D. Flavio, la Santità di N. S. a la presenza del quale s'è trattato in Congregazione...... che la suddeta prima elezione fatta in persona di voi D. Lelio Potenza debba restar in forma e valida; e che non sia stato lecito al Capitolo di rimovervi senza causa, & n'a comandato che non si lasci innovare per l'avvenire in questa materia del vicariato nessun'altra cosa senza licenza di questi miei Ill. Signori: e così voi come il Capitolo dovete eseguire senza replica. State sani. Di Roma. 24. Agosto 1603. = Al piacer vostro. = Il Card. di Firenze. =

Sed quid dicendum ad decisiones alias S. Congregationis, quæ circumferuntur, nominatim ad eam quam Solorzanus in Opere latino refert ex Antonio Naldo: *Vicarius* Capitularis potest ad nutum Capituli *removeri*? Supposito quod ejusmodi decisiones probatæ sint, respondeo ex doctrina latè tradita à P. Suarez (*a*) in simili argumento, clausulam *ad libitum*, *ad arbitrium*, & similes quæ dum potestas aliqua fit, adjici solent, non esse intelligendas de mera ac pura voluntate suo absoluto dominio & arbitratu volente, sed de voluntate quæ prudenti arbitrio & ex justa causa vult aut non vult, præsertim cum conditio aliqua relinquitur arbitrio gubernatoris aut prælati. Quia quando aliquid committitur judicio prælati vel judicis, non tantum committitur voluntati, sed potestati. Potestas autem ad agendum non est pro sola voluntate, sed secundum jus & rationem. Quam regulam firmat ibid. n. 13. authoritate Canonistarum. Sicut autem requiritur ad justificandam remotionem causa, sic requiritur causæ approbatio. Unde concludit Pax-Jordanus (*b*): *Finitur* (Vicarii Capitularis officium) quando propter malam administrationem, aut alias causas S. Congregationi propositas & approbatas à Capitulo vel Metropolitano removetur, & alius *subrogatur*.

Nicolaus Garcia non melius à Solorzano supra, quam Barbosa citatur. Quærit ille (*c*): An Capitulum sine causa possit amovere vicarium à se constitutum? Et respondet: *Videtur* quod sic, nam ut inquit Navarrus, Vicarius potest tolli & mutari ad libitum ejus cujus est Vicarius, modò solum habeat potestatem ab illo. Et ita ante Concilium tenet Pavinus, D. Antonius, & post Concilium Sbrozius, Zerola, Azor, & Molina, & ita videtur à S. Congregatione declaratum, ut in sequente declaratione: *Capitulum* potest amovere Vicarium aliàs per ipsum electum, seu confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat, alioquin devolvitur jus deputandi Vicarium ad Metropolitanum, etsi Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit ad antiquiorem *Episcopum*. Sed contrarium tenet post

(a) *Suar. to. 4. De Rel. tr. 10. lib. 3. cap. 9. n. 7.* (b) *Pax Jord. tom. 2. Eluc. l. 12. tr. 2. n. 59.*
(c) *Garc. tom. 1. De Benef. P. 5. cap. 7. n. 22. pag. 474. Ed. 1725.*

post Concilium Genuensis, nam in Collegio Ecclesiastico, quando tentetur aliquem eligere, improbatur à jure mutatio sine causa... Nec Concilium contradicit. Sequitur Quaranta comprobans. Et in confirmationem adducit decretum Concilii Mediolanensis, & per S. Congregationem fuisse dispositum, ut nequeat Capitulum amovere vicarium sine causa approbanda prius ab ipsa Congregatione. Et Genuensis testatur, quod anno 1603. à Card. de Florentia postea Leone Decimo (Undecimo) fuit rescriptum Capitulo Neapolitano. Quamvis id de causæ approbatione in Congregatione videtur accipiendum quoad ecclesias Italiæ. Et facit etiam declaratio 4. posita num. seq. (Hæc est: Censuit Congregatio facta electione officialium non posse eos ad libitum revocare, & novos constituere, nisi vel œconomum vel illos, quos etiam vivente Episcopo Capitulum possit deputare). Unde dicta declaratio contraria non videtur certa... Et cum requiratur causa ad remotionem Vicarii ab ipso Capitulo aut à Metropolitano deputati, non poterit removeri nisi causa prius cognita & approbata à superiore, nempe Metropolitano vel Nuntio; alias defendetur Vicarius vel restituetur in sua possessione, nisi fortè causa esset notoria.... Sed licet Capitulum non possit sine causa revocare Vicarium pro tota sede vacante seu absolute & simpliciter deputatum, ut est dictum; rectè tamen poterit à principio in ipsa deputatione eum ad certum & limitatum tempus constituere seu tempore suæ voluntatis, ut constat ex declaratione *Salernitana*. Hæc est tota Nicolai Garciæ doctrina quoad præsens attinet. Ubi nihil est de certitudine potestatis in Capitulo ad revocandum pro mero libito Vicarium: non quod hoc sit magis infallibile, quando cum tali gravamine fit deputatio; quasi dum sine tali expresso gravamine deputatio fit, sit illud minus quidem, infallibile tamen.

ORDINATIO CCXLVI.
Anno 1624. 29. Mar.

RElata constitutione Pauli V. prohibente majorem eleemosynam exigi à parochis Indiarum pro iis, qui apud Franciscanos sepeliuntur, mandat Urbanus VIII. ut Inquisitores, vel eorum aliquis procedat ad executionem. Extat in Bullar. Cherub. tom. 4. Const. 21. Urbani. Vide Ord. 205. 212. 216.

ORDINATIO CCXLVII.
Anno 1625. 13. Jun.

UT in Japonia celebrari possint matrimonia cum assistentia duorum testium, si parochus vel sacerdos non possint ad locum accedere. Meminit J. B. Pittoni (*a*).

(a) *Pittoni, CC. ad Matrim. sub die 13. Jun. 1625.*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

Idem fieri potest salva matrimonii saltem validitate ubicumque vel non est parochia, vel nondum est publicatum in ea Concilium Tridentinum, aut certè Concilii Tridentini decretum quo requiritur assistentia parochi ad valorem; nam quod sola hujus decreti publicatio satis sit, declaravit S. Congregatio apud Gallemart (a). Imo sufficit ex eadem declaratione illius in decreto publicatio sententiæ, quod fiant matrimonia coram parocho; alioquin sint irrita. Indos vero quibus nondum parochia seu doctrina constituta est, vel quibus nondum datus est parochus, *valide* contrahere, caput est Instructionis datæ ab Ill. Lojola Episcopo Paraguajensi, quam vide Ord. 295. Qui tamen in fraudem Tridentini loca ejusmodi adirent ad contrahendum sine parocho, invalidè contraherent, ut à S. Congregatione definitum est apud Card. de Lugo (*b*). Et hinc patet quid dicendum de captivis christianis, qui ex Paraguariæ provinciis passim abducuntur & diu retinentur ab infidelibus.

In Concilio dicto Limensi I. damnantur Indorum matrimonia clandestina jam facta, ut refert Avendaño (*c*). Sed immerito, ut recte habet hic author, & sine authoritate damnata sunt, quam concilio illi seu congregationi fuisse nullam definit Concilium Provinciale Tertium à Sede Apostolica approbatum Act. 2. cap. 1. Idque constat vel ex sola temporis ratione, si damnatio illa matrimoniorum valorem respiciat; nam cœtus ille habitus est anno 1552.; & Concilii Tridentini decreta, quibus videlicet matrimonia clandestina irritantur in futurum, non fuerunt in Indiis publicata usque ad annum 1565.

ORDINATIO CCXLVIII.
Anno 1625. 30. Jun.

UT professi Ordinis S. Francisci in partibus Indiarum occidentalium de superiorum suorum licentia à quocumque Antistite in propria diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani licentia pontificalia exercente, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines, extra tempora, & interstitiis a Concilio Tridentino designatis minimè servatis promovere possint. Extat in Bullar. Cherub. tom. 4. c. 44. Urbani VIII. Incipit *Cum sicut*. Vide Ord. 45. & 240.

OR-

(a) *Gallemart in sess. 24. Trid. cap. 1. De Reform. num. 28.* (b) *Lugo, lib. 1. Resp. Mor. d. 36. n. 4.* (c) *Avend. P. 8. Auctar. num.* ....

ORDINATIO CCXLIX.
Anno 1625. 12. Aug.

UT Rex Catholicus possit exigere menstruos redditus omnium dignitatum, canonicatuum, integrarum & mediarum portionum, officiorum (I) & beneficiorum ecclesiasticorum, curatuum (II) & doctrinarum, quæ in Indiis occidentalibus vacaverint, dum illorum præsentatio fit, ea tamen lege ut exactio non fiat donec quatuor mensium spatium ab inita possessione sit elapsum, & ut menstrui redditus computandus sit valor juxta (III) summam redditunm & fructuum quinquennii acceptam possessionem præcedentis, neque hujusmodi exactioni obnoxia sint beneficia curata, & doctrinæ quarum redditus centum ducatos (IV) auri de camera non excedunt. Extat sine data in lege 1. tit. 17. lib. 1. Recopilationis Indiarum. Sed P. Cl. Clemens Decad. 14. hanc vel similem constitutionem refert ad præfixum diem & annum.

ADNOTATIONES.

(I) *Beneficiorum*. Hoc nomine comprehendi etiam doctrinas, non solum sæculares, quæ ab anno 1609. juxta Frassum (*a*) conferuntur in titulum perpetuum, sed etiam regulares non obstante manualitate, seu ad nutum amobilitate, de qua est lex 28. tit. 15. lib. 1. Recop. Ind., & quæ in scriptura præsentationis à vicepatronis semper in memoriam revocatur, sententia est Leurenii (*b*), & Laimanni (*c*), ad quam inclinat P. Suarez (*d*) contra Sanchez (*e*). Quia perpetuitas ad rationem beneficii necessaria & sufficiens est, qua onus beneficii manualis perpetuò connectitur cum emolumento compensativo in subjecto capaci, quandiu beneficium obtinetur; vel etiam ea quæ opponitur arbitrariæ remotioni. Ne tamen res hæc dubio subesset, exprimi etiam oportuit nomine proprio doctrinas.

(II) *Doctrinarum*. Per regiam schedulam 4. Dec. 1657. excipiuntur quæ reguntur per Franciscanos in Provincia Platensi. Quam exemptionis gratiam Dominicanis ejusdem Provinciæ communicatam testatur Frasso (*f*).

(III) *Reddituum & fructuum*. Subdit citata lex indica: *Entrando en este computo*, no solo el valor de las rentas, diezmos, y gruessa de la dignidad ò beneficio, sino tambien de lo que huvieren valido las obvenciones, y otros proventos, y emolumentos en el mismo *tiempo*. Emolumentorum duplex genus distinguit Clericatus (*g*), nam alia sunt certa, quæ habent quamdam certitudinem, ut sunt decimæ frumenti & vini; alia

(a) *Frasso, De R. Ind. Patr. cap. 10.* (b) *Petrus Leuren. P. 1. De Foro Benef. q. 845.* (c) *Laimann. l. 4. Summ. tr. 2. cap. 4.* (d) *Suar. to. 2. De Rel. cap. 22. De Benef. n. 16.* (e) *Sanch. lib. 7. Decal. cap. 29. n. 106.* (f) *Frasso, cap. 67.* (g) *Clericat, De Benef. Discord. 64. n. 13.*

alia sunt omnino incerta, ut sunt eleemosynæ altaris, funeralium, & similium, quæ (ait) in congruam parochorum non computantur.

(IV) *Ducatus auri de camera*. Ducatus hic penditur juxta cit. Clericatum (*a*) sexdecim juliis bajocis tribus: quod septendecim fere regalium nempe argenteorum hispanicæ monetæ valore computatur. Romæ nunc septendecim juliis seu paulis; extra Romam in Statu Ecclesiastico, sexdecim valet & semis. Vide Ord. 261. Hæc constitutio primum videtur data ad certum tempus valitura, deinde prorogata, donec tandem promulgatum est anno 1737. 5. Octobris Regii Senatus consultum, quod in novam legum recopilationem castellanam relatum est ibi (*b*): *Todos* los frutos y rentas de las Vacantes majores y menores de Indias, que consisten en diezmos pertenecen à la real hacienda, aunque sera muì conforme à la Real Piedad su empleo en obras *pias*.

ORDINATIO CCL.

Anno 1625. 17. Aug.

SA Congregatio annuente Sanctissimo decrevit, ut è Franciscanis in Indiis ejicerentur incorrigibiles. Meminit Pittoni (*c*).

ADNOTATIONES.

Anno præcedente 1624. decreverat Urbanus VIII. ne per ulla privilegia pellerentur è religione nisi incorrigibiles. Tales autem non censerentur, nisi unius anni jejunio & pœnitentia in carcere probati essent. Sed Innocentii XII. authoritate anno 1693. (*d*) *annalis* carcer in pœnitentia & jejunio in decretis Urbani VIII. statutus ad sex menses contractus fuit. Et Provincialibus in designata cuique provincia tributa fuit facultas *ejiciendi* è religione incorrigibiles, consultis tamen & assentientibus sex aliis ex eadem provincia religiosis designandis in Congregatione Provinciali, & confirmandis a Superiore Generali, cui etiam reservata fuit authoritas ad examen revocandi & confirmandi aut infirmandi ejectionis sententias à Provincialibus juxta præscriptam methodum pronuntiatas. Salvo tamen jure Sedis Apostolicæ, & authoritate ejusdem Congregationis Concilii quotiescumque ad ipsám ejectus mallet recurrere. Processus autem validi censendi sunt in unoquoque Ordine ad normam illius regularum, constitutionum, & praxis, & consuetudinis *confecti*.

Ante decreta Urbani & Innocentii scripsit Emmanuel Rodericius Ordinis S. Francisci (*e*), incorrigibilem dici in hoc ordine, *qui ter* fuit juridicè convictus & punitus de eodem crimine gravi, & non fuit correctus. Imo & qui ter convictus & punitus de aliquibus *criminibus* gravibus etiam distinctis, & nunquam fuit *emendatus*. Vide Castropalaum (*f*), & infra Ord. 427.

OR-

(a) *Clericat. loc. cit. D. 54. n. 31.* (b) *Tom. 3. Autos acord. Ed. 1745. lib. 1. tit. 6. A. 22.* (c) *Pitt. CC. ad Regul. hoc anno & die.* (d) *Verba sunt Bened. XIV. l. 13. De Synod. Diœc. c. XI. n. 19.* (e) *Roderic. to. 1. QQ. Reg. q. 3. art. 14.* (f) *Castrop. to. 3. tr. 16. D. 4. P. 18.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCLI.
Anno 1625. 29. Sept.

S. Congregatio interpres Tridentini respondit ad dubia quædam per D. Joannem de Cevicos (I) Thesaurarium Ecclesiæ Manilensis, & Vicarium Generalem Archiepiscopi, inter quæ quod attinet ad c.14. sess.25. De Regular. sic habet: Cum cit. cap. detur forma Episcopo ad castiganda dalicta (II) regularium, qui degunt extra claustra, & extra ea notoriè & cum scandalo delinquunt, dubitatur an Episcopus statim habita notitia delicti possit capere (III) informationem, & illam ad superiorem regularem mittere, ut nequeat de delicto ignorantiam præsumere? Sacra Congregatio respondit, posse. = Dubitatur etiam, an sufficiat, quod Episcopus una vice superiorem regularem moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditi delictum, nam religiosi aliqui in libris à se editis explicando verbum *instante* asserunt, necesse esse Episcopum monere aut requirere superiorem regularem duabus aut tribus vicibus? Congregatio respondit satis esse quod Episcopus instet semel superiori regulari, eique terminum præfigat à Concilio præscriptum. = Deinde dubitatur, eo quòd in eod. cap. 14. superiori præcipitur, quod Episcopum certiorem faciat de punitione intra terminum ab Episcopo præfixum, an sufficiat quod superior regularis mittat ad Episcopum copiam sententiæ, ut religiosi dicunt, vel remittere debeat acta omnia super delicto actitata, ad effectum ut Episcopus videre possit, si in hoc adimpleta fuerint verba Concilii *Severè puniatur*, nec ne? Congregatio respondit, non sufficere quod superior regularis sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus esse ut de punitione ipsa & de sententiæ executione Episcopum certiorem faciat. = Denique dubitatur, an quod conceditur Episcopo cap. dicto super Regulari, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea cum scandalo deliquerit, intelligatur etiam cum delictum commissum fuerit intra ecclesiam vel claustra? Congregatio respondit, facultatem Episcopo attributam in regulares extra claustra notorie & cum scandalo delinquentes, vendicare sibi locum, cum regulares notoriè & cum scandalo intra ecclesiam, non ita si intra claustra delinquant. Hactenus declarationes, quas inquit Barbosa (*a*) authenticas vidi, neque in earum comprobatione immorandum duxi, cum Rota numquam illas in dubium revocare soleat, & illis semper deferat, ut illa testatur in Aversana. Hæc Barbosa.

Quænam verò sint cætera dubia Manilensia per Cevicum proposita scire desidero. De illis est forte quod alibi (*b*) refert idem Barbasa cum responsione data eodem anno biduo ante datam prædictarum, scilicet anno 1625. 17. Sept. Responsio autem sic habet: Approbatio obtenta per sacerdotem sæcularem vel regularem ad audiendas confessiones potest ab Epi-

(a) *In C. fin. De Simon. n. 8.* (b) *Barbosa, Collect. V.* Approbatio.

Digitized by Google

Episcopo successore pro suæ conscientiæ securitate usque ad novum examen suspendi (IV), = Eodem die & anno, scilicet 19. Sept. 1625., ut refert idem Barbosa (*a*), S. Congregatio Concilii in causa Limana decidit, quod Episcopus in monasteriis etiam quæ superioribus regularibus subjecta sunt, examinat eas quæ moniales fieri volunt, primò scilicet quando habitum suscipiunt, secundò verò tempore professionis. Et ideo poterit eorumdem rectores compellere, ne habitum novitiæ dent, nisi priùs Episcopum certiorem faciant, ut puellæ voluntatem explorare valeat.

ADNOTATIONES.

(I) *Joannem Cevicos*. Hic ille Manilensis Vicarius est, qui Japonia peragrata post peractam de re tota quæstionem accuratam, sententiam tulit de epistola nomine Ludovici Soteli divulgata à Collado quodam, qualem refert Cordara (*b*), & latiùs Charlevoix (*c*).

(II) *Delicta Regularium*. Quod de his in Tridentino decernitur, etiam observari mandatur in Jure Indico (*d*), non tantùm de doctrinariis, sed quoad alios ibi: *Avisen* secretamente à sus prelados, &c.

(III) *Capere informationem*. Neque opponitur Jus Indicum loc. cit. dum ait: *Sin escribir, ni hacer processo*. Id enim intellige in ordine ad ferendam sententiam contra regulares, quod Episcopo non licet nisi negligente prælato regulari. Informatio verò modo permissa ordinatur ad præcavendum ignorantiæ prætextum.

(IV) *Usque ad novum examen suspendi*. Licèt approbatio, inquit Platel (*e*) data fuerit absolute absque ulla temporis limitatione; potest nihilominus ex justa causa, non tantum validè sed licite revocari. Ita Doctores communiter. Et ratio est, quia alioquin non posset Episcopus gregi suo in re tanti momenti providere. In dubio autem de causæ insufficientia, stat præsumptio pro Episcopo, qui sæpè multa novit quæ subditos latent, nec expedit manifestare. Idque tenet magis in Indiis, ubi Episcopum posse totum monasterium ab audiendis confessionibus, non obstante decreto edito 20. Nov. 1615. suspendere declaratum est in causa Angelopolitana, ut vide infra Ord. 312. inter responsiones ad dubia pro parte religiosorum Societatis proposita num. 1.

ORDINATIO CCLII.

Anno 1625. 29. Sept.

SAcra Congregatio in una Limana censuit, quod Vicarius à Metropolitano deputatus in vim cap. 16. s. 24. Trid., quando sede vacante Capitulum, ad quod spectabat, intra tempus à Concilio, præscriptum illum non deputavit, amoveri potest ad nutum ipsius Metropolitani. Refert Barbosa De Canonicis (*f*). Vide Ord. 242.

AD-

(a) *Barbosa, Collect.* V. Ep. quoad Regul. l. 9. n. 323. (b) *Cord. Hist. Soc. P. 6. anno 1624. n. 240. p. 542.* (c) *Charl. Histoire du Jap.* (d) *Leg. 28. tit. 15. lib. 1. Rec. de Ind.*
(e) *Platel P. V. Synops. Theol. cap. 6. §. 8. n. 878.* (f) *Barbosa, De Can. cap. 42. n. 48.*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

Nicolaus Garcia ſupra citatus ait: Vicarium à Metropolitano deputatum ob negligentiam Capituli, certum videtur non poſſe à Capitulo ſine cauſa removeri, cum non ſit ab eo conſtitutus, & non ſit in poteſtate Capituli fruſtrare deputationem ob ejus negligentiam à Metropolitano factam. Et favet Suarez (a). Licet ex cauſa poſſet illum revocare & alium deputare; ſicut etiam quando ejus Vicariatus ceſſaret ob mortem, renuntiationem, vel lapſum temporis, cum apud Capitulum maneat juriſdictio ordinaria.

ORDINATIO CCLIII.
Anno 1625. 18. Oct.

SAcra Congregatio in Limana reſpondit, regulares in parochos eſſe ab Epiſcopis approbandos. Meminit P. Hieronymus Ortega S. J. in Allegatione pro Provincia Philipp.

ORDINATIO CCLIV.
Anno 1625. 20. Nov.

URbanus VIII. confirmavit ſtatuta quædam Ordinis Seraphici. Inter alia, pro Indiis ut caveant Miniſtri Provinciales ne ad Capitulum Generale aut ipſi veniant, vel Commiſſarios ſuo nomine mittant. Solis Cuſtodibus veniendi facultas datur. Ut Indiarum Commiſſarii Generales ipſi Provincias viſitent, impediti vero urgenti neceſſitate ex vicinioribus provinciis, non autem ex remotis aſſumere viſitatores teneatur. Ut nulli liceat Commiſſario Generali, vel etiam Viſitatori ante Miniſtri Provincialis electionem, neque ea peracta aliquem voce activa aut paſſiva privare ſeu alia graviori afficere pœna, niſi confecto proceſſu & præcedente rei auditione in ſui defenſionem. Qui ſecus fecerit, ſuo privetur officio. Ut Viſitatores peracto provinciali capitulo in provincia viſitata ultra viginti dies non remaneant, quibus elapſis omnino authoritate careant. Ut tam Commiſſarius Generalis ſeu Viſitatores ab electoribus ſubſcriptionem petens hunc vel illum eligendi, quam ipſi ſcribentes, privationi actuum legitimorum ipſo facto incurrendæ ſubjaceant. Ut in provinciali capitulo congregati electores, antequam ad electionem Miniſtri, Definitorum, Cuſtodum, Guardianorum procedant, nominatim juramentum præſtent coram Ven. Crucifixi imagine, ſe eum electuros quem in conſcientia & omnibus æque libratis digniorem judicabunt, ita etiam jubente Clementis VIII. ſanctione. Extat in Bullar. Cherub. tom. 4. pag. 65. Incipit *In ſupremo*.

OR-

(a) *Suarez, tom. 5. De Cenſur. diſp. 7. ſect. 3. num. 33.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCLV.
Anno 1626. 11. Mart.

UT in Archiepiſcopatu Manilæ & Epiſcopatibus ſuffraganeis ſervetur Concilium Mexicanum, ſcilicet in Provincia ex Mexicanenſi diſmembrata, decrevit Urbanus VIII. per Breve, cujus meminit Ill. Montenegro (*a*), ſimiliter affirmans, Concilium Limenſe obligare in Novo Regno ex peculiari præcepto, donec confirmetur Synodus habita ab Ill. Ugarte. Vide Ord. 178.

ORDINATIO CCLVI.
Anno 1626. 26. Jun.

UT Epiſcopi in partibus infidelium conſtituti, qui vel à S. Congregatione ſtipendia habent, vel in negotiis occurrentibus ab ipſa diriguntur, non obſtante conſtitutione Sixti V. edita anno 1585. 1. Jun., limina Apoſtolorum per procuratorem etiam in romana curia aſſiſtentem ſpecialiter ſingulis vicibus deputatum viſitare poſſint, decrevit S. Congregatio de Propaganda apud J. B. Pittoni (*b*).

ORDINATIO CCLVII.
Anno 1626. 17. Aug.

S. Congregatio conſtitutionem Gregorii XV. de conſervatoribus regularium declaravit. Nempe ſupplicatum ſic erat: Ill. ac RR. Domini, Gregorius XV. ſtatuit, ut à regularibus eligi non poſſent in conſervatores niſi judices ſynodales. Quibus ſtantibus Patres Societatis, qui in Indiis & aliis locis degunt, in quibus Archiepiſcopi & Epiſcopi ſynodos celebrare non curant, judices ſynodales non eligunt, ſupplicant ut dignentur declarare, ſi in tali caſu uti poſſunt privilegiis à Sancta Sede antea conceſſis. Et S. Congregatio cenſuit, in civitatibus & diœceſibus ubi non extant judices in concilio provinciali aut diœceſano deſignati, licere regularibus ſervata de reliquo forma conſtitutionis Gregorii XV., conſervatores nominare habentes qualitates à jure requiſitas, quorum tamen facultas expiret eo ipſo cum primum ſynodus celebrata, in eaque judices deſignati extiterint. Refert ex Fagnano P. Forti (*c*).

OR-

(a) *Montenegro, l. 3. tr. 6. ſect. 7.* (b) *Pitt. CC. ad Epiſc. num. 852.*
(c) *Forti, De Conſerv. art. 12. n. 9. pag. 48.*

ORDINATIO CCLVIII.
Anno 1626. 17. Aug.

UT sacerdotes & ministri Ecclesiæ Japonensis durante persecutione possint sibi ipsis respondere & ministrare, dum non est qui sciat. Et ubi Breviarium absque periculo ferre non possunt, recitare valeant Rosarium B. M. vel alias orationes & psalmos quos memoria tenent. Refert P. Diaztaño in M. S. ex libro Domus Professæ Romanæ.

ORDINATIO CCLIX.
Anno 1626. 7. Oct.

UT superior Societatis in Sinarum regno existens tempore Sedis vacantis, & ubi Episcopus constitutus non esset, posset dispensare super impedimento disparitatis cultus, ita ut illo non obstante fideles cum infidelibus matrimonium contrahere, & in eo postmodum, si absque contumelia Creatoris fieri posset, remanere libere & licitè valerent. Ita ex eod. fonte refert cit. Diaztaño in M. S.

ADNOTATIONES.

Ejusdem vel similis ordinationis meminit Platelius (*a*) ubi ait: *Disparitas* cultus sive religionis dirimit matrimonium inter baptizatum & non baptizatum, idque probabilius jure tantùm ecclesiastico, & quidem non scripto, sed per antiquissimam & universalem consuetudinem introducto. Unde potest Papa in eo dispensare. Et reipsa Paulus V. anno 1616. concessit ad decennium Episcopo Funaiensi in Japonia, & Superioribus Societatis in Regno Sinensi, facultatem dispensandi in hoc impedimento. Fatendum tamen est jure naturæ & divino, si sit periculum subversionis, esse illicita talia *matrimonia*.

Rectius distinguit Polman (*b*), disparitatem cultus esse impedimentum jure divino matrimonium dirimens quatenus sacramentum est, non quatenus est contractus. Quod sic explicat: *Hæc* cultus disparitas in nova lege jure divino positivo dirimit matrimonii sacramentum; illo enim jure positivo character baptismi prærequiritur omni alteri sacramento. Quo charactere quia caret non baptizatus, ideo est incapax sacramenti matrimonii, quod essentialiter est contractus & quidem unus numero inter duos, qui cum non sit sacramentalis ex parte non baptizati, non est itidem ex parte baptizati cum eo contrahentis. Interim fidelis cum infideli matrimonium non dirimitur jure divino quatenus est contractus. Unde eatenus est validum matrimonium Sanctæ Cæciliæ, Sanctæ Monicæ, & Clotildis cum Valeriano, Patricio, & Clodoveo infidelibus. Postea tamen

(*a*) *Platel, de Matrim. n.* 1169. (b) *Polman, Breviar. Theol. P.* 3. *n.* 559.

Digitized by Google

men introducto jure ecclesiastico, cultus disparitas cœpit dirimere matrimonium, etiam ut contractus est.

ORDINATIO CCLX.
Anno 1626. 20. Nov.

URbanus VIII. declaravit, posse aliquando Sedem Apostolicam dissolvere matrimonium infidelium. Refert Card. de Lugo in libello supplici ad eundem Urbanum, cujus summa in scheda scripta propria Cardinalis manu asservatur in archivio Collegii Neo-Cordubensis in Tucumania, quod fuit Societatis Jesu, & sic habet: *Quandoquidem* juxta virorum doctorum doctrinam Apostolica Sedes aliquando potest ex gravi causa matrimonium infidelium dissolvere, prout Sanctitas vestra declaravit in Brevi suo expedito 20. Nov. 1626. & in alio simili 17. Sept. 1629. his verbis: *Nos attendentes*, hujusmodi infidelium matrimonia non ita rata censeri, quin necessitate suadente dissolvi *possint*, &c. Vide Ord. 167.

ORDINATIO CCLXI.
Anno 1626. 22. Dec.

URbanus confirmavit & declaravit Bullam concessionis *de la Mesada* factæ Regi Catholico supra anno 1625. 12. Aug. Refert P. Cl. Clemens in Tab. Chron. Ind. D. 14.

ORDINATIO CCLXII.
Anno 1727. 7. Jan.

RElata constitutione Pauli V. concedente Episcopis Indiarum, & sede vacante Cathedralium Capitulis, ut gradibus baccalaureatus, licentiaturæ, magisterii, & doctoratus insignire valerent per decennium quotquot annis quinque in collegiis formatis, tam Ordinis Prædicatorum, quam Societatis Jesu, quæ à publicis universitatibus bis centum milliaribus saltem distarent, dum tamen promovendi prius gessissent actus omnes, qui in universitatibus generalibus fieri consueverunt, atque à Rectore & Magistro approbationem obtinuissent, cum declaratione quod gradus hujusmodi nemini suffragarentur extra Indias occidentales. Exposito deinde pro parte Regis Catholici, ex tali concessione nonnulla inconvenientia in dies suboriri, decrevit Urbanus VIII. ut gradus prædicti in provinciis tantum prædictis suffragarentur, illisque tantum qui in dictis collegiis spatio quinque annorum studuissent, & adhibito per Episcopum trium Canonicorum seniorum suarum Ecclesiarum consilio conferrentur ad decennium ulterius. Extat cum Senatus Indici revisione & regio placito in dicto Archivio Cordubensi. P. Cl. Clemens Dec. 14. annuntiat absolutè apostolicam declarationem præsentem vel aliam similem in hæc verba: *Declaracion* apostolica, que los grados que en las Indias se dieren fuera de las universidades de Lima y Mexico, solo valgan en las dichas *Indias*. Vide Ord. 288.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CCLXIII.
Anno 1627. 6. Febr.

S. Congregatio Episcoporum & Regularium declaravit, regulares curam animarum exercentes (1) subesse jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum, in iis tamen quæ ad ipsam curam pertinent, & sacramentorum administrationem, non obstante Brevi Pii V. (II), quo scilicet Mendicantium Indicorum facultas obeundi munus parochiale absque licentia Episcoporum continetur. Quod Breve vide supra Ord. 111. anno 1567. 24. Mart. Extat præsens declaratio apud J. B. Pittoni (*a*).

ADNOTATIONES.

(1) *Subesse jurisdictioni*. Totidem verbis id ipsum universaliter decreverat Urbani prædecessor Gregorius XV. Const. *Inscrutabili*, Nonis Febr. 1622., ubi alia etiam decernuntur circa sanctimonialium regimen. Et licèt Urbanus VIII. 7. Febr. 1625. mandata dederit ad suum in Hispania Nuntium per Breve quod in Matritensi Nuntiatura se vidisse & transcripsisse testatur Lossada (*b*), ut ab executione Gregorianæ Constitutionis supersederi faceret, addidit tamen: *Donec aliter provisum fuerit*. Aliter provisum fuit justo post biennio per præsentem ordinationem quantum ad jus Episcoporum in regulares Indiarum exercentes animarum curam.

D. Petrus Frasso (*c*) relatus in *Thesauro Resolutionum* S. Congregationis Concilii Tridentini (*d*) ait: *Certum est* Breve illud suspensionis (Urbani VIII.) ad Indias has occidentales non extendi, cum solum loquatur de Hispania, non de *Indiis*. Refertque sequentia verba contenta in Brevi: *Ut in* regnis Hispaniarum prædictis tantum ab executione litterarum ejusdem supersederi authoritate nostra *cures*. His tamen non fit certum, Urbani Breve ad Indias non extendi, cum hæ sint de regnis Hispaniarum, non tantum per accidens unitæ, sed per se, ut vide supra Ord. 139. Adnot. 1., & Ord. 127. Adnot. 3.

Contra sententiam Frassi puta Platel, etiam ad Belgium quod erat tunc Hispanicæ Ditionis, extendi suspensionem Urbani. Verba Platelii Lezanam citantis sunt (*e*): *Lezana* testatur, hanc (Gregorii XV.) bullam suspensam fuisse ab Urbano VIII. respectu terrarum Regi Hispaniæ subjectarum, adeoque respectu Belgii, quod tunc Hispano suberat. Aitque se vidisse istius suspensionis bullam. Certè satis constat ex praxi contraria, non fuisse prædictam Gregorii constitutionem in Belgio receptam.

Sed quamvis Breve suspensivum ad Indias se extenderit, suspensio, quæ non absoluta, sed provisionalis fuit præsente ordinatione cessavit. Neque hæc sola est, qua suam vim constare Gregorianæ Constitutioni com-

(a) *Pittoni, CC. ad Regular. num.* 2319. (b) *Lossada, Chronol. Privil. Ind.*
(c) *Frasso, cap.* 24. *n.* 23. (d) *Thesaur. Resol. S.C. C. tom.* 2. *pag.* 204.
(e) *Platel, Part. V. cap.* 6. §. 8. *num.* 895. *pag.* 378.

Digitized by Google

comprobetur. Vide Ord. 588. 596. & 273. An aliter etiam provisum sit, vel usu recepta provisio circa alia contenta in Gregorii Bulla, vide apud cit. Lossadam. P. Lacroix (a) ait: *Hanc* (Gregorii) constitutionem quoad punctum approbationis pro monialibus exemptis, non esse receptam pro regnis Hispano subjectis, testatur Lezana (b).

(11) *Non obstante Breve Pii V.* Quamvis revocari videatur Breve Pianum, sunt tamen posteriora facta, ex quibus dubitari licuit aliquandiu, an usquequaque obtineret. Fr. Franciscus Truxillo Ordinis S. Francisci Minister Provincialis in Tucumania coram Ill. Maldonado Episcopo Dioecesano contendit anno 1639. 14. Jun., jus sibi suove Ordini ad Doctrinam Ocloyarum competere in Brevi Pii V. fundatum. Anno 1636. 15. Jul. prodiit regia Auditorii Platensis provisio pro manutentione juris alterius in eodem Brevi fundati. Dominicus Maria Cursius authoritate Apostolica illius observantiam & executionem indixit, de quo infra Ord. tot. Nec S. Congregatio in causa angelopolitana revocatum esse absolutè pronuntiandum censuit. Quorum ratio esse potest, quia nondum vulgata erat ordinatio præsens, aut suspensionis Constitutionis Gregorii ab Urbano decretæ revocatio, vel quia jus regulares pro parochis instituendi absque licentia Episcoporum a Pio V. collatum, putatum est non impedire quominus jam instituti subessent illorum jurisdictioni, visitationi, & correctioni. Quidquid de illo tempore sit, statum præsentem piani brevis vide Ord. 588. & 596. citatis.

ORDINATIO CCLXIV.
Anno 1627. 6. Febr.

S. Congregatio in una Camarinensi declaravit iterum, regulares in parochos esse ab Episcopis approbandos. Refert ex Solorzano P. Hienymus Ortega in cit. Allegat. pro Prov. Philipp., ubi & refert aliam omnino similem in causa etiam Camarinensi declarationem factam anno 1621. 20. Mart. Vide quam supra retuli ex Barbosa ad diem 10. Mart. ejus anni.

ORDINATIO CCLXV.
Anno 1627. 10. Mart.

Facta est apostolica concessio, ut in Cathedralibus Indiarum supprimatur aliqua præbenda, cujus redditus Officio S. Inquisitionis applicentur. Meminit P. Cl. Clemens in cit. Tab. D. 14. Et ibid. pro die 13. Sept. 1628. refert prodiisse hujus ordinationis declarationem. Reddituum vero hujusmodi administratio regulatur lege 24. 25. & 26. tit. 19. lib. 1. Recopil. Indiar.

OR-

(a) *Lacr. lib. 6. P. 2. num. 1528.* (b) *Lez. tom. 1. q. Regul. cap. 19. n. 35. Et Consult. 40. num. 43.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCLXVI.
Anno 1627. 14. Sept.

UT donec ad solemniorem canonizationem deveniatur, de 23. Martyribus Japonensibus, sex professis ordinem S. Francisci, reliquis familiaribus, ab omnibus ejusdem Ordinis religiosis ubique existentibus, & ab ecclesiasticis sæcularibus Manilensis diœcesis tantum recitari & celebrari respectivè possit officium & missa. Extat in *Actis Sanctorum* Bolandianis in Vita SS. Martyrum 5. Februarii (*a*). Incipit *Salvatoris*. Vide Ord. 270.

ORDINATIO CCLXVII.
Anno 1627. 15. Sept.

UT de tribus Martyribus item Japonensibus, scilicet Paulo Miki, Joanne Gotto, & Didaco Quisay ab omnibus Societatis Jesu sacerdotibus officium & missa 5. Febr. recitari & celebrari posset. Extat ibid. cum præcedente. Vid. Ord. 279.

ORDINATIO CCLXVIII.
Anno 1627. 18. Dec.

IN causa Limana resolvit S. Congregatio, Canonico in publica Universitate docenti Jus Canonicum non deberi distributiones quotidianas, si in choro non intersit, quamvis omnes redditus consistant in distributionibus. Refert Barbosa (*b*).

ORDINATIO CCLXIX.
Anno 1628. 9. Febr.

REelata constitutione Gregorii XV. data 29. Nov. 1621., ut electiones provincialium, dignitatum, & officiorum provinciæ de Mechoacan Ordinis S. Augustini fiant alternative & natis in Hispania & in America, ita ut in quolibet Capitulo à provincialatu usque ad ultimum officium alternatim distribuantur. Utque decedente aliquo in officio, alius de eadem partialitate subrogetur usque ad proximum Capitulum, Urbanus VIII. Archiepiscopo Mexicano, & Episcopis Mechoacanensi & Guadalaxaræ, vel eorum officialibus committit executionem. Extat in Bullar. Lugdun. tom. V. Const. 98. Urbani. Ibidemque Const. 107. extat declaratio, ut triennium Americanorum à die datæ, non à die intimationis computetur. Vide Ord. 244.

OR-

(a) *Acta SS. 5. Febr. to. 1. pag. 741.* (b) *Barbosa Collect. in Trid. sess. 5. cap. 1. De Reform. Vide P. Mendo, De Jure Acad. lib. 3. num. 226.*

Zz

Digitized by Google

ORDINATIO CCLXX.
Anno 1628. 11. Sept.

FAcultas recitandi & celebrandi de 23. Martyribus Japonensibus, de qua Ord. 266., extenditur ad populum & clerum Abulensem in Hispania & Mexicanum. Extat in Bullar. Lugd. tom. V. Const. 115. Urbani. Incipit *Alias pro parte*.

ORDINATIO CCLXXI.
Anno 1628. 14. Sept.

COnstitutio Clementis VIII., qua sustulit vocem activam & passivam in provinciis Bœtica, Mexicana, Mechoacani, & Peruana, Quitensi, & Novi Regni Augustinianis præter eos, quibus de jure competeret, ampliatur ab Urbano Constit. *Alias per felicis*, in eod. Bullar. Const. 117.

ORDINATIO CCLXXII.
Anno 1628. 30. Sept.

S. Rituum Congregatio censuit & declaravit, decreta (de quibus supra Ord. 242.) circa benedictionem ornamentorum extendi debere contra omnes Patres Societatis Jesu, & Religiosos Ordinum SS. Dominici, Francisci, Augustini, & B. M. de Mercede existentes in Civitate & Diœcesi Limana, & ibi observari. Ita Ill. Villarroel (*a*).

ORDINATIO CCLXXIII.
Anno 1629.

FActa est declaratio, quam Ill. ac Ven. Pallafox refert apud Frasso per hæc verba: *Cum rogaret* (Ill. Ugarte Archiepiscopus primò Sanctafidensis, deinde Limanus) an Bulla Pii V. ad instantiam Catholicæ Majestatis data ut regulares absque examine per Episcopum faciendo, possent administrare sacramenta Indis, revocata sit..... Responsum fuit per hæc verba, dictam constitutionem revocatam esse, talesque regulares debere examinari juxta Concilii formam. Et inter diversa dubia quæ tunc temporis consuluit, quartum fuit utrùm jurisdictio, correctio, & visitatio cap. 11. De Regul. sess. 25. Episcopis concessa super parochis regularibus, intelligatur eadem quam super parochos sæculares habent. Quibus responsum fuit in hæc verba: Ad 4. In regulares curam animarum sæcularium exercentes in iis quæ dictam curam concernunt, Episcopum eadem authoritate uti posse, quam in parochos sæculares. Hoc Breve in Senatu Indico approbatum *fuit*.

Sed

(a) *Villarr. P. & Tom.* 1. *q.* 6. *ar.* 11. *n.* 8.

Digitized by Google

Sed quomodo hæc tam absoluta & definitiva revocatio Pianæ Bullæ ad instantiam expeditæ Catholici Regis, cum hæc alia resolutione in causa angelopolitana viginti post annis pronuntiata convenit: *Agendum* cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam (Pianam) non esse revocatam. Illam tamen non suffragari nisi ubi est defectus *parochorum*. Dixerit quis, revocationem Bullæ esse jus particulare quod sine dedecore potest ignoratum præsumi, dum prodiit hæc resolutio. At hoc quis præsumat, cum præcipuus esset actor in causa angelopolitana ipse penes quem est Brevis revocatorii & præsentis ordinationis fides? Dici potest, revocationem modo enuntiatam respicere Breve Pianum quantum ad examen factum & licentiam aliter collatam quam per Episcopum aut ejus nomine. Cum quo recte habet quod deinceps desideratum sit declarari à Sanctissimo, an ex toto vel quoad alia etiam puncta revocatum esset. Vide Ord. 264. 263. 253. 197. 192. 185. 183.

ORDINATIO CCLXXIV.
Anno 1629. 10. Maii.

S. Congregatio Concilii in causa Limana resolvit apud Barbosam (*a*), quod Capitulum sede vacante potest diœcesim visitare quando lapsus est annus à postrema visitatione Antistitis, nec de proximo (I) est ecclesia de pastore providenda. In ipsa vero visitatione circa famulatum (II), equitatum, & alia, forma Tridentini *sess.* 24. *cap.* 3. *De Reform.* est præcisè servanda. Ita habet J. B. Pittoni (*b*). Forma verò a Tridentino loc. cit. præscripta est: *Ut* visitatores modesto contenti equitatu, famulatuque studeant quam celerrimè, debita tamen diligentia, visitationem absolvere: intereaque caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves sint, neve ipsi aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione etiam testamentorum ad quos usus præter id, quod jure debetur ex relictis piis, aut alio quovis nomine, nec pecuniam nec munus accipiant, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, exceptis tantùm victualibus quæ sibi ac suis pro temporis tantùm necessitate ministranda erunt. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur si malint, solvere id, quod erat ante solvi certa pecunia taxata consuetum, aut victualia subministrare. In iis verò locis ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, id observetur. Quodsi aliquis in supradictis casibus aliquod accipere præsumpserit, is præter dupli restitutionem aliis etiam pœnis juxta constitutionem *Exigit* Concilii Lugdunensis, & aliis arbitrio synodi provincialis mulctetur. Concilii Lugdunensis in ea Constitutione pœna est, ut Episcopi duplum intra mensem differentes restituere ingressum sibi ecclesiæ sentiant interdictum; inferiores vero ab officio & beneficio se noverint esse suspensos. Idque repetitur in Concilio Li-

(a) Barb. Cap. ult. De Can. num. 70. (b) Pitt. CC. ad Canonic. n. 693.

Digitized by Google

Limensi Act. 4. cap. 4. Quas pœnas absque declaratione incurri, ait Ill. Montenegro infra citandus.

ADNOTATIONES.

(I) *De proximo providenda*. De proximo erit providenda, si providenda sit infra annum; sicut de proximo quoad effectum, de quo in præsenti agitur, censetur fuisse postrema visitatio nondum expleto anno facta.

(II) *Equitatum & alia*. Synodus Limensis anni 1613. sub Ill. Guerrero statuit (*a*), Visitatorem immorari posse in oppido Hispanorum sex dies, nisi lites oriantur pluribus dirimendæ. Quodsi plusquam opus est immoretur, ipso facto excommunicatur. In Indorum oppidis diebus quatuor ad summum immorari concedit. Pro victu taxat decem octiregalia, si detur argentum. Si duarum parochiarum visitatio fiat simul, in singulis solventur quinque. In tractu *del Quito* justa procuratio, inquit Episcopus Quitensis (*b*), erit quinque octiregalium, quia victualia medio pretio vilius quam in Peruvio comparantur. Ill. Arias Ugarte Sanctafidensis & postea Limensis Archiepiscopus sub excommunicatione denuntiabat parochis, ne ultra quatuor fercula pararent.

Prorex Marchio de Montes-claros providit 30. Sept. 1613. ut quatuor octiregalia solverentur visitatori, diebus singulis, qui tres vel quatuor dies in doctrinis morarentur: Prorex D. Martinus Henriquez Marchio de Alcañizes 13. Novembr. 1587. (forte 1581.) providerat, ut Indi singulis quatriduis Visitationis erogarent duodecim gallinas, duos arietes, duas maizi mensuras (fanegas), & unam triticeæ farinæ. Et in die abstinentiæ viginti quatuor ova, & quatuor piscium libras, herbam, & ligna. Hæc P. Eugenius Lopez in M. S.

In Aranzele, quod vulgò vocant, seu Taxa Tucumanensi assignantur Visitatori & Notario quatuor octiregalia ob visitationem baptisterii & vasorum chrismalium ex fabricæ bonis solvenda. Ob visitationem testamentorum quatuor octiregalia & jura subscriptionis. Ob acceptas rationes fabricæ ecclesiæ Hispanorum, sex in singulos dies, quibus in accipiendis occupentur. Sed hæc pro temporum & locorum varietate subinde variantur. In Concilio Limensi Tertio (*c*), quod toti Americæ Meridionali Hispaniensi ferè diximus imminere præscribitur ut procurationis nomine ita competens salarium ab Episcopo assignetur, ut neque de pœnis cameræ episcopalis, neque de condemnationibus aliquid Visitatori proveniat aut ejus officialibus.

De Indorum & laicorum contributione extat lex in Jure Indico (*d*): *Los Visitadores* Ecclesiasticos no lleven à los legos aprovechamientos illicitos, camaricos, comidas, ni procuraciones en especie ò en dinero, pues

(a) *Synod. Lim. lib. 1. cap. 13.* (b) *Montenegro, lib. 5. tr. 2. sect. 4. n. 1.*
(c) *C. Lim. anni 1583. Act. 4. cap. 2.* (d) *Leg. 26. tit. 7. lib. 1. Recop. de Ind.*

Digitized by Google

pues conforme à derecho no tienen obligacion à pagarlos, y especialmente los *Indios*. Et lex 22. ibid.: *Encargamos* que guarden lo dispuesto por el Santo Concilio de Trento, y los Concilios Provinciales de las Indias en razon de no llevar derechos en las visitas que hicieren de las Iglesias, y hermitas, ni recibir comidas, ni proceder *contra legos*. Et lex 29. ibid. *Nuestras* Audiencias despachen provisiones, paraque los clerigos y religiosos noles echen derramas (à los Indios) à titulo del gasto que hacen con los Obispos, Visitadores, ò Provinciales de las Ordenes, ò derechos de Visita, aunque los Indios lo den *voluntariamente*.

ORDINATIO CCLXXV.
Anno 1629. 16. Jul.

UT Augustiniani domorum B. Mariæ *de la Candelana*, Sanctæ Crucis *de la Popa*, S. Josephi *de Panama* in Indiis occidentalibus Congregationi Hispaniarum aggregentur sub gubernio ejusdem Vicarii Generalis. Ita tamen, ut possint recurrere etiam per viam appellationis ad Priorem Generalem dicti Ordinis, nec non ad Sedem Apostolicam omisso medio. Extat in Bullar. Cherub. Tom. IV. Const. 102. Urbani. Vide Ord. 150.

ORDINATIO CCLXXVI.
Anno 1629. 15. Sept.

UUrbanus VIII. ad vicennium prorogavit facultates de quibus supra anno 1610. 11. Febr. Incipit *Animarum saluti*. Extat apud P. Quintanadueñas (*a*) qui inter alia notat: 1. Ejusmodi privilegia suffragari per communicationem ordinibus aliis. Quod intellige, nisi speciali ordinatione communicatio interdicta sit, ut supra Ordines notatum est Ord. 240. Et nisi in principali subjecto, cui concessa sunt, ob cassationem, vel suppressionem cessaverint, ne scilicet plus dicatur communicatum quam concessum. 2. Si prorogationis notitia ad operarios indicos elapso jam vicennio præcedentis concessionis perveniat, novum vicennium à die accepti nuntii, non à die datæ computandum esse, nam ignoranti non currit tempus. Et hoc intellige quando concessio fit ad vicennium absolutè, non tamen si addatur computandum esse à die datæ, vel à die quo concessio præcedens expiret. 3. Privilegia ejusmodi effectu carere donec innotescant privilegiato. Ita ille.

Licèt verò pleraque privilegia in his Urbani litteris eisdem verbis concepta sint, quibus in litteris Pauli V.; aliqua tamen sive restringendo, sive declarando, sive ampliando adduntur, in posterioribus prorogationibus conservata. 1. Facultati dispensandi ad matrimonium in gradibus prohibitis concessa, quando non adsunt ordinarii similem facultatem habentes, additur: Vel intra duas dietas juxta Const. Pauli Tertii editam

(a) *Quint. tr. 6. De Privil. Ind. sing. 2. & seq.*

tam existunt. 2. Facultati dispensandi in utroque foro in provinciis ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis non minus bis-centum milliaribus remotis additur similiter: Vel ultra duas dietas non minus, &c. 3. Facultati absolvendi à contentis in Bulla Cœnæ, ubi ordinarii non sunt, repetitur: *Ubi* saltem intra duas dietas non *sunt*. 4. Facultati concionandi, celebrandi; audiendi confessiones post primam approbationem absque aliorum Episcoporum licentia, additum est: *Quatenus* distent ultra duas dietas. Si tamen Episcopus ab ecclesia vel loco ubi prædicatur vel confessiones audiuntur, non distet ultra prædictas duas dietas, tunc licentia alterius ordinarii ita vicini priùs obtineri debeat, quæ tamen per epistolam impetrari *possit*. 5. Falcutati dispensandi in voto simplici castitatis, ubi non sunt ordinarii similem facultatem habentes, additur similiter: Qui distant ultra duas dietas, 6. Additur privilegium cum Indis dispensandi in foro conscientiæ, & cum neöphitis in utroque foro super jejuniiis, gratis tamen. Ex quo, quamvis de reliquo privilegia hæc non uno titulo expiraverint, conficitur illud ad doctrinam maximè utile, quod non omnes Indi habentur pro neöphytis quoad omnia. Datur etiam nova facultas ab onere seu privatione petitionis debiti matrimonialis, quando non esset liberum, liberandi: facultas legendi libros prohibitos, quandiu ad impugnandum necessaria sit, arbitrio Provincialis: ac facultas subditos dispensandi, ut ad ordines sacros per annum ante legitimam ætatem promoveantur. 7. In litteris Pauli V. fit prorogatio à die datæ; at in his Urbani litteris non nisi à fine viginti annorum pro quibus erat Paulina concessio. Sed his facultatibus vide Ord. 522.

ORDINATIO CCLXXVII.
Anno 1629. 17. Sept.

PRorogatæ etiam sunt ad vicennium suppressâ perpetuitatis nota facultates, de quibus supra anno 1614. 16. Maii. Incipit *Cùm sicut*. Extat apud cit. Quintanadueñas cum additionibus dietarum ut in præcedenti.

ORDINATIO CCLXXVIII.
Anno 1629. 17. Sept.

AD quindecim annos prorogavit Urbanus ordinationem, de qua supra anno 1626. 20. Oct. circa infidelium matrimonia. Refert Card. de Lugo ibi citatus, & P. Diaztaño in M. S. Ex quo suadetur, & ibi esse factam concessionem dispensandi cum infidelibus, qui baptizantur: temporalem quidem, sed quæ modò postquam expiravit, non caret pretio propter adjunctam declarationem: quæ declaratio, si sola esset in litteris apostolicis contenta, non dicerentur valere tantum ad quindecim annos.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CCLXXIX.
Anno 1629. 27. Sept.

S. Rituum Congregatio indultum, de quo supra 15. Sept. 1627. recitandi & celebrandi de tribus Martyribus Japonensibus, ad omnes sacerdotes ad ecclesias Societatis confluentes extendit. Extat in cit. ibi *Sanctorum* Actis. 5. Febr. pag. 741.

ORDINATIO CCLXXX.
Anno 1632. 21. Aug.

S. Rituum Congregatio respondit, in decreto de quo supra Ord. 272. circa ornamentorum benedictionem comprehendi religiosos omnes cujuscumque ordinis, & ita servari mandavit in civitate & diœcesi Limana. Ita habet Ill. Villarroel loc. ibi cit.

ORDINATIO CCLXXXI.
Anno 1632. 15. Dec.

S. Congregatio respondit, regulares vocatos ad funus debere in parochialem ecclesiam se conferre, aut in aliam juxta loci consuetudinem, & nullo modo expectare posse per vias, aut ire ad domum defuncti. Ita respondit ad 3. quæsitum secundæ classis factum ab Ill. Ugarte Archiepiscopo Limano, qui quæsierat, *an regulares* associaturi corpora fidelium defunctorum possint accedere ad domum defuncti, ibique expectare clerum sæcularem, seu debeant ire ad parochiam, & exire ab illa cum clero parochiæ pro ejusmodi *associatione?* Extat apud Ill. Villarroel (*a*), qui desiderare nos sinit quæsita & responsiones reliquas hujus & cæterarum classium.

Ibi tamen refert aliam ejusdem argumenti declarationem sic habentem: *Licèt* in Concilio Generali Lateranensi statutum sit, ut regulares non possint intrare in parochias cum cruce ad levanda funera, nisi priùs præmonito, & requisito, & recusante parocho, & tunc sine ejus & ordinarii præjudicio; significatum tamen est S. Congregationi, nonnullos fratres cujusdam consuetudinis prætextu, quæ neque antiquitate vallari, neque observantia viridi inniti, neque pacifica & non interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere defunctorum funera proprio eorum parocho absente, eoque irrequisito levare. Ideo declarat & statuit, quibusvis regularibus nullo modo licere, etiam specialis alicujus consuetudinis prætextu, parochias cum cruce processionaliter, aut aliàs ad deferenda defunctorum funera intrare, nisi vocato & expectato proprio defuncti parocho, eoque ibi præsente: si tamen ipse aliter fieri non consen-

(*a*) *Villarroel, Gob. Eccl. P. 1. q. 6. a. 13. n. 13.*

Digitized by Google

ſentiat, vel permittat, vel niſi requiſitus venire recuſet. Romæ. 12. Jan. 1604. Vide Pignatelli (*a*).

ORDINATIO CCLXXXII.
Anno 1632. 12. Dec.

S. Congregatio in Limana declaravit, proceſſionem ducere per parochiam ad ſolos pertinere parochos, ita ut neque regularis neque ſæcularis ulla confraternitas poſſit niſi cum conſenſu parochi, & cum parochiali cruce proceſſionem ducere. Ita habet Barboſa (*b*). Et totidem verbis refert aliam reſponſionem in Hiſpalenſi 1628. 28. Februar. Pignatelli (*c*). Apud Lacroix (*d*) extat alia cum additione ut ſequitur: *Extra ambitum eccleſiæ non licet regularibus proceſſiones facere niſi de licentia & conſenſu parochi, ſalvis privilegiis & conſuetudinibus ſi quæ ſunt*. Debent tamen privilegia eſſe Tridentino poſteriora, ut habet alia declaratio apud cit. Pignatelli.

ORDINATIO CCLXXXIII.
Anno 1633. 29. Jan.

S. Congregatio Concilii in Limana reſolvit, dum in jubilæis datur facultas, ut pœnitentes poſſint eligere confeſſorem quemlibet ex approbatis ab ordinario, hoc eſſe intelligendum de ordinario loci. Refert Barboſa (*e*). Eodem anno & die reſolvit Congregatio itidem in Limana, quod Epiſcopus poteſt regularem exemptum, qui ob notorium delictum in cenſura incidit, denuntiari pro publico excommunicato, ut tanquam talis ab omnibus evitetur. Eſt apud eundem Barboſam (*f*).

Quindecim poſt diebus eodem anno prodiit declaratio, quam ſic refert Diana (*g*): EE. & RR. D.D. Ferdinandus Archiepiſcopus Limanus in Indiis occidentalibus ſupplicat declarari infraſcriptum dubium: An Epiſcopi debeant prohibere ſacerdotibus, tam ſæcularibus quam regularibus, ne celebretur miſſæ ſacrificium in navibus, tam dum navigant, quam dum non navigant, ſed ut vulgò dicitur *eſtan ſurtàs*? S. Rituum Congregatio reſpondit, ordinarios in caſu propoſito ſacerdotibus tam regularibus, quam ſæcularibus prohibere debere. 12. Februar. 1633. Em. Ep. Portuenſis Card. Pius. Julius Roſpiglioſus Secret, Vide Ord. 208.

OR-

(a) *Pignatelli*, *tom.* 8. *Conſult.* 73. (b) *Barboſa*, *Collectan. Verbo* Proceſſio.
(c) *Pignatelli*, *loc. cit.* (d) *Lacr. lib.* 6. *P.* 2. *n.* 2055. *D.* 184.
(e) *Barboſa*, *Ibid. V.* Jubilæum. (f) *Barboſa*, *Ib. V. Epiſcopus*. §. 1. *pag.* 309.
(g) *Diana*, *coord. tom.* 4. *tr.* 2. *R.* 22. *ex P.* 9. *tr.* 1. *R.* 45.

Digitized by Google

ORDINATIO CCLXXXIV.
Anno 1633. 22. Febr.

RElata Constitutione Gregorii XIII. prohibente Japoniæ ingressum absque Sedis Apostolicæ licentia: relata etiam Constitutione Clementis VIII. permissiva ingressus per Lusitaniam, & Constitutione Pauli V. permissiva ingressus quacumque via, omnibus religiosorum ordinum capitibus concedit Urbanus, ut religiosos ad Indiæ orientalis regiones quacumque via mittere possint. Religiosos & sæculares accessum impedientes excommunicat. Missos hortatur, ut in docendo uniformes sint. Catechismum Romanum & doctrinam parvam & magnam Card. Bellarmini, si fieri potest, in eorum populorum linguam translatas & impressas adhibeant. Omnibus in Japonia christianis, ut à quibusvis sacerdotibus missis sacramenta ordinem episcopalem non requirentia, etiam parochialia, durante persecutione suscipere valeant. Religiosis omnibus eò mittendis mercaturam & negotiationem sive per se, sive per alios, sive proprio, sive communitatis nomine, directè sive indirectè, aut quovis alio prætextu, causa, aut colore prohibet sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activæ & passivæ, officiorum & dignitatum, etiam inhabilitatis ad ea, & amissionis mercium & lucri, quæ reservanda sunt in usum missionum. Quodsi aliquæ controversiæ inter religiosos oriantur, Episcopi locorum tanquam Sedis Apostolicæ delegati illas terminent. Derogat contrariis, ac declarat facultatem eligendi posteriorem datam nemini contra prædicta suffragari. Extat in Append. Bull. Cherub. tom. IV. Const. 16. Incipit *Ex debito*. Vide infra anno 1669. 17. Junii.

ORDINATIO CCLXXXV.
Anno 1633. 9. Jul.

UT Augustiniani discalceati in Philippinis & in Indiis occidentalibus degentes à quocumque Episcopo in propria diœcesi residente, vel in aliena de diœcesani licentia pontificalia exercente, ad quatuor minores unica, & ad sacros ordines tribus continuis vel interpolatis diebus festis, etiam extra tempora, & interstitiis non servatis, promoveri valeant. Habetur in cit. Append. Const. 18. Incipit *Cum sicut*. Vide Ord. 240.

ORDINATIO CCLXXXVI.
Anno 1634. 13. Mart.

PAuli V. Breve ut Indi possint jubilæos, & alias gratias, & indulgentias solo pœnitentiæ sacramento consequi, confirmavit Urbanus. Sed benè notat P. Avendaño (a) ex tenore Brevis, quod apud se habuit, con-

(a) *Avend. tit. 12. num. 225.*

Digitized by Google

concessionem non tam indefinitam esse; sed tantùm favet *christi fidelibus* recenter ad fidem conversis Indiarum occidentalium, qui confessariorum judicio ab eucharistiæ sacramento accipiendo tunc temporis abstinere debere *videbuntur*.

ADNOTATIONES.

Causa hujus concessionis, inquit Solorzanus (*a*), fortè ea fuit quod in multis provinciis eucharistia nondum conferebatur Indis, eo quod pastorum judicio essent incapaces, contra quos declamantem Acostam & alios laudat. Vide Ord. 71. Si autem causa hujusmodi jure merito improbatur, temerè creditur Rex supplicans, & Pontifex supplicationi annuens eâ motus esse. Et quidem si capaces jam supponuntur Indi in præsenti concessione sacramenti pœnitentiæ, & consequenter capaces actuandæ contritionis, quæ supernaturalis, universalis, absoluta, & efficax sit, ut debet; ad sacramentum eucharistiæ suscipiendum incapaces dici & esse nequeunt. Nam licet sacramentum hoc proculdubio reliqua superet dignitate; difficultate suscipiendi cum fructu non item, cum aliquando mente motis dari possit, & infantibus aliquando datum sit: nec est in actibus præparatoriis ad communionem aliquis contritione vel difficilior vel excellentior ut contritionis capax non possit illo disponi.

Vera ergo concessionis causa est, non incapacitas Indorum, sed quia attenta illorum indole & ingenio plerisque vilesceret communio frequentata, & expedit ut sit rarior, nec multiplicentur communicandi vices etiam cum multiplicantur jubilæorum gratiæ. Eam esse veram causam suadetur constitutionis exordio, cujus authenticum exemplar ad manum est: *Quod* in Indiis occidentalibus pastores animarum expedire censuerunt, & usu receptum est ut Indi recenter conversi eucharistiæ sacramentum rarò *suscipiant*. In quibus non significatur incapacitas, quæ & unicæ & iteratæ receptioni repugnat, sed raritatis convenientia pastorum judicio.

ORDINATIO CCLXXXVII.
Anno 1634. 18. Mart.

S. Congregatio in una Indiarum resolvit, quod laïci qui de manu regularium tempore paschali eucharistiam recipiunt, non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ. Et quòd in die Paschatis apud regulares communicare non possunt, quamvis præcepto alias satisfecerint. Ita habet Monacelli (*b*). Similes declarationes refert Chilensis Episcopus (*c*) loco indefinitas: *Congregatio* Concilii censuit, non satisfacere præcepto ecclesiæ eum, qui sanctissimum Eucharistiæ sacramentum suscipit ante vel post diem Paschatis, non de manu parochi, sed regularium habentium à Sede Apostolicâ

(a) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 2. c. 29. n. 91.* (b) *Monacelli, P. 2. Formul. tit. 13. p. 42.* (c) *Villarr. P. 1. q. 6. art. 13. n. 5.*

Digitized by Google

ftolica privilegium miniftrandi facramentum præterquam in die Pafchatis. Dubitatur rurfum, an iis qui infra dictum tempus de manu parochi Eucharistiam receperunt, & sic præcepto ecclesiæ satisfecerunt, licitum sit ipso Resurrectionis die de manu religiosorum communicare. Congregatio die 23. Januar. 1586. censuit, id non esse licitum, cum sit expresse *prohibitum*. Unde infert Ill. Author, regulares incurrere excommunicationem ministrantes infra dictum tempus Eucharistiam, supposito eam pœnam imponi in Clem. *Religiosi*, *De Privil.*, & privilegium, quod regulares habent, excipere communionem paschalem. Sed sunt loca, in quibus parochi non inviti connivent, ut apud regulares communicet quivis in quovis die paschali, dummodo non desinat in parochia intra legitimum tempus communione refici.

ORDINATIO CCLXXXVIII.
Anno 1634. 29. Mart.

UT Episcopi Indiarum occidentalium & sede vacante Cathedralium Capitula gradibus baccalaureatûs, licentiaturæ, magisterii, & doctoratûs insignire valerent quotquot annis quinque studuissent in collegiis formatis S. J. Provinciæ Philippinarum, Chilensis, Tucumanensis, Fluvii *de la Plata*, & Novi Regni Granatensis, aliarumque ubi non sunt (I.) Universitates Studii Generalis, quæ à publicis Universitatibus bis-centum saltem milliaribus distant. Et ut gradus hujusmodi (II) ubique locorum suffragentur; dum tamen promovendi priùs gesserint actus omnes qui in Universitatibus generalibus fieri solent pro ejus modi gradibus adipiscendis, atque à Rectore & Magistro approbationem obtinuerint. Utque tempus quo in prædictis collegiis studuerint, computetur & prosit ad lucrandi effectum, quos vocant *Cursus* in Universitatibus Indiarum occidentalium. Non obstantibus quibuscumque contrariis. Extat cum Senatus Indici permissione & regio placito in Tabulario Cordubensi, quod fuit S.J. in Tucumania. Incipit *In eminenti*.

ADNOTATIONES.

(I) *Universitates*. Harum genus triplex distinguit P. Suarez (*a*). Aliud est earum quæ à Summo Pontifice ad aliquos spirituales effectus, & a Rege ad temporales, jurisdictionis potestatem habent, ratione cujus statuta proprie talia facere possunt. Aliæ sunt jurisdictione carentes, quæ tantùm possunt eos, qui sunt de gremio, obligare in virtute alicujus pacti, aut juramenti præstiti. Quæ obligatio non oritur ex jurisdictione aliqua quæ in Rectore sit, sed ex pacto quod factum sit, vel ex juramenti præstiti religione. Aliæ sunt & jurisdictionis expertes, & in quibus nulla est praxis juramentum præstandi. Quæ vel quarum Rector qua talis non

(a) *Suar. lib. 4. De leg. cap. 6. n. 12. & 13.*

Digitized by Google

non aliter obligare possunt quam potest merus Magister obligare discipulos, nempe determinando per potestatem quasi œconomicam materiam quarti decalogi præcepti, ut illi teneantur obedire lege divina & naturali, ut tenentur filii obedire parenti dum præcipit ea, quæ patriæ potestatis sunt. Et hujus, inquit Suarez, generis est nostra Universitas Conimbricensis.

Hujus etiam generis erant quotquot collegia vel studia fuerunt, quibus per præsentem ordinationem facta est potestas præcise conferendi gradus. Nullam quippe jurisdictionem habuerunt Rectores in graduatos, magistros, vel doctores, qui aliunde subditi non fuerint, vel nisi *alio* titulo atque hac ordinatione collata sit, neque ad parendum obligati sunt illi nisi ex pacto, aut juramento, ubi consuetudo sit illud præstandi, juxta dicta de secundo genere Universitatum, vel ob potestatem œconomicam dum studentium intersit, juxta dicta de tertio genere. Licet verò his Universitatibus & earum Rectoribus desit jurisdictio, possunt nihilominus mandata dare, & statuta facere ad rectam Studii directionem; nam & Magister id potest in aula, & patrem-familias in domo sua id facere posse docuit nos supra D. Thomas Ord. 78. Adnot. 8.

(II) *Ubique locorum*. Sic ablata est restrictio, de qua supra Ord. 262. Julius Tertius Const. data 2. Oct. 1552. concesserat etiam scholaribus Societatis, ut postquam promoti essent, omnibus privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii in quibuscumque Universitatibus studiorum hujusmodi promoti, gaudere possent. Eamque concessionem extendit Pius Quartus 19. Aug. 1561. ad Scholasticos externos in collegiis eisdem promotos. Horum tamen usus permissus erat tantùm, *En quanto* no fuere contra el real patronazgo, leies, cedulas, y ordenanzas hechas para el buen govierno de las *Indias*. Nam constitutiones Julii & Pii de illis sunt, quarum usus hac tantum lege permissus est à Senatu Indico, ut vide supra Ord. 78. Et quod non ita universaliter receptæ sint, & quoad loca, & quoad prærogativas, suadet lex 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Recop. Castell.

ORDINATIO CCLXXXIX.

Anno 1634. 5. April.

ABsolutè concessit Urbanus VIII. posse missionarios indicos *Societatis* dispensare in voto simplici castitatis in foro conscientiæ. *Ita habet* Compendium Indicum anni 1737. Verbo *Votum*. Incipit Constitutio *Cum sicut*. Sed non liquet quid per illud *absolutè* significetur, an illimitatio temporis, an personarum, an qualitas voti absoluta. Nempe cum limitatione ad neophytos, item cum limitatione ad annos viginti, nondum datæ præsentis tempore elapsos, jam idem privilegium ab Urbano erat concessum in Constitutione pariter incipiente Animarum ut vide supra Ord. 276.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CCXC.
Anno 1634. 10. April.

UT ii de Societate, qui mitterentur ad loca remotissima, unde non potest conveniri Sedes Apostolica possent vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, ecclesias, cœmeteria, & omnia paramenta ecclesiastica benedicere in illis partibus si non adsit Episcopus. Ita habet cit. Compendium Indicum. V. *Benedictio*. Incipit Constitutio *Ut necessitatibus Indiarum*. Vide Ord. 78.

ORDINATIO CCXCI.
Anno 1634. 8. Nov.

NE Fratres Ordinis Prædicatorum in partibus Indiarum existentes extra conventuum, domorum, aliorumque dicti Ordinis locorum claustra sine Sanctæ Sedis & superiorum Ordinis licentia vivant seu maneant sub censuris ecclesiasticis, & privationis vocis activæ & passivæ pœnis ipso facto incurrendis. Extat in Bullar. Lugd. tom. v. Const. 205. Urbani. Incipit *Injunctum*.

ORDINATIO CCXCII.
Anno 1635. 3. Dec.

UT in nulla Franciscanorum Discalceatorum provincia tam Hispaniarum quam Indiarum tituli sint lectoris jubilati. Utque nullus eorum, qui Minister Provincialis non fuerit, titulo aut exemptione *Patris* gaudeat, etiam si sit vel fuerit Vicarius Provincialis. Quoscumque titulos lectorum jubilatorum, qui reperiantur, abrogat. Extat in Append. Bullar. Cherub. tom. IV. Const. 32. Urbani. Incipit *Religiosos*.

ORDINATIO CCXCIII.
Anno 1638. 11. Mart.

PRohibitio facta parochis, ne pro sepultura apud regulares majorem exigant eleemosynam, extenditur ad regulares indefinite. Meminit Pittoni (*a*). Incipit *Cum sicut*. Vid. Ord. 205. 216. 246.

ORDINATIO CCXCIV.
Anno 1639. 16. April.

EXposito pro parte communitatum, universitatum, & hominum regnorum Peruviani (I), de Chile, & Paraguay (II) in Indiis, quod ipsi

(a) *Pittoni, CC. ad Reg. hoc die & anno.*

Digitized by Google

ipsi ob eorum multitudinem, & confessariorum penuriam ibi vigentem peccata sua infra breve tempus confiteri minimè possint. Unde fit, ut quamplures illa nullatenus, aut minus accuratè & fructuosè confiteantur, cupiantque propterea sibi provideri, concedit Urbanus, quod in præfatis regnis (III) tam Indi (IV) quam mestizi (V), nec-non Æthiopes & mulati (VI) præcepto Ecclesiæ de confitendo peccata, & sumendo SS. Eucharistiæ Sacramento quotannis, possint a Dominica Septuagesimæ usque ad & per totam octavam Corporis Christi satisfacere. Non obstantibus apostolicis, ac Lateranensis (VII) ubi Innocentio III. aliorumque Conciliorum generalibus, vel specialibus constitutionibus, & quibuscumque contrariis. Extabat in forma authentica Breve in Collegio Limano S. J. Unde retulit Avendaño (*a*). Incipit *Cum sicut*.

ADNOTATIONES.

(I) *Peruviani*. Quod terrarum Peruviani regni comprehendatur nomine, vide supra Ord. 127. Adnot. 2.

(II) *Paraguay*. Non minus in designandis Paraguariæ limitibus, quam in Peruvianis, variatur. D. Antonius Leon Pinello in Bibliotheca ait: *Regio* Paraguaria in sex extensa, Chaco, Guairá, Tucumana, Paraguay proprium, Paraná, & *Vruguay*. Charlevoix (*b*) latius Paraquariæ fines protendit, dum ait: *N'a* point d'autres bornes que Xarayes, Santa Cruz, Charcas, Perou, Chili, Magellan, *Bresil*. Nec illiberalior est Muratori in *Christianismo Felici*. Proprie tamen *Paraguay* dicitur, quod juri subest Gubernatoris, & Episcopi *de la Assuncion*: quamvis in hoc etiam varietas quædam sit, nam Episcopus jus dicit spirituale in oppida & accolas Paranæ, quorum temporalia gubernat Prætor Bonaerensis.

(III) *In præfatis regnis*. Quamvis hæc concessio determinata sit ad certas regiones, consuetudinem esse generalem testatur Synodus Pacensis sub Ill. D. Feliciano de la Vega (*c*) apud Avendaño (*d*). Et licèt concessio facta sit ex confessariorum paucitate, sed & de Peruvio, ubi plures sunt, scribit Ill. Villarroel (*e*): *La* (*costumbre*) que yo puedo testificar del Peru solo en orden à los Indios, es que tienen de termino hasta el dia del *Corpus*. Sed pro paucitate confessariorum, & pœnitentium multitudine ubi tanta non est, facit alicubi quod parœciani sparsim vivunt per viginti, triginta, sexaginta leucas sub uno parocho: unde concursus in una vel altera hebdomada commodè fieri nequit ad confitendum fructuosè. Pro Philippinis fuit olim, teste Fagnano (*f*) speciale indultum, sed temporale. Verba Fagnani sunt: *Ex consuetudine* in aliquibus diœcesibus tempus paschale extenditur ab initio quadragesimæ usque ad decimum quintum diem post pascha, ut testatur Enriqez... Et in Insulis Philippinis fideles ex indulto apostolico ob sacerdotum paucitatem & populi fre-

(a) *Avendaño, tit. 12. num.* 430. (b) *Charlev. Histoir. du Parag. l.* 1. *p.* 6.
(c) *Synod. Pac. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4. (d) *Avendaño, tit.* 12. *num.* 429.
(e) *Villarr. P.* 1. *q.* 6. *art.* 13. *n.* 3. (f) *Fagnan. in C. Omnis, De Pœnit. & Remis. n.* 42.

frequentiam quolibet anni die præcepto ecclesiæ satisfaciunt ad viginti annos, & durante necessitate judicio Episcopi, ut reperi annotatum in libris publicis Sacræ Congregationis *tom.* 23. *post pag.* 546.

(IV) *Indi*. Non ergo suffragatur Hispanis hæc concessio, præsertim cum in oppidis Hispanorum major esse soleat conventuum & confessariorum copia. De Indis sunt quædam synodalia decreta, non de Hispanis, ut est illud Synodi Tucumanensis anni 1597. (*a*): *Que todos* los Curas de Indios comiencen su quaresma y confessiones del Adviento hasta la Pascua del Espiritu Santo. En el qual tiempo daran una vuelta à todos sus pueblos confessando à todos, los Indios de *confession*. Idemque totidem verbis præscribitur in Synodo Paraquaria anni 1603.: quo tempore paraquarium jus toti provinciæ Fluminis Argentei imminebat.

An verò concessio aliqua sit in hac materia favens præter Indos etiam Hispanis, dubium est in quo affirmat Emmanuel Rodriguez Minorita in *Explicatione Bullæ Cruciatæ* (*b*) ex sequente attestatione: *Laurentius* Episcopus Prænestinus Cardinalis Quatuor Coronatorum, ac Major Pœnitentiarius, Universis præsentes litteras inspecturis salutem.... Clemens Papa VII. Christi fideles in Hispaniarum regnis, si a prima die Cinerum usque ad octavam Resurrectionis singulis annis confessi fuerint, & intra dictum tempus Eucharistiam sumpserint, vivæ vocis oraculo desuper nobis facto satisfecisse declaravit. In quorum fidem, &c. Datis Romæ. 13. Febr. 1526.

Hujus attestationis meminit Azor (*c*). Et Leander à SS. Sacramento (*d*) ait: *Posse* satisfieri huic præcepto in tota Hispania communicando in quolibet die quadragesimæ ex prædicto privilegio Clementis VII., si extet & vigeat, ut extare & vigere cum Azorio testantur Vivaldus & *Rodriguez*. Hæc habet Leander. Sed neque Azor neque Rodriguez, quos tantum videre licuit, testantur vigere in tota Hispania sed in aliquibus tantùm diœcesibus. Imo Azor neque id testatur de suo, sed quod dicitur.

Fr. Martinus de Torrecilla (*e*) liberalior est, & Leandrum loquentem, ut vides, conditionatè, Azorio, & Rodericio contestem inducit. Nec tantum conditionatè loquitur Leander, sed addit: *Certissimum est*, in tota saltem Hispania non extare talem consuetudinem, nam in regnis Castellæ, Navarræ, & Aragoniæ, contrarium servari praxis *testatur*. Quis fidat tumultuariis allegationibus?

Claudit agmen Stephanus Fagundez (*f*) inter alia dicens: *In tota Hispania* legitima consuetudine receptum est, ut præcepto satisfaciat qui in quolibet die quadragesimæ communicaverit, teste Azor, &c. P. Suarez (*g*) inquit: *Quodsi* alicubi introducta esset consuetudo extendendi amplius hoc tempus, illam etiam servare sufficeret, sicut referunt Mediolani

(a) *Syn. Tuc. P.* 2. *cap.* 7. (b) *Rodrig. Expl. de la B.* §. 2. *fol.* 29. *Et ad fin. tr. p.* 291.
(c) *Azor, tom.* 1. *Inst. l.* 7. *cap.* 3. *q.* 4. (d) *Leand. tom.* 2. *tr.* 7. *D.* 3. *q.* 12.
(e) *Torrec. tom.* 2. *Summ. tr.* 1. *d.* 3. *c.* 3. (f) *Fag. l.* 1. *De* 3. *Eccl. Præc. c.* 5. *num.* 3.
(g) *Suar. tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 70. *sect.* 2. §. Sed circa.

Digitized by Google

lani esse receptum, ut hoc præceptum impleatur quolibet die quadragesimæ. Quod etiam in Hispania fieri posse declaratum dicitur à Clemente VII., idque constitisse testimonio Laurentii Card. SS. Quatuor Coronatorum, & usu etiam receptum fuisse. Sed mihi nec de consuetudine nec de usu satis constat: ubi autem constaret, id agere *sufficeret*. Ut appareat quanto pluris æstimanda sit modesta ignorationis confessio, quam indigesta citationum turba.

Jam verò non esse universalem saltem per Hispaniam usum, satis constat tum dicto Leandri, tum ex facto, quod passim ibi videre est, concursu ad confitendum & communicandum increbrescente à Dominica Palmarum ad octavam Resurrectionis. De concessione satis etiam constat esse factam, tum ex iis quæ refert Rodriguez loco secundò citato, illam esse authenticè recognitam ab Episcopo Gerundensi, & ibi esse usitatam; tum ex eo, quod refertur in Compendio Privilegiorum facto per Rev. Hieronymum à Sorbo Capuccinorum Generalem, ut passim referunt authores. Sed cum privilegiis derogetur per non usum, ubi usus non faveat, neque favet concessio. Et hæc videtur esse sententia Suarez citati, & aliorum qui ad usum appellant & consuetudinis vigorem.

Contrarium tenet P. Eugenius Lopez Studii Neo-Cordubensis Cancellarius in M. S. prælo paratis, quia privilegia continentia purum favorem, neque ulli præjudicialia, non derogantur per non usum, ut tenet Laiman (*a*). Sed quamvis hoc verum sit de privilegio pure favorabili, quod juri communi non sit contrarium, si tamen juri communi adversetur, sicut nova lege, ita & nova consuetudine potest ad terminos juris reduci. Præterea distinguere oportet non-usum purè omissivum à privativo vel amissivo, qui ad usûs omissionem superaddit actum aliquem præscriptionis aut renuntiationis tacitè vel expressè acceptatæ significativum, quo arguatur inducta vel inducatur privilegii cessatio. Talem esse non-usum in præsenti, suadetur, quia ubi parochi rationes instituunt de iis, qui observant vel non præceptum paschale in ordine ad fulminandas ecclesiæ pœnas, non respiciunt ad communionem factam per quadragesimam, sed ad eam, quæ fit, vel omittitur tempore jure vel consuetudine communi præscripto, quod ex declaratione Eugenii Quarti apud Azor (*b*) comprehendit diem Paschæ cum octiduis antecedente & consequente.

Quod etiam declaravit Concilium Mechliniense anni *1607.* per hæc verba (*c*): *Incipit* Pascha ad hunc effectum à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis *inclusivè*. Sic quamvis privilegium Horas non recitandi sit integrum illas recitanti ex devotione, neque pereat per non-usum purè omissivum; si tamen recitationem omittens à superiore puniatur, nec puniendus reclamet, signum erit renuntiati privilegii, vel alia ratione cessasse. Quodsi alicubi contingat, per communionem à die Cinerum satisfactum esse parochis, concedam ibi privilegium suffragari. Et sic res habet, sive ex hoc Hispaniarum, sive ex alio privilegio, aut consue-

(a) *Laim. l. 1. Summ. tr. 4. c. 23. n. 22.* (b) *Azor, l. c. q. 2.* (c) *Concil. Mechlin. tit. 7. c. 5.*

Digitized by Google

suetudine, in Lusitania, teste P. Nogueira (*a*) dum ait, Tempus ad præceptum communionis implendum incipere in eo regno à primo quadragesimæ die, & finiri in Dominica in Albis.

Neque obstabit, quod sit privilegium vivæ vocis oraculo concessum, non enim revocata sunt privilegia sæcularibus, sed concessa regularibus, ut Ord. 68. notatum est. Imò quamvis præsens concessio esset facta regularibus, esset incolumis, nam licèt revocata sint privilegia Cardinalium manu firmata, ut habetur in Const. *Alias felicis* Urbani VIII., declaratum tamen est, quod *Constitutiones* revocatoriæ vivæ vocis oraculorum non comprehendunt illos officiales, quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi *solebat*, ut habes in Bullario Lugdunensi (*b*), & recognovit Benedictus XIV. (*c*) dicens: *Exceptis* quæ comprobarentur dictis officialium seu ministrorum in rebus ad eorum officium pertinentibus, ut colligi potest ex *constitutionibus*. At præsens Clementis VII. concessio comprobatur manu Cardinalis, qui erat Major Pœnitentiarius, ac proinde erat minister & officialis Pontificis, & quidem in materia eatenus ad ejus officium pertinente, quatenus agebatur de pœnitentiæ sacramenti, cujus erat Administer, præcepto implendo, & de communione ad quam præparatio est pœnitentia & pœnitentiæ sacramentum.

Jam verò si privilegium obtineret in regnis Hispaniarum, ut sunt attestantis verba, & in Hispaniensibus Indiis suffragaretur Hispanis, propter dicta Ord. 139. Nec obstaret decretum Concilii Mexicani, & si quod aliud est simile (*d*): *Ut parochi Hispanorum* Dominica Quasimodo denuntient Hispanos, Mixtos, Æthiopes, & ex altero parentum Æthiope natos, qui nondum eo tempore confessi sunt, nec eucharistiam sumpserunt, ecclesiæ præceptum *transgressos*. Non inquam obstaret, etenim rectè habet, quod Hispani eo tempore non confessi denuntientur, & quod à diè prima quadragesimæ, vel à diè Cinerum confiteri potuerint.

(v) *Mestizi*. Sic appellantur presso nomine, qui sanguinem indicum & europæum ex æquo participant; nam si ab uno tantum ex avis aut proavis Indus sit aliquis, alio nomine donatur, ut vide Ord. 449. Mestizos verò potuit in Concilio Mexicano loco nuper citato dici esse denuntiandos nondum Dominica *Quasimodo* confessos, quia privilegium præsens confessionem & communionem differendi usque ad Corporis octavam, est Concilio Mexicano multo posterius, nec in illo Mexicanum nominatur.

(vi) *Mulati*. Idest æthiopico sanguineo & europæo concreti ex æquo.

(vii) *Lateranensis*. Concilii Generalis fit expressio propter eos, qui censent, excepto Tridentino, de quo est specialis declaratio, non intelligi derogatum Concilii œcumenici sanctionibus, nisi exprimatur. Vide Card. Petram (*e*). Et quia Canon *Omnis utriusque sexus*, cui derogatur, aut deroga-

(a) *Nogueira, D. 11. De B. Cruc. sect. 19. n. 145.* (b) *Bullar. Lugd. t. V. c. 210. Urb. VIII.*
(c) *B. XIV. tom. 2. De Beatif. &c. pag. 108. Ed. 2.* (d) *C. Mexic. lib. 3. t. 2. §. 3.*
(e) *Petra, tom. 3. ad C. 18. Inn. IV. p. 105. n. 20. Et tom. 4. ad C. 4. Greg. XI. n. 23.*

Digitized by Google

rogari videri posset per præsens privilegium, est Constitutio quædam ejus Concilii Lateranensis sub Innocentio III.

ORDINATIO CCXCV.

Anno 1639. 22. April.

PAuli Tertii vestigiis insistens Urbanus (I) Collectori Apostolico in Portugallia mandat, ut per se vel alium omnibus Indis, tam in Paraquariæ & Brasiliæ provinciis, ac ad Flumen *de la Plata*, quam in quibusvis aliis regionibus in Indiis occidentalibus & meridionalibus existentibus assistens, universis sub excommunicatione latæ sententiæ, à qua non nisi a Romano Pontifice, & satisfactione præmissa (II) absolvi possint, inhibeat ne Indos in servitutem redigere (III), vendere, emere, commutare, vel donare, ab uxoribus vel filiis separare, rebus suis spoliare, & ad alia loca deducere, & transmittere, aut quomodolibet libertate privare (IV), in servitute retinere, nec non prædicta agentibus consilium, auxilium, & favorem, aut operam quocumque prætextu, & quæsito colore præstare, aut id licitum prædicare, aut docere, aut *aliàs* quomodolibet cooperari audeant: contradictores in pœnam hujusmodi incidisse declarando. Non obstantibus quibuscumque. Extabat authentica cum litteris Regii Senatus pro executione in archivio Collegii S. Ignacii *de Buenosaires* Soc. Jesu. Incipit *Commissum*.

ADNOTATIONES.

(I) *Insistens*. Insistendi causam expressit Philipus IV. Hispaniæ & Portugalliæ Rex lege data anno 1628. & Juri Indico inserta (*a*) quæ sic habet: *los Portugueses* de la Villa de S. Pablo pueblo del Brasil, que dista diez jornadas de las ultimas reducciones de Indios de la provincia del Paraguay contra toda piedad christiana van todos los años à cautivar los Indios de ella, y los venden, y los llevan en el Brasil, como si fueran *esclavos*, &c. Octo post annis cum spreta legum severitate malum ingravesceret, *Orci satellites* quos appellat Paulus Tertius, continendi provinciam suscepit S. Inquisitionis Officium, ut refert Claudius Clemens (*b*). Nec diu post Romam iturus P. Franciscus Diaztaño S. J. Paraquariæ Provinciæ procurator, in mandatis habuit opem Summi Pontificis implorare, quam Urbanus VIII. hac constitutione præstitit. Eam redux per Brasiliam publicari fecit; sed fuit inter neophitorum abigeos, qui blasphemaret, baptismo prius, quam prædæ renuntiaturum se. Nempe nondum erat nota pulcra servandi prædam ars, actores inoculare reatu. Tenuit malum pertinax usque ad Benedicti XIV. pontificatum, qui Pauli Tertii, & Urbani Octavi constitutiones innovavit (*c*). Et quamquam ab an-

(a) *Leg. 6. tit. 2. lib. 6. Recop. de Ind.* (b) *Cl. Clemens, Decad. 25.*
(c) *Vid. infra, Ord. 564.*

Digitized by Google

anno 1641. permisso neophytis sclopetorum usu nonnihil repressa est Paulopolitanorum audacia, usque ad millia multa, & ad milliones ab eo tempore numerantur capita captivorum.

In litteris ædif. & curiosis (*a*) habes sequentia: *On pretend* (ce qui est pres qu' incroiable) qu' ils (les Mamelús du Bresil) ont detruit ou fait esclaves dans l'espace de 130. ans deux millions d'Indiens, & qu' ils ont depeuple plus de mille lieves de païs jusqu' au fleuve des Amazones.... On a vu un registre authentique, où il est marqué que de troiscent mille Indiens qu' ils avoient en leves dans l'espace de cinq ans, il ne leur en restoit pas *vingt mille*. Si fidem superare videantur hæc consule novissima decreta Fidelissimi Regis anni 1755. (*b*) ex quibus constat, multos milliones Indorum abductos, ex quibus pauca restabant capita. Vide etiam Fr. Dominicum Texeira Augustinianum (*c*), & Vieiram (*d*) alibi citatos, & supra Ord. 121.

II. *Satisfactione præmissa*. Quoad satisfactionem in præsenti materia præmittenda instruxit olim confessarios Ill. Lojola Episcopus Paraguajensis ut sequitur: = *Instruccion* para los confessores del Rio de la Plata, dada y mandada guardar por el Rmo Señor D. Fr. Martin de Lojola Obispo de dicho obispado. = 1. Que los capitanes y soldados, que se huvieren hallado en guerras injustas, sabiendo ò debiendo saber que lo eran, por ser contra la instruccion y orden de Su Magestad, la qual debieran mirar, ò informarse de quien les pudiera decir la verdad, estan obligados à restituir *in solidum* todo el daño, robos, y muertes, que en ellasse hicieron. = 2. Que los que pensaban ser la guerra justa, y despues de hecha supieron su injusticia, estarán solamente obligados à la parte que les cupo. = 3. Que los confessores deben obligar à los Governadores y soldados, à que en los descubrimientos y nuevas poblaciones guarden la instruccion de Su Magestad: y no la queriendo guardar, no les absuelvan. = 4. Que à los capitanes y gente de guerra, que han sacado por fuerza servicio de pueblos de Indios, encomendados, ò no encomendados, no haviendo los Indios cometido delito, que mereciesse tal castigo de quietarles sus mugeres y hijos, aunque lo hajan hecho con orden del Gobernador, los confessores les obliguen à que pongan en libertad dicho servicio, paraque se vuelva à su naturaleza sin peligro, y satisfagen el agravio passado con darles algunas cosas, y pedirles perdon. Y los particulares, que sin orden del Governador huvieren hecho lo sobredicho, tendran mui major obligacion. = 5. Que los que han traido de sus repartimientos Indios, muchachos ò muchachas contra la voluntad de sus padres, parientes, ò caciques, aunque sean huerfanos, tienen obligacion de los restituir luego à sus tierras ò caciques. = 6. Que los que han hecho venir à servir muchachos ò viejos, de mas ò menos edad de la que el Governador tienen señalada en sus ordenaciones, tienen obligacion à pagar-

(a) *Lett. Edif. Rec.* 25. (b) *Vide infra Ord. cit.* 564. (c) *Texeira*, *Vide de Gomez Freire*, *tom.* 2. *P.* 2. *lib.* 2. *p.* 290. *num.* 223. (d) *Vieira*, *Serm. de la Epiph. en Lisb.*

pagarles dicho ſervicio, y à no les traer mas en adelante. = 7. Que los que ſe han ſervido de mas numero de mita del que el Governador tiene juſtamente taſſado, deben pagar à los Indios la demaſia que en eſto huviere havido ſegun que el Governador huviere taſſado el ſervicio de contado cada dia. Y ſi fuera de la mita (*a*) huviere occupado à los Indios en ſus pueblos, ò en otra parte en hacer (*b*) caraguatá, (*c*) hierba, ò otras coſas, que tambien les debe pagar ſegun queda dicho. Y la miſma obligacion tendra el Governador, Teniente, ò Juſticia, que mandáre traer Indios de repartimiento para trabajar en obras de la republica. = 8. Que los que han comprado ſervicio robado de Indios Guaicurús, Payaguás, ò Charrúas, tienen obligacion à hacer pœnitencia de ello, y de la occaſion que dieron à los robadores para perſeverar en ſus crueldades y guerras injuſtas, y à tratar à dicho ſervicio como à gente libre. Y ſi fuere de algun repartimiento ò de otra parte à donde ſin mucha difficultad ſe pueda volver, ſe debe reſtituir à ſu tierra ò cacique. Y la miſma obligacion tendra el que lo huviere comprado de otro Eſpañol, que ningun dominio tuviere ſobre el, y no le podra llevar contra ſu voluntad à otra ciudad ò provincia; antes debe procurar reſtituirlo à ſu tierra ò cacique, como queda dicho. = 9. Que el que vendio dicho ſervicio tiene obligacion à reſcatarlo, ponerlo en ſu libertad y hacer penitencia de ſu peccado. = 10. Que el Indio de ripartimiento, que ſe caſa en caſa de ſu encomendero con India de ſu repartimiento, no es juſticia detenerlo paraque no vuelva à ſu tierra con ſu cacique, porque no lleve à ſu muger; antes le deben dejar ir y llevarla. Peró ſi el Governador no permitiere que vuelva por haver tanta falta de ſervicio, muriendo ſu muger, no debe ſer detenido. = 11. Que los que han detenido algun Indio de la mita, que viene à ſervir, pretendiendo hacerle yanacóna (*d*), eſtan obligados à le dejar volver à ſu tierra y cacique, aunque haian alcanzado ya cedula, paraque ſea yanacóna, porque no ſe puede quitar al Indo ſu libertad, ni al cacique ſu vaſallo ſin delito alguno. = 12. Que los Indios yanacónas ſon tan libres como los de repartimiento, y aſſi deben ſer tratados como libres, y ſervir como los de repartimiento una parte del año de obligacion como tributo por la doctrina y politica chriſtiana, que ſe les da, y lo demas por ſu paga ſegun el valor de ſu ſervicio. Y lo miſmo ſe ha de entender de las Indias, que de los Indios. = 13. Que los Governadores no deben dar cedulas de yanacónas, demanera que por ellas pierdan los Indios ſu libertad, ſino que cirvan à los amos como gente libre ſegun ſe ha dicho.

(a) Mita. *Eſt Indorum cenſus, qui per vices ad ſerviendum nunc rei publicæ, nunc privatis regio nomine deputantur.*

(b) Caraguata. *Cardui genus eſt, qui ad uſus cannabaceos maceratur.*

(c) Hierba. *Paraguayca laurus, ex cujus foliis igne ſiccatis quoddam* the *ſeu* mathe *conficitur, totius Peruvii delicium.*

(d) Yanacóna. *Nomen eſt, non Barbaræ Nationis in Chile habitantis, ut habet Coletti V.* Yanacunas*; ſed quo ſervilis conditio in toto Peruvio nota ſignificatur. Servitus autem hæc non emptitia, ut æthiopum, ſed adſcriptitia, qualis in Germania & Polonia uſu recepta eſt.*

Digitized by Google

cho. = 14. Que los Indios, que llaman Yanacónas no se pueden dar en casamiento contra su voluntad, ni apartando los hijos ce sus padres, porque son libres y no esclavos. = 15. Que à los dichos Indios en orden à sus casamientos se dê toda libertad, porque si se casan contra su voluntad, los que los forzassen à ello estan *ipso facto* excomulgados por el Concilio de Trento. Y los que impiden sus casamientos peccan gravemente, y han de ser descomulgados segun el Concilio Limense manda. = 16. Que los Indios de repartimiento, que hasta ahora no han tenido doctrina con perseverancia de sacerdote (aunque christianos) son validos sus matrimonios, como lo eran los de los Españoles antes del Concilio de Trento, porque hasta tener curas que los casen, y les declaren lo que manda el Concilio, no les obliga; y assi no estan amancebados, ni deben ser apartados, no haviendo otro impedimento. Y à los que por solo esto les quitaren sus mugeres, los confessores no les absuelvan. = 17. Que los que se han servido de Indios sin les dar doctrina por falta de sacerdote, haviendola procurado y deseado dar, deben procurar dar la lo mas presto que pudieren, y mientras no la dan, hande dar à los Indios lo que havien de dar al sacerdote. Pero los que pudiendola dar no la han dado, y los que la han estorvado, y impedido las reducciones, sin las quales no se puede dar sufficientemente, con los tales se han de haver mas rigurosamente con parecer del ordinario, ò de persona que lo entienda. = 18. Que doctrina sufficiente es tener en el repartimiento sacerdote ò sacerdotes, que bastantemente puedan satisfacer à las necessidades de los Indios, de manera que ninguno muera sin bautismo sino es christiano, y los que ya lo son, no mueran sin confession. Ultimamente, que los Padres confessores tengan cuidado de preguntar à los penitentes sobre lo dicho. Y si han pagado los diezmos de la Iglesia conforme lo manda el Concilio Limense, y el Synodo de este Obispado: y à los que no quisieren cumplir con esto no les *absuelvan*.

Instructio hæc facta ab Episcopo Paraguayensi, dum Flumen *de la Plata* ejusdem erat Episcopatus, & dum Paraguaria ipsa ejusdem erat provinciæ ac Lima, cujus Concilium citat, fuit fructus & summa consultationum, quibus theologi plures præsertim Franciscani, & Augustiniani Limenses studium & operam contulerunt circa annum 1598. Quarum conclusio est, servitium Indorum personale ex æquo procedere si pro tributo accipiatur, & quod à malo est quidquid eo amplius est. Quod etiam senserat Acosta, quem illi in consultatione laudant & sequuntur, & quem postea secutus est Pinellus (*a*).

(III) *In servitutem redigere*. Constat ex regia schedula data 17. Sept. 1639. quinque scilicet mensibus postquam prodiit constitutio præsens, & relata in alio regio rescripto dato anno 1706. 26. Nov. & in recentiore alio dato 28. Dec. 1743 (*b*) quod supra de 300. millibus Indorum in servitutem redactis Adnot. I. dictum est.

(IV)

(a) *Pinell. Confirm. Real. P. 1. per tot.* (b) *Decr. de Thel. V. de 28. Dic. de 1743. art. 6.*

(IV) *Quoquomodo libertate privare*. Circa ann. 1605. ad Regis Catholici pias aures delatus est clamor, Indos Tucumanos, Fluminis Argentei accolas, & Paraguarios multimodis pati contra libertatem, & contra regia, quibus illa miseris asserebatur, edicta. Mandata dedit primum effectu vacua, donec missus est D. Franciscus Alfaro qui provincias eas visitaret, vectigalia taxaret, injuriisque vexatos redimeret: quod ad cumulum praestitit. Relictaque Proregi & Platensi Cancellariae provincia reexoritur clamor contra ordinationes Alfari, sed frustra, nam regia manu protectae sunt, & authoritate munitae ac tandem Juri Indico (*a*) paucis mutatis insertae.

ORDINATIO CCXCVI.
Anno 1639. 6. Aug.

DEterminavit Urbanus ex Indiis mittendos ad Capitulum Generale Ordinis S. Francisci. Meminit J. B. Pittoni (*b*). Et videtur esse eadem cum constitutione Urbani relata in Bullario Lugdunensi ad diem 8. Nov. 1639., qua statuta quaedam generalia Ordinis praedicti authoritate muniuntur apostolica (*c*). In quibus ad Indias pertinentia sunt: Ut Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici residens sedeat in Capitulo post Praelatos, Ministros Generales qui fuerunt, Vicarios item Generales qui fuerunt per biennium, Commissarios Generales qui fuerunt secundum bullam unionis electi, & Vicecommissarios Generales qui biennio duraverint. Ut post Ordinis secretarios sedeant Peruvii, Novae-Hispaniae, & Indiae orientalis Generales Commissarii, qui fuerunt. Post Generales Commissarios Terrae Sanctae, qui per duodecim annos fuerint, Vicecommissarii Hispalenses. Secretarii Commissarii Matritensis post Procuratoris in Curia Romana secretarios. Ut Ministri Provinciales Indiarum ad Capitulum Generale mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, dum filii provinciarum respectivè sint. Ut ad nullum dignitatis officium assumi valeant, nisi ejusdem provinciae alumni vel incorporati. Ut Commissarius Peruanus & Novae Hispaniae vocem habeant in electionibus suarum provinciarum, non tamen is, cui authoritatem subdelegent.

ORDINATIO CCXCVII.
Anno 1639.

COnceditur indulgentia perpetua pro confratribus & consororibus confraternitatis sub invocatione B. M. Virginis Conceptionis de Chaul Goensis Dioecesis in Indiis orientalibus. Plenaria in die ingressûs, in articulo mortis, & in festo principali pro confessis, & sacra communione refe-

(a) *Lib. 6. tit. 17. Recop. Ind. per tot.* (b) *Pittoni, CC. ad Reg. sub hoc die & anno.*
(c) *Bullar. Lugd. tom. V. C. 257. pag. 102.*

Digitized by Google

refectis. Sexaginta dierum pro peragentibus certa pia opera. Extat in Bullar. Lugd. tom. V. C. 269. Urbani. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CCXCVIII.
Anno 1640. 3. Mart.

UT Hospitalarii S. Joannis de Deo Hispaniarum & Indiarum possint in vim Constitutionis Gregorii (XV.) quandocumque sibi libuerit, eligere sive assumere conservatores. Cæterum donec eos elegerint, posse coram ordinariis conveniri. Extat in Bullario ejusdem Ordinis, ut refert P. Fortis (*a*). Vide supra Ord. 150.

ORDINATIO CCXCIX.
Anno 1640. 18. Aug.

ILl. Bernardino de Cardenas conceditur, ut ab uno Antistite consecrari possit. Litterarum textus & tenoris fragmenta sunt: Nos (I) pridem Ecclesiæ de Paraguay..... de persona tua duxeramus providendum præficiendo te illi prout in nostris inde confectis litteris continetur.. Tibi ut à quocumque Antistite, assistentibus duobus aut tribus viris in ecclesiastica dignitate constitutis, munus consecrationis accipere valeas (II)... recepto per eum juramento concedimus..... Quodsi non recepto munus impendere & suscipere præsumpseritis.... ipse ab officii pastoralis exercitio, & tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium, quam temporalium ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso.... Forma juramenti hæc est... Apostolorum limina visitabo, &c. Ex schedis archivii Cordub. Soc. J. in Tucuman.

ADNOTATIONES.

(I) *Jam pridem*. Jam ab anno 1638. cogitatum erat, vel decretum de præficiendo; ejus quippe anni datam præferebat Epistola Card. Barberini, Urbani VIII. nepotis, & Ordinis Minorum, de quo erat præficiendus, Protectoris. Quæ epistola ad peragendam consecrationem plurimum valuit.

(II) *Munus consecrationis accipere valeas*. Facta est concessio plus anno antequam ab Episcopo Tucumanensi Ill. D. Melchiore Maldonado consecrationis munus acciperet Paraguayensis, nam regia nominatio, seu præsentatio patronatus data est Matriti 18. Maji 1640.: confirmatio 18. Augusti; & peracta consecratio mense Octobri anni sequentis 1641. Sed nondum quò oportebat pervenerant apostolicæ litteræ. Unde natum est dubium, de quo infra Ord. 318. & 319. Vide Charlevoixium (*b*).

OR-

(a) *Forti, Art. 42. De Conserv. n. 97.* (b) *Charlev. Hist. du Parag. lib. 9.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCC.
Anno 1640. 17. Sept.

DEputantur executores litterarum, de quibus nuper Ord. 296. circa mittendos ad Capitulum Generale Minorum, & forenses non promovendos ad officia Archiepiscopus Limanus, Decanus, & Archidiaconus ejus ecclesiæ. Ex Bullario Lugdun. tom. V. C. 286. Urbani, & meminit J. B. Pittoni (*a*),

ORDINATIO CCCI.
Anno 1642. 12. Jul.

UT Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitula Generalia Ordinis Minorum convenientes suis Custodibus in labore & in præmio æquales habeantur. Extat ibid. C. 307. Urbani. Incipit *Alias postquam*.

ORDINATIO CCCII.
Anno 1642. 22. Dec.

UT in provinciis Hispaniarum & Indiarum Fratrum Discalceatorum Ordinis Minorum nullus introducatur *Pater Provinciæ*. Utque possint mittere procuratores ad Curiam Romanam. Extat ibid. C. 314. Incipit *Alias pro felici*.

ORDINATIO CCCIII.
Anno 1644. 30. Apr.

DEclaratur, Minoribus Discalceatis provinciarum S. Josephi & Indiarum competere jus præcedentiæ supra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini. Extat ibid. C. 334. Incipit *Cum sicut*. Et per aliam ejusdem datæ constitutionem deputantur executores.

ORDINATIO CCCIV.

UT religiosi Societatis in Provincia Peruana possent Matutinum & Laudes sequentis diei à meridie pridiano recitare. Refert P. Alloza ex ea provincia in *Flore Summarum* (*b*). Qui tamen non exprimit, an fuerit vivæ vocis oraculo, an per litteras facta concessio, an ante an post vivæ vocis oraculorum revocationem: an in perpetuum, an ad tempus, sed tantum quod facta sit ab Urbano VIII. Suspicor esse factam per litteras aut certè post oraculorum revocationem, ut ea non comprehendatur; tum quia cum vivente Alloza Summa sit edita anno 1666., aut fal-

(a) *Pitt. CC. ad Regul. 6. Aug. 1639.* (b) *Alloza, V.* Hora Can. *sect. 2. n. 31.*

Digitized by Google

saltem prælo parata & ad editionem expedita triginta & eo amplius annis post oraculorum revocationem, pronum erat ut exprimeretur hujus privilegii caducitas, si esset de revocatis, cum author absque ulla caducitatis nota dicat: *Ex privilegio.... possumus recitare*. Tum quia privilegia temporaria Indiarum concedi solent ad vicennium vel decennium. At post vicennium à morte concedentis Urbani author ait: *Ex privilegio... possumus*. Quod non affirmaret, si concessio vicennio exacto cessasset. Dubium tamen restat ex eo quod privilegium quotidiani usûs in ea provincia exolevisse videtur, etiam cum illa staret: & cum religiosus vir doctus & gravis quasi viginti abhinc annis alienum se interrogatus ostenderit ab usu & usûs notitia, diu ante vel revocatione vel qua data causa crediderim expirasse.

ORDINATIO CCCV.

UT examinata per Theologos (I) matrimoniorum, quæ à Guaraniis infidelibus contrahi solent, qualitate (II), sententiæ magis faventi barbaris staretur in praxi, dum converterentur ad fidem. Refert P. Nicolaus del Techo (*a*), & ex eo P. Casnedi (*b*), Ill. Ligorius (*c*), & satis communiter summistæ morales.

ADNOTATIONES.

(I) *Examinata per Theologos*. Dubium erat, an contractus matrimoniales iniri soliti à Guaraniis in infidelitate essent vera conjugia, quibus obligarentur ad fidem conversi; an veri concubinatus, unde ad meliores nuptias transire possent. Pro contractûs legitimitate steterunt aliqui. 1. Quia non repugnat legitimitati infidelitas contrahentium, ex 1. Cor. 7. & ex Cap. *Gaudemus*, *De divort.* 2. Quia alioquin frustra esset privilegium à Pio V. concessum, de quo P. Sanchez (*d*), ut qui ante baptismum contraxerant, possent contrahere cum alia, dummodo constaret primam absentem esse, vel moneri non posse, vel monitam non respondisse. 3. Quia Guaranii in infidelitate vera contrahunt sponsalia; ergo & vera matrimonia. 4. Quia veras habent uxores quas nominant *Cherembicó*, à concubinis distinctas quas appellant *Cheaguazá*. 5. Quia in dubio favendum est valori matrimonii. 6. Quia non obstat dari apud Guaranios libellum repudii, quominus detur verum matrimonium, ex cit. cap. *Gaudemus*. 7. Quia ex quo homines sunt, humano modo præsumi debent contrahere. 8. Quia durum est eos tot criminum reos facere, si dicatur tota gens, non vero conjugio, sed concubinatu propagata. 9. Quia nisi dicatur verum esse matrimonium, maxima sequetur confusio volentium matrimonia cum repudiatis jussu parochorum renovata à jam conversis & baptizatis rescindi.

E re-

(*a*) *Techo, Hist. Paraq. lib. 10. cap. 15.* (*b*) *Casnedi, tom. 2. D. 11. sect. 8. & 9.*
(*c*) *Ligor. lib. 6. Medull. tr. 6. De Matr. c. 2. dub. 2. artic. 1. num. 902.*
(*d*) *Sanch. lib. 1. De Matr. d. 23. n. 14.*

Digitized by Google

E regione plures alii negarunt matrimonia esse vera. 1. Quia Guaraniorum mos est ad tempus contrahere, ut patet ex facilitate & usu mutandi uxores, cum perpetuitas sit de ratione matrimonii. 2. Quia non solum utuntur repudio, sed contrahunt animo repudiandi, ut suadet eadem consuetudo. 3. Quia ex eadem constat, contractum iniri cum occurrente, donec dignior occurrat. 4. Quia solent uxores aliis ex benefacto largiri. 5. Quia contrahunt animo & consuetudine habendi plures uxores. 6. Quia usque adeo inconstantes sunt, ut nullus sit apud eos perpetuus contractus. 7. Quia etiam post baptismum allegant consuetudinem suæ gentis, ut quas in ecclesiæ facie duxerunt uxores *relinquant*. 8. Quia nullus & nulla allegat indissolubilitatem matrimonii, ut repudium vitet. 9. Quia dum ad alios divertunt pagos, solent uxores ibi acceptas ibi relinquere. 10. Quia ipsi testantur hunc esse morem gentis. 11. Quia fundamenta contrariæ opinionis sunt à circumstantiis abstracta, cum in hac sententia ex materia subjecta & ex reipsa petantur. Tandem, quia in dubio resolvendum est in barbarorum favorem, qui facilius adducentur ad fidem, si libertas ad denuò contrahendum asseratur.

Alii mediam tenentes viam legitima esse matrimonia *vasallorum*, quos *aba-boya* vocant, non verò matrimonia caciquiorum, quos appellant *tubichábae*, censebant, eo quod illi præ his visi sunt cum aliqua firmitate contrahere. Sed patroni mediæ hujus sententiæ tandem fassi sunt se convictos, ut uniformem crederent reipsa consuetudinem, & veram secundam opinionem.

Dubium, ut vides, est potius facti, quam juris; nam de jure certum est, conditiones appositas contractui, nec tantum cogitatas, contra substantiam matrimonii, seu contra perpetuum, individuumque convictum, contra mutuam fidem, aut contra filiorum procreationem, matrimonium irritare *ex cap. fin. De condit. apposit.*, ibi: *Si conditiones* contra substantiam conjugii inserantur, puta si alter dicat alteri, contraho tecum si generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam honore & facultatibus digniorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu; licet aliæ conditiones appositæ matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter favorem ejus pro non adjectis *haberi*. Unde dum casus occurrerit, facta diligenter examinanda ad resolutionem & praxim.

(II) *Sententiæ magis faventi*. Hinc infert Casnedi Urbanum VIII. stetisse pro sententia judicantium, in concursu duarum opinionum probabilis & probabilioris licere sequi probabilem faventem libertati. Sed Urbanus supponit, concurrentes opiniones non se excedere in probabilitate, sed esse æquè probabiles, sic enim loquitur apud Theco, apud quem est tota responsionis & oraculi fides: *Ubi doctorum* sententiæ utrimque probabiles intercederent sequerentur barbaris *favorabiliorem*. Stantibus tamen in equilibrio sententiis, ea præponderare debet, & practicè devenit probabilior, cui accedat barbarorum favor, qui in religionis & fidei favorem redundat: Quo non tam libertati favetur, quam fidei.

P. Char-

Digitized by Google

P. Charlevoix (*a*) sic refert respondisse Urbanum: *Que les* deux opinions sur le cas proposé etant egalemente probables, il n'etoit nullement besoin de dispense, & que chacun devoit agir selon les conjonctures, com' il le jugeroit convenable pour ne pas risquer le salut des *infideles*. Opinionem verò magis, imo unice convenientem ne infideles de salute periclitentur, dixerit quis esse opinionem magis probabilem aut magis tutam. Sed vereor ne Charlevoixii expositio sensum apostolicæ responsionis alienet, postquam & quæstionis sensum nonnihil alienaverat.

Quod ex Urbani responsione favor derivetur authoritasque in probabilistarum sententiam præter cit. Casnedi plures affirmant cum Terillo (*b*). Et novissime Biner (*c*) apud Lacroix per P. Zachariam locupletatum (*d*) affert Urbani VIII. responsionem quamdam, quæ sine dubio est præsens, scilicet, *Missionarios* in India posse procedere cum conversis ad fidem catholicam secundùm sententias probabiles illis magis *favorabiles*.

Assertum probat Terillus transcripto ad verbum Historiæ Paraquariæ per P. Nicolaum del Techo capite 15. libri x. cum inserto ibi Cardinalis de Lugo libello supplici ad Sanctissimum. Ut primum Terilli opus Hispanis innotuit, professor quidam è Societate P. Thirso Gonzalez notus (*e*) ad impugnandum contendit nervos, tribus notatis, primò nullum à Terillo decretum authenticum produci; deinde nihil adduci sententiæ antiprobabilistarum adversum; tertiò interpretationem oraculi pontificii à Terillo factam imbellem esse. P. Thirsus Anonymi dissertationem charam habens totam transtulit in locum cit. Et P. Concina (*f*) Thirsum redigit in compendium, illud tantùm, dum Paraguay mentio incidit, obiter adjungens de suo, quod ut verum, mirum quantum ad historiam probabilismi referat, Paraquariæ provinciam esse divitem.

Ad rem quod attinet, vidi olim in archivio Neo-Cordubensi Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesu istius argumenti schedas, ex quibus proculdubio P. Techo Historiam illius Provinciæ concinnavit, & nominatim punctum hoc in quo versamur. Ad verbum hic scriptas reddere non possum jam diu longe absens. Illud tamen memoriæ satis fixum est, nihil ibi contineri quo tanquam de authoritate apostolica fulciatur, aut quo declaret Urbanus Pontifex, in concursu opinionum arripi posse minus vel æquè probabilem pro libertate contra legem. Nempe dispensatione per P. Joannem de Lugo postea Cardinalem petita, & casu proposito, Pontifex non Brevi, non Diplomate, quod frustra requirit Concina, sed viva voce respondit id tantum *Non esse opus dispensatione*. Reliqua sunt ipsius Cardinalis actorum rationem reddentis, & successum referentis verba, & ad missionariorum instructionem & pontificii responsi comprobationem addentis de suo, revera non esse opus dispensatione, sed missionarii in provincia examinarent facta, & conjugiorum guaranicorum naturam, qualitatem,

(a) *Charlev. Hist. du Parag. lib. 8. p. 316.* (b) *Terill. P. 1. De Reg. Mor. q. 8.*
(c) *Biner, Appar. ad Jur. P. 1. cap. 2. p. 268.* (d) *Lacr. lib. 1. n. 268.*
(e) *Thirs. De recto us. op. prob. D. 14. c. 7. §. 1.* (f) *Concin. tom. 2. Hist. del Prob. D. 3. cap. 5. §. 10. num. 2. pag. 116.*

Digitized by Google

tatem, adjuncta; & ubi doctorum sententiæ utrinque probabiles intercederent, sequerentur opiniones pro conditione locorum & hominum barbaris favorabiliores; salva interim utriusque partis authoritate sinerent doctis hominibus sentiendi libertatem.

Ex missionariis videlicet alii probabilius esse opinabantur, non esse vera matrimonia inter Guaranios; alii probabilius esse opinabantur oppositum. Potuitque utraque pars sentiendi libertatem vindicare, neutra secundum sententiam sibi minus probabilem operante. Unde neque ex Pontificis neque ex Cardinalis responso quidquam favoris vel authoritatis redundat in probabilismum. Hæc in veritatis obsequium adnotare *libuit*; cum credam de cætero referente Cardinali de Lugo Pontificis responsum & quid ipse Cardinalis sentiret, facili lapsu potuisse accipi verba referentis pro responsione à Pontifice data, & bona fide potuisse in errorem labi historicum, ex cujus narratione desumitur passim tota hujus probabilismi probationis allegatio.

ORDINATIO CCCVI.
Anno 1645. 12. Sept.

Missionari sinenses debent christianis quam primum baptizantur intimare jus positivum tanquam obligatorium sub peccato læthali quantum ad jejunia, festa servare, & confiteri semel in anno, & communicare, eo modo quo obligantur Indi in Nova Hispania & in Philippinis juxta dispositionem Pauli III. pro Indiis occidentalibus. Ita resolvit Congregatio de Propaganda & Innocentius X. observari præcepit sub pœna excommunicationis Sedi Apostolicæ specialiter reservatæ, ut ex Pascuccio (*a*) Pignatelli abbreviatore refert J. B. Pittoni (*b*).

ADNOTATIONES.

Fr. Philippus de Carboneano Minorita (*c*) in summa hujus *ordinationis* referenda non discordat. *Supremæ* (ait) Inquisitionis *decreto* approbante Innocentio X. anno 1646. definitum, ac sub pœna etiam latæ sententiæ excommunicationis missionariis observari mandatum, ut jus positivum ecclesiasticum enuntiarent, observandumque præciperent. En dubium Sacræ Congregationi propositum: Utrum christiani sinenses sint obligati ad observandum jus positivum quantum ad jejunia, confiteri, semel in anno communicari, & festa servare eo modo quo obligantur Indi in Nova Hispania, & in Insulis Philippinis juxta dispositionem Pauli Tertii pro Indiis occidentalibus & Meridionalibus. Censuerunt jus positivum ecclesiasticum de jejuniis absolutè obligare christianos sinenses, & a missionariis hoc esse illis enuntiandum. Attenta verò regionum & personarum qualitate,

(a) *Pasc. P.* 2. *tit.* De Missionariis. (b) *Pitt. CC. ad Confessar. num.* 864.
(c) *Carb. Append. ad tr. De Legib. P. Antoine pag.* 244. *Ed.* 1766.

Digitized by Google

tate, locum esse, si Sanctissimo placuerit, dispensationi à fel. rec. Paulo Tertio Indis datæ. Qua obtenta satagant missionarii Sanctæ Matris Ecclesiæ pietatem illis patefacere, quibus ea, quæ in universum indixit, magna ex parte benignè remittit & indulget. Censuerunt etiam, præfatos sinenses obligari ad confessionem semel in anno, & missionarios ejusmodi obligationem debere eis notificare. Idem censuerunt quoad sacram communionem semel in anno sumendam. Quo vero ad executionem tempore statuto, hoc est in paschate, hoc esse intelligendum nisi adsit legitimum impedimentum, aut grave periculum immineat. Curandum tamen ut intra duos vel tres menses ante vel post paschati proximos, quatenus sine discrimine fieri possit, sin minus alio quovis tempore infra decursum unius anni à paschate inchoandi omnino communicent. Demum censuerunt, sinenses ad fidem conversos teneri festa servare, missionarios etiam teneri hoc eis notificare; locum tamen esse, si Sanctissimo placuerit, limitandi eis numerum dierum festorum juxta formam privilegii à Paulo Tertio Indis concessi. = Nota. Paulus Tertius concessit, ut Indi tenerentur tantum ad abstinendum ab operibus servilibus in diebus Dominicis, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi; nec-non Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis B. M. Virginis, BB. Apostolorum Petri & Pauli. Ita Verricellus (*a*), qui subdit non constare, Innocentium X. hujusmodi privilegium extendisse ad *Sinenses*. Hucusque Carboneanus.

In quibus notaveris 1., resolutionem, quam Pittonius refert ad Congregationem de Propaganda, ab hoc authore tribui Inquisitioni. 2. Privilegium Pauli Tertii, quod vide supra Ord. 58., non prodesse sinensibus, nisi extendatur vel communicetur nova Sanctissimi concessione. 3. Datam approbationis pontificiæ esse anno posteriorem apud Carboneanum. Et fortè hic loquitur de approbatione cum posteriore dispensatione actu concessa cum extensione indici privilegii ad sinenses, de qua Verricello non constabat; & quæ reipsa, facta esse videtur, & usu vigere.

In Tunkino saltem, quod regnum Sinis affine est, vigere constat ex relatione data Romæ 24. Jul. 1770. a P. Onuphrio de Villianis Faventino S. J. Tukinensis Missionis procuratore, in qua inter alia dicitur: *Queste* (feste) sono nelle Bolle di Paolo Terzo, ed altri Pontefici assegnate in Tunkino, e sono il Natale, l'Epiphania (Circumcisionem requiro in transcripto, quod ad manum est), Pascua di Risorrezione, e di Pentecostes, la SS. Trinitá, Corpus D., l'Ascensione, Purificazione, Assunzione, Annonziazione, Nativitá, Tutti i Santi, S. Giovanni B., S. Pietro e Paolo, S. Giuseppe, è S. Thomaso..... Nel kalendario della Compagnia si novera tra le feste di precetto (quella di S. Saverio) negli altri no... Parmi che non sia necessaria particolare licenza, existendo nel Bollario la Bolla di Benedetto XIV. (*b*)... Oltre la Vigilia del Natale, e'l

(a) *Verric. De Ap. Miss. tit. 8. De Privil. Reg. q. 98. §. 20.* (b) *Hanc Benedicti Bullam vide Ord. 592.*

Digitized by Google

e 'l Sabbato Santo non hanno i Tunkinesi altro digiuno d' obligazione che i sè Venerdì di *Quaresima*.

In hac relatione, vel potius in relationis transumpto manuscripto quod fortè defectuosum est, præter Circumcisionis festum jam memoratum requiro dies dominicos in Bulla Pauli Tertii expressos. Quodsi dies hi supponuntur numerati, cur exprimitur dies SS. Trinitatis, qui unus de diebus dominicis est? Forte cum reliquæ Dominicæ supponantur, exprimitur hæc sicut dies Resurrectionis & Pentecostes ob specialem festivitatum harum excellentiam. Ut ut hæc sint, ex ea relatione constat, dispensationem Innocentio X. à S. Congregatione propositam, esse revera factam, quod dubitabat Verricelli; & extensionem concessionis Pauli Tertii ad eas orientis partes usu vigere, etsi cum aliqua varietate vel festorum additione, qualis & in aliquo occidentalium Indiarum loco vel regione contingere potest.

ORDINATIO CCCVII.

Anno 1645. 12. Sept.

INnocentius X. juxta quædam à S. Congregatione de Propaganda comprobata responsa Theologorum, qui certas ceremonias & ritus sinenses revera superstitione infectos judicaverant, sub excommunicatione latæ sententiæ mandavit, ut responsa, decisionesque prædictæ observarentur, donec aliter videretur Sedi Apostolicæ. Mentio fit in Const. *Ex quo*. Benedicti XIV. data 11. Jul. 1742. Vide Ord. 316. 347. 380. 460. 477. 484. 546. 566.

ORDINATIO CCCVIII.

Anno 1645. 20. Nov.

UT in Collegio S. Thomæ Manilensi Ordinis Prædicatorum conferri possint gradus litterarii. Mentio fit in Const. *Inscrutabili*. Innocentii XI. tom. 8. Bullar. Rom. Const. 103.

ORDINATIO CCCIX.

Anno 1646. 15. Octobr.

REferente Emmanuele Caponio, Generalem Soc. Jesu circa missiones Patrum suorum à Sacra Congregatione de Propaganda faciendas, optare ut sibi ac aliis superioribus liceret inconsulta S. Congregatione (I) missionarios mutare, eadem S. Congregatio censuit, Generalis petitioni annuendum, dummodo nomina remotorum (II) nulla etiam expressa remotionis causa, & nomina substitutorum significentur, ut ipsa substitutos declaret missionarios suos, & si opus fuerit, facultates renovare possit. Ex M. S. archivii Cordub. S. J. in Tucuman.

ADNOTATIONES.

(I) *Missionarios mutare*. Simile privilegium erat concessum à Paulo Tertio anno 1549. in Const. *Licet debitum* per hæc verba: *Per nos & succes-*

Digitized by Google

cessores nostros ad aliquem locum missos sine certi temporis limitatione, cum id expedire ad Dei gloriam & animarum auxilium visum erit (super quo conscientiam dicti Præpositi oneramus) ad alia loca transmittere *valeat*.

(II) *Nulla expressa remotionis causa*. Simile etiam privilegium concessum erat Societati in provincia Paraguariæ circa missiones seu doctrinas, quæ sunt de regio patronatu, ut scilicet prælatus regularis doctrinarios remoturus non teneretur remotionis causas aperire vicepatrono vel ordinario, sed satisfaceret facti admonendo, & alium vel alios juxta leges proponendo. Privilegium hoc extat in schedula regia, quam refert Frassus cap. 45. Illius etiam fit mentio in decreto Philippi V. 28. Dec. 1743. Vide Ord. 596.

ORDINATIO CCCX.
Anno 1647. 27. Mart.

RElata constitutione Urbani VIII. & Pauli V., ne Indiarum parochi ab eligentibus sepulturam apud Franciscanos majorem exigant eleemosynam quàm conceditur à Tridentino sess. 25. cap. 13. juxta explicationem Pii V. factam anno 1567. 7. Kal. Jul., executores deputat Provinciales Dominicanos, Augustinianos, & B. M. de Mercede cum facultate constituendi sacerdotem religiosum, qui Notarium agat ad effectum. Refert Frassus (a) cum Senatus Indici permissione, qui tamen eam legem apposuit, ut quod de Notario dicitur, habeat tantum locum, dum Notarius ecclesiasticus requisitus nolit operam præstare.

ORDINATIO CCCXI.
Anno 1648. 7. Febr.

UT donatio quinque mille librorum (forte librarum) facta à Ven. Servo Dei Joanne de Palafox Seminario Angelopolitano SS. Petri & Pauli rata esset, decrevit Innocentius X. per Breve. Refertur in Opere hispanicè inscripto: *Epitome* de la Bibliotheca Oriental y Occidental, nautica y geographica de D. Antonio Leon Pinelo del Consejo de Su Magestad en la Casa de la Contratacion de Sevilla, y Coronista Major de las Indias, añadido y enmendado nuevamente, &c. tom. 2. tit. 21. col. 814.

ORDINATIO CCCXII.
Anno 1648. 14. Maii.

COnfirmat Innocentius XI. resolutionem S. Congregationis, qua censuit non posse clericos modo suppressæ Soc. Jesu in civitate & diœcesi angelopolitana confessiones personarum sæcularium audire sine licentia Episcopi diœcesani, nec verbum Dei prædicare in ecclesiis sui Ordinis non petita ipsius benedictione; neque in aliis ecclesiis sine ipsius licen-

(a) *Frasso, cap. 94. num. 18.*

Digitized by Google

centia, neque in ecclesiis etiam sui Ordinis ipso contradicente: & contravenientes ab Episcopo ut Sedis Apostolicæ delegato coërceri & puniri posse etiam censuris ecclesiasticis in vim (I) constitutionis Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili Dei providentia*.

Confirmavit item sequentes resolutiones, quæ a S. Congregatione eadem occasione dimanarunt. 1. Si Episcopus præcipiat regularibus etiam Societatis Jesu, ut decreta aliqua Concilii Tridentini observent, & exequantur in illis casibus in quibus per ipsum Concilium vel per Constitutiones Apostolicas regulares exempti subjiciuntur jurisdictioni & correctioni Episcopi, minimè licere ob eam causam regularibus conservatores eligere. 2. Quando Ordinarius procedit juris ordine servato adversus regulares prædictos in casibus, in quibus per Concilium Tridentinum vel per Constitutiones apostolicas ipsi subjiciuntur, non posse conservatores assignare. 3. Regularibus etiam S. J. asserentibus se habere privilegia, quominus obediant Episcopo in executione juris communis, Concilii Tridentini, vel Constitutionum Apostolicarum, Ordinarios non debere ipsis adhibere fidem absque exhibitione ejusmodi privilegiorum. 4. In casu, quo regulares etiam S. J. exhibeant quædam privilegia, & Ordinarii judicent ea non suffragari casui de quo agitur, & ad rem non facere; si verba privilegiorum sint ambigua & obscura, non licere regularibus prædictis recurrere ad Metropolitanum, aut ad viciniorem Episcopum, aut conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adeundum. 5. Constitutionem Gregorii XV. circa conservatores publicatam anno 1621. æquè afficere (II) religiosos Societatis Jesu (III). 6. Prædictos regulares gravatos ære alieno, aut ad ratiocinia obligatos, vel testamentorum executores posse conveniri coram ordinario, si conservatores non nominaverint intra tempus habile (IV) ab Ordinario præscriptum. 7. Dictos regulares conservatores assumentes non teneri coram Ordinario vel alio Judice competente cautionem præstare de *judicio sisti* & *judicatum solvendo*, casu quo in lite succubuerint. 8. Quando Episcopi jura & decimas Cathedralium adversus regulares prædictos dote sua spoliantes ecclesias coram judice competente tuentur, librosque, memorialia, & allegationes producunt jus cathedralium ecclesiarum exprimentes, & acquisitiones religiosorum, aliaque id genus enumerantes ejusmodi scriptorum occasione, si Episcopi ejusmodi scripta coram judice competente producant, & regularium immoderatas acquisitiones modestè & veraciter referant, non licere regularibus ob eam causam ad conservatores recurrere. 9. Regulares etiam S. J. in una diœcesi ab Episcopo (V) approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam posse in alia diœcesi ejusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani. 10. Eisdem regularibus qui confessiones personarum sæcularium audiunt sine approbatione Episcopi loci, vel prædicant in ecclesiis sui Ordinis non petita ipsius benedictione, aut in aliis ecclesiis absque ejus licentia, vel in ecclesiis etiam sui Ordinis eo contradicente, posse Episcopum in vim constitutionis Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili*, tanquam Sedis Apostolicæ delegatum administrationem sacramenti pœnitentiæ,

aut

Digitized by Google

aut munus prædicationis interdicere, eosque juris remediis coercere (VI) & punire. 11. Quando Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, ipsum posse præcipere, ut donec licentiam intra præscriptum tempus non exhibeant, à tali ministerio abstineant: nec pro hujusmodi licentià esse requirendum Provincialem, sed satis esse ipsos religiosos requirere, aut eorum superiores in diœcesi existentes. 12. Si contingat, ut aliquis regularium insurgat contra Episcopum in propria diœcesi maledictis, scripto, vel dicto, populum scandalizando, si regularis intra claustra degens extra ea deliquerit ità notoriè, ut populo scandalo sit, Episcopo instante teneri superiorem regularem intra terminum ab Episcopo præfigendum severè illum punire, ac de punitione Episcopum certiorem facere; alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad præscriptum Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 14. *De Regular.* Quodsi delinquens ad aliam diœcesim migraverit, servandum esse quod præscribitur in Const. Clementis VIII. *Suscepti muneris* (VII). 13. Conservatores nominatos & electos à prædictis regularibus ante exercitium suæ jurisdictionis teneri suæ electionis authenticum instrumentum exhibere (VIII) coram Ordinario sub pœna nullitatis actuum. 14. Privilegia, quæ sunt contra jurisdictionem Ordinarii, & quibus gaudent & gaudere prætendunt regulares prædicti (IX), debere Episcopis notificari seu insinuari, si eis uti voluerint. 15. Prædia rustica, metallorum fodinas, sacchari opificinas à regularibus Societatis vel aliis possessas, vel alias domos sæculares, in quibus videlicet unus vel duo tantum regulares commorantur, non gaudere privilegiis collegiorum seu conventuum. 16. Regulares prædictos apothecas quarumcumque mercium, macella, & similia præcipue circa collegia seu conventus exercentes non posse ab Episcopo inhiberi. Sed si in præmissis ita notoriè delinquant, ut populo scandalo sint, servandum quod supra num. 12. Regulares etiam Societatis Jesu in suis prædiis, opificinis, aliisque domibus sæcularibus sitis intra limites parochialium ad se non spectantium, non posse administrare sacramentum baptismatis solemnis, matrimonii, extremæ unctionis, & eucharistiæ in festo paschali, famulis, mercenariis, rusticis, sive aliis id genus sæcularibus absque ordinarii vel parochi licentia. 18. Patres Societatis in civitate & diœcesi Angelorum non posse consecrare vasa sacra, altaria, & similia, in quibus unctio requiritur.

Confirmavit etiam Summus Pontifex Sacræ Congregationis responsiones ad sequentia dubia pro parte religiosorum Societatis proposita. 1. An Episcopi in partibus Indiarum possint totum unum monasterium, vel collegium suspendere ab audiendis confessionibus? R. Episcopos Indiarum posse quidem omnibus simul unius monasterii vel collegii confessariis adimere facultatem audiendi confessiones personarum sæcularium, etiam inconsulta S. Congregatione, cum decretum ab ea editum 20. Nov. 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali non extendatur ad eas regiones tam longè ab Urbe dissitas. Verum ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo & animarum perniciè contingere potest, abstinendum esse Episcopis nisi gravissima subsistente causa, supra quod S. Congregatio voluit illorum conscientias esse oneratas. = 2. An Episcopus re-

Ddd gula-

Digitized by Google

gularem pro confessionibus semel approbatum, sine nova causa possit ab audiendis confessionibus suspendere? R. Non posse regulares alias liberè approbatos prævio examine ad audiendas confessiones personarum sæcularium, ab eodem Episcopo suspendi sine nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente. = 3. An Bulla Pii V. (x) 34. in ordine Bullar. tom. 2. concessa supplicante Seren. Rege Catholico, non ad petitionem regularium, sit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones regularium mitigantur? R. Agendum cum Sanctissimo an velit declarare Bullam non esse revocatam; illam tamen non suffragari nisi ubi est defectus parochorum. = 4. An Episcopus possit procedere contra regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei? Et hoc an vigore Concilii Tridentini, vel per quem canonem? R. Posse procedere, non in vim Concilii Tridentini, sed in vim Constit. *Inscrutabili* Gregorii XV. = 5. An licentia audiendi confessiones & prædicandi ab Episcopo per litteras patentes Cancellariæ concedi possit? R. Posse concedi etiam per litteras missivas vel ore tenus, si ita Episcopo videatur. = 6. An talis licentia sine scriptis oretenus concedi possit? R. Ut ad proximum. = 7. An facultas eligendi conservatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis ubi non sunt judices synodales? R. Suffragari quoad hoc ut Societas non teneatur ex illis eligere conservatores, dummodo in reliquis servetur forma constitutionis Gregorii XV. hac de re editæ. = 8. An conservatores Societatis Vicarios Generales Episcoporum (XI) authoritate apostolica compellere possint per pœnas & censuras ecclesiasticas virtute Bullæ *Æquum reputamus* Gregorii XIII. datæ ult. Febr. 1573? R. Posse à manifestis injuriis & violentiis eos compescere etiam censuris & pœnis ecclesiasticis. Extat apud Frasso (*a*), & in Monitorio Prosperi Cafarelli (XII).

ADNOTATIONES.

(I) *In vim Constitutionis Gregorii*. Refert Lezana (*b*), qui Romæ agebat; dum erat sub judice lis angelopolitana, per tres menses conquisitum ibi esse Breve Urbani VIII. gregorianæ constitutionis incipientis *Inscrutabili* revocatorium vel suspensivum, de quo supra Ord. 263., sed in cassum. Quo factum est, ut constitutio gregoriana credita sit nondum revocata, sed vim suam in Hispaniarum regnis obtinere. Fuisse tamen reverà suspensam, & Breve post latam sententiam comparuisse, innegabile est, nam inter innumeros scriptores id affirmantes apud Frassum (*c*) Doctor Solis anno 1641. spopondit in Curia Mexicana testimonium authenticum (*d*). Et procuratores religionum anno 1722. illud Romæ exhibuerunt, ut refert Lossada (*e*). Nec de revocationis vel suspensionis authenti-

(a) *Frasso, cap.* 81. *a. num.* 2. (b) *Lezana, cit. ab Ortega in Def. Prov. Philipp.*
(c) *Frasso, cap.* 74. *a num.* 23. (d) *Solis*, Compend. de lo mucho efer. en fav. de las Rel. apud cit. Ortega. (e) *Lossada, Chronol. de los Privil. Ind.*

Digitized by Google

licitate dubitari posse censuerunt quatuor Juris consulti in Allegatione edita illo anno.

Hinc dubitaverit quis, an præsens innocentiana constitutio, quatenus in gregoriana nititur, valeat, cum notum sit in jure, non tenere dispositum ex suppositione facti, cui veritas non subest. Sed cum Urbani revocatio vel suspensio provisionalis sit, donec aliter à Sede Apostolica provideatur, dubium eximitur, satis enim mens Apostolicæ Sedis declarata est pro vigore actuali constitutionis aliquandiu suspensæ, & consequenter pro vigore hujus innocentianæ, tum quia ab eo tempore utriusque executio inculcata est, tum quia illius valor & vigor supponitur in posterioribus Bullis, ut in Bulla Clementis X., cujus initium est *Superna*, in Constitutione Innocentii XIII. quæ incipit *Apostolici Ministerii*, & in hujus confirmatione à Benedicto XIII. pro Hispaniis facta in judicio contradictorio, quatenus facta est confirmatio, imo & data Constitutio, postquam religionum procuratores & allegatores Jurisconsulti, de quibus supra, Brevis suspensivi authenticitatem in romanam lucem deduxerant; siquidem constitutio *Apostolici Ministerii* data est anno 1723. 30. Maji, & confirmatio anni sequentis 1724. 23. Sept., cum procuratorum & Jurisconsultorum objecta allegatio sit anni 1722. Imò constat, tum ex tenore Benedictinæ Confirmationis, tum ex testimonio Lossadæ, Benedictum religionum instantiam resistentiæ loco & nomine judicasse. Tandem Benedictus XIV. Const. *Quamvis* data 6. Kal. Mart. 1745. edicit, utramque vigere, & Constitutionem *Inscrutabili* Gregorii, & præsentem innocentianam *Cum sicut*.

Nec Rex Catholicus pro suo destitit hujus executionem & observantiam urgere. Ill. Lopez Zebuanus Episcopus in quadam sententia lata anno 1660. (a) inquit: *Dicha Bulla* de Innocentio está mandada observar en las Indias por Phelippe IV. por diversas cedulas despachadas en Madrid à 25. de Enero (in hoc numero errorem esse oportet, cum tribus post mensibus Bulla emanaverit) de 1648. à 5. de Marzo de 1651. y a 30. *de Junio de* 1653. Regias de hoc argumento schedulas vide cum Memoriali pro jurisdictione episcopali ad finem Vitæ Ill. Palafox scriptæ à P. Rosende de Ordine Cler. Min.

(11) *Æquè afficere*. Sermo est de Const. *Sanctissimus*, publicata 26. Sept. 1621., qua Gregorius XV. decrevit invalidas omnes aliter, quam statuit, factas conservatorum electiones. 2. Ut conservatores deputari non possint, nisi in conciliis designati sint judices. 3. Ut regulares intra sex menses à die publicatæ hujus constitutionis debeant conservatores assumere, ejusque assumptionis documentum penes acta curiæ Ordinariorum exhibere teneantur; alioquin coram eis conveniantur. Quodque conservatores durante quinquennio, nisi ex causa à Sede Apostolica, aut à locorum Ordinariis approbanda, amoveri non possint. 4. Ut coram conservatoribus trahi possint, non alios ipsi trahere. 5. Si qua inter conservatores

(a) *Ill. Lopez, apud cit. Ortegam.*

Digitized by Google

tores & ordinarios orta fuerit super jurisdictionis competentia controversia, nequaquam procedatur donec per arbitros fuerit decisa. Non prohibet, quin petant judices à principibus sæcularibus, dummodo sint actores, & agant contra laïcum, & causa sit profana.

(III) *Religiosos Societatis Jesu*. Exprimitur nominatim in hac & in aliis hujus argumenti constitutionibus hic Ordo propter concessionem, quæ ei specialiter facta erat à Gregorio XIII. anno 1572. in Const. *Æquum reputamus*, scilicet, *Ut* in quibuscumque causis, tam civilibus, quam criminalibus, & mixtis, etiam in eis, in quibus actores, & conventi rei forent, omnes personas in dignitate ecclesiastica constitutas, cathedralium canonicos, & Episcoporum vicarios generales possent assumere in conservatores & judices *ordinarios*. Et licèt eadem constitutio ad sui derogationem plures conditiones requireret, omnibus derogare voluisse præsente ordinatione satis declaravit Pontifex successor. Iisque omnibus derogatum esse probè noverat Ordo ille etiam cum staret, & notum fecerat in Compendio Indico Privilegiorum Verbo *Conservatores*.

(IV) *Si conservatores non nominaverint*. Ergo si nominaverint, conveniri non possunt coram Ordinario. Et hæc est praxis, de qua supra Ord. 150. Nihilominus Ill. Mercadillo Tucumanensis Episcopus initio labentis sæculi intimavit regiam quamdam schedulam, qua indicitur executio duarum resolutionum, quibus declaratur, in causis requirentibus indaginem judicialem non esse conveniendos regulares etiam reos coram conservatoribus, sed coram Ordinario. P. Joannes Martinez de Ripalda S. J. pro Indiarum provinciis procurator supplicationem de schedula interposuit. 1. Quia cum Rex Catholicus per suum in romana curia oratorem postulasset, ut constitutio Gregorii XIII. de terminandis per ordinarios in America litibus extenderetur ad exemptos, cum Apostolicus Nuntius, & Ordinum Generales, ut erat Pontificis votum, non convenirent, per Sacram Congregationem declaravit Sua Sanctitas 15. April. 1698., *Recurrendum esse* (nempe ad Sanctissimum) *in casibus particularibus*. Cujus declarationis exemplar authenticum tunc exhibitum est. 2. Propter constitutionem Gregorii XIII., de qua Adnot. præced., qua jus conservatorum asseritur universim ad causas etiam requirentes indaginem. Et ad Sacræ Congregationis objectas resolutiones reposuit, intelligendas de conservatoribus electis juxta antiquum jus, nam de electis jure novo speciali standum erat decisioni angelopolitanæ, juxta quam recurrendum solùm est ad Ordinarium, quando regulares non nominaverint conservatores. Supplicatio non fuit admissa. Sed & diu post, anno 1723. 20. Dec. in Januensi *Jurisdictionis* inter Patres Societatis & Carmelitas Excalceatos declaratum fuit conservatori à Patribus Societatis deputato jus tantùm esse illos defendendi à manifestis injuriis & violentiis, eorumque causas cognoscendi, quando iidem rei sunt ad normam constitutionis Gregorii XV., ut refert Benedictus XIV. (a). Injuriæ verò & violentiæ, dum manifestæ

(a) *B. XIV. lib. 4. De Syn. Diœc. cap. 6. n. 6.*

ſtæ ſunt, non requirunt indaginem. Igitur ad cauſas indaginem requirentes non extenditur conſervatorum jus.

(V) *In una diœceſi*. Poſſent hac deciſione non obſtante, virtute facultatum vicennalium, ſi pro tempore vigerent, miſſionarii in utraque India ſemel approbati ab aliquo illarum partium Epiſcopo confeſſiones audire abſque licentia Diœceſani ultra duas dietas diſtantes eo modo, quo conceditur infra Ord. 522., quia ejuſmodi conceſſiones ſunt illa deciſione poſteriores.

(VI) *Coërcere & punire*. Per conſtitutionem *Inſcrutabili* Gregorii XV. ſubjiciuntur regulares in iis, quæ animarum curam & ſacramentorum adminiſtrationem concernunt, omnimodæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani. Unde in ſic concernentibus non eſt dubium, ſtante illa conſtitutione, quin poſſint regulares etiam per cenſuras coërceri.

An verò poſſint in omni alio caſu quo Ordinario ſubjiciuntur, etiamſi cenſurandi poteſtas nec in ſe expreſsè, nec in omnimodæ juriſdictionis exercitio ſignificetur, dubium eſt in quo affirmat Barboſa (*a*); nullam tamen rationem allegat, nullum jus. Salcedo in Additionibus ad praxim Bernardi Diaz (*b*) etiam affirmat. 1. Quia Epiſcopus habet juriſdictionem fori externi in illis caſibus. At qui fori externi juriſdictionem habet, habet utique facultatem cenſuras ferendi, ut in tractatu de Cenſuris tradunt communiter Doctores. 2. Quia alias eſſet inutilis juriſdictio Epiſcopi ad compellendos exemptos, ſi eccleſiaſticis armis deſtitueretur. 3. Quia juriſdictione conceſſa ea ſimul conceſſa intelliguntur, ſine quibus exerceri nequit, ex *l.* 2. *ff. De juriſd. omn. jud.*: ex *cap. Paſtoralis*, & *cap. Præterea*, *De off. Deleg.* Id autem ſubſiſtere non poſſe, putat etiam Leurenius (*c*), ſi cenſuras nequeant Epiſcopi ferre in illis caſibus.

Contrarium tenet P. Sanchez (*d*), ſi exempti habeant privilegium ne cenſuris feriri poſſint, quale habent mendicantes omnes. Eandem ſententiam tenet Rodericus (*e*) ex *cap.* 1. *De Privil.* in 6. ibi: *In eos autem quibus ne interdici, ſuſpendi, aut excommunicari a quoquam valeant, à Sede Apoſtolica eſt indultum, ſicut ſunt religioſi quam plures, in quorum privilegiis continetur ne quiſquam Epiſcopus vel Archiepiſcopus monaſteriorum ſuorum monachos pro ulla cauſa, ullove loco interdicere, ſuſpendere, aut excommunicare præſumant, iidem Ordinarii juriſdictionem ſuam quantum ad iſta, ubicumque illi fuerint, penitus exercere non poſſint*. Ubi Gloſſa habet: *Licèt ergo iſta, ſcilicet interdictum ſuſpenſionem, & excommunicationem non poſſint Ordinarii, poſſunt tamen cauſam eorum audire & judicare; quodſi non pareant, poſſunt in poſſeſſionem mittere & ſimilia facere*. Et Hoſtienſis addit ibid.: *Quod deponere potuerunt, & in arctum monaſterium detrudere, ſi cauſa talis fuerit*.

(VII)

(a) *Barb. 3. P. De off. Ep. Alleg.* 105. *num.* 13. (b) *Salc. Cap.* 3. *litt. A.* §. Punire. (c) *Leuren. in tit.* 3. *Jur. Can. l.* 1. *q.* 869. *n.* 9. (d) *Sanch. l.* 7. *De Matrim. D.* 33. *num.* 23. (e) *Roderic. tom.* 1. *Summ.* 2. *Ed. cap.* 74. *n.* 4. *caſ.* 1.

Digitized by Google

(VII) *Quod præcipitur in Constit. Clementis VIII.* Scilicet, ut superior delinquentis ad locum in quo deliquit, eum revocare teneatur. Aliter Ordinarius loci, ad quem migravit, ab Episcopo loci in quo deliquit requisitus vel aliàs de delicto informatus decretum Concilii exequi, & in regularem animadvertere possit ac debeat.

(VIII) *Instrumentum exhibere.* Non dicitur dimittere, aut ibi deponere & relinquere; sed manifestare, sed informare, aut indicare, ut notat Cespedes apud Forti (a), quin obstet, quod electionis documentum ex decreto Gregorii XV. debeat non tantùm exhiberi, sed in Episcopalis Curiæ acta referri. Intelligitur enim, inquit, de electione quæ fieret infra bimestre in Italia, & extra Italiam infra semestre computandum à die pubblicatæ constitutionis. Hoc autem impugnat ibidem Forti, author de cætero, sententiâ Benedicti XIV., satis liberalis in prorogandis conservatorum facultatibus. Verba Benedicti sunt (b): *Non multum fidendum huic authori* (de Forti loquitur) quoniam multis in locis præsertim Art. XXI. conservatorum jurisdictionem protendit ultra limites à Sacra Congregatione *præfixos*.

(IX) *Debere Episcopis notificari.* Nisi notoria illa jam sint, notorietas quippe relevat ab onere probandi, ut est in jure notum & vide apud Card. Petram (c). De cætero conservator, quem judicem delegatum suppono, debet procedere secundum jus & officium judicis delegati, de quo hæc habet P. Molina (d): *Judex delegatus ostendere tenetur se habere eam delegatam jurisdictionem, alioquin nullus tenetur ei parere etiam in executione sententiæ à se latæ, ut si præcipiat alicui denuntiare aliquem esse excommunicatum. Ita habetur Cap. *Cum in jure de offic. & pot. jud. deleg.** Unde citare debet inserto tenore suæ delegationis, aut aliter de sua delegatione certum citatum facere, ut teneatur coram ipso comparere. Ita juxta Cap. *Cum in jure cit.*, & Cap. *Præterea, De Dilationibus*, Bartolus, Panormitanus, & Felinus quos Maranta de *Ord. Jud. part. 4. d. 5. n. 55.* refert ac sequitur. Contra verò res habet in jurisdictione ordinaria .... Maranta (ibid. 15. n. 8.) cum plerisque aliis, quos citat, affirmat processum factum à judice delegato antequam litteras suæ delegationis ostendat, esse nullum, etiamsi jam eas litteras habeat. Id tamen cum Angelo & Baldo limitat procedere, dummodo pars opponat de rescripto non præsentato. Si enim id non opponat, & sub silentio pertransiret, validus esset *processus*. Hucusque Molina.

Cap. *Cum in jure*, quod citat, sic habet: *Cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur, Authoritate qua fungor, injungo ut talem denunties excommunicationis sententiæ subjacere, ac tibi super mandato apostolico hæsitanti ab aliquo non sit facta fides, an mandatum hujusmodi exequi tenearis. Super quo tibi hujusmodi damus responsum, quod nisi de mandato Sedis Apostolicæ certus extiteris, exequi non cogeris quod man-*

(a) *Forti, Art. XIII. De Conserv. n. 16.* (b) *B. XIV. l. 4. De Syn. D. cap. 6. num. 6.*
(c) *Petra, tom. 1. ad C. 1. Leon. IX. p. 208. n. 66.* (d) *Molina, tr. 5. De Jurisd. D. 25. num. 1.*

Digitized by Google

mandatur. Ubi Glossa notari vult: *Quod nisi delegatus ostendit jurisdictionem suam, non est ei credendum si dicat se delegatum.*

Supra cap. *Præterea.* Citatum similiter à Molina habet altera Glossa: *Nota* quod judex delegatus tenorem rescripti debet inserere in litteris citationis. Et est communis sententia Canonistarum, è quibus Hut (a) ait: *Quorum* (delegatorum ab homine seu judice ordinario) jurisdictio regulariter non prius arctat citatum, quam si judex delegatus citans copiam saltem authenticam commissionis suæ citato transmiserit. Quia esse delegatum est quid *facti*. Et inferius (b): *Quæres* 7. In quo consistat officium judicis delegati? R... Tenetur, si litigantes petant authenticè suam delegationem probare, vel ostensis litteris, si sit delegatus Principis l. 1. C. *De mand. Princ.*; vel etiam per testes si sit delegatus inferioris, *cap.* 24. *De rescript.* Ratio quia facta non præsumuntur, *l.* 10. *C. De non num. pec.* Sed delegatio est quid *facti*. *Ergo.*

Dixit supra hic author hæc procedere *regulariter*; nam potest Princeps velle, & voluntatem significare ut extraordinarie procedatur in causa, posthabitis aut remotis fori formalitatibus & tricis. Quod si contingat sat erit quod & ea voluntas & delegatio quavis ratione nota fiat. Idem est si delegato sit privilegium jure scripto vel consuetudine munitum, quale dicuntur habere stylo & praxi S. R. E. Cardinales, ut suo de suis delegatis facultatibus testimonio credatur. Gregorius XIII. Const. *Æquum reputamus*, supra Adnot. III. relata concessit Societati, ut posset conservatores assumere *ut judices ordinarios*. Quo non aliud significare voluisse videtur atque privilegium illiusmodi; nam judices ordinarii, ut supra docuit Molina cum communi sententia, non tenentur citatum de sua facultate certum reddere.

(X) *Bulla Pii V.* Non suffragatur nisi ubi est defectus parochorum, & qui in tota diœcesi parochorum parochi sunt, Episcoporum: idest ubi non sunt episcopatus nec parochiæ, nec parochi à religiosis distincti. Sunt in America loca plurima, in quibus est defectus parochorum sumptus pro inopia vel raritate; nam in Valle *Chalcaqui* Tucumanensis Diœcesis uni parocho subest spatium sexaginta leucarum, destitutum quidem frequentibus oppidis, sed refertum mapalibus ruricolarum pagatim dissitis, quibus eo difficilius assistitur, eoque magis sentitur parochorum defectus quo magis dispersa sunt. Et parochia *de Casavindo & Cochinoca* in eadem Diœcesi, priusquam paucis abhinc annis divideretur, ad quinquaginta leucas, aut biscentum milliaria protendebatur similiter. Et post divisionem Diœcesis quatuor centum circiter leucas quadratas lata tota subest 34. parochis. In ejusmodi locis dici vere potest esse parochorum defectus, non tamen qualis in præsenti resolutione significatur.

(XI) *Vicarios Generales Episcoporum.* An etiam Episcopos compellere possunt conservatores? Negat Jus Indicum sic habens (c): *Por quanto es* pre-

(a) *Hut, lib. 1. Decretal. tit. 29. De off. & pot. jud. deleg. q. 1.* (b) *Id. ib. q. 7.*
(c) *Leg. 17. tit. 10. lib. 1. Recop. Ind.*

Digitized by Google

preciso que para poder usar los religiosos de aquellas provincias de quales quier privilegios de conservatorias, presenten primero ante nuestras audiencias los motivos y causas, que les obligan à nombrar jueces conservadores, paraque vistas y examinadas las aprueben, ò no consientan usar de ellas, y conviene que esten con mucha vigilancia y attencion à no dar lugar à los inconvenientes y escandalos, que contra la intencion de Su Santidad, y con siniestra interpretacion de las letras se han esperimentado por la tolerancia de nuestras Audiencias, passando los juezes conservadores à proceder contra las personas de los Obispos y deponerlos de su dignidad; ordenamos y mandamos à nuestras Reales Audiencias de las Indias, que por ningun modo consientan, que por virtud de ningun privilegio nombren juezes conservadores contra las personas de los Obispos y *Arzobispos*. De cætero pontificali dignitate præditi exempti non sunt de jure communi à jurisdictione conservatorum, ut supponitur *cap.2. De off. jud. deleg. in 6.*, ubi modestia & reverentia commendatur, quando aliquid eo jure contra Episcopos incœptatur.

(XII) *Prosperi Çafarelli*. Extat hujus Notarii Monitorium cum omnibus ad causam angelopolitanam spectantibus in scripto romanis typis edito anno 1653., cui titulus est *Processus & finis causæ angelopolitanæ*. Circa quod Fr. Michael à S. Josepho Ordinis SS. Trinitatis (*a*) postea Episcopus Accitanus seu Guadixensis habet sequentia: *Breve* (Innocentii X.) pro se expeditum Noster (Ill. Palafox) minime dubitavit. Idque constare videtur ex M. S., cui titulus est *Angelopolitana* producto in Congregatione EE. CC. & à D. Joanne Magano subscripto, in quo acta nostri Præsulis narrantur & defenduntur. Continentur sane longe diversa, imo & contraria in alio scripto Romæ composito anno 1653. sub titulo *Processus & finis causæ angelopolitanæ*. Sed nisi fallitur author Historiæ Joannis de Palafox Episcopi Angelopolitani & postea Oxomensis, ejusque litium cum quodam religioso ordine, editæ gallicè in 12. anno 1690., de qua plura in Historia operum eruditorum mensis Augusti ejusdem anni, & in Bibliotheca Universali Clerici tom. 18., præfatum scriptum, quod tom. 4. Bullarii Lugdunensis à fol. 289. ad 300. fuit, in Indice librorum prohibitorum anni 1683. jussu Innocentii XI. invenitur expunctum. De hac causa angelopolitana non ita pridem egerunt anonymi. *Bibliothecæ Magnæ Ecclesiasticæ* authores occasione recensendi scripta Antonii Arnaldi tom. 1. à pag. 602., sed an bono *fine dubito*. Hucusque Ill. Bibliographus: quem ipsum vide (*b*) de anonymis *Bibliothecæ Magnæ Ecclesiasticæ* authoribus judicium ferentem. Vide etiam Ill. Barciam (*c*) in *Additionibus* ad Pinelli Bibliothecam.

Resolutiones de cætero & Breve innocentianum, quo terminata est causa angelopolitana, ut supra in epitomen redacta sunt, retuli ex eo quod invenitur passim in authoribus partium studio liberis, imo & Episcopo

---

(a) *Fr. Mich. a S. Jos. Bibl. Crit. V.* Palafox. (b) *Id. tom. 1. Proem. num.* 31. & 32.
(c) *Epitom. de la Bibl. or. &c. Proem. tom.* 1.

Digitized by Google

ſcopo faventibus Index Romanus librorum prohibitorum (*a*) Edit. 1764. hæc habet: *Bullarii* (Magni) Romani tom. IV. Edit. Lugdunenſis ſumptibus Philippi Bordé, Laurentii Arnaud, &c., donec auferatur conſtitutio XXV. incipiens *Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ*, & præterea ſex paginæ à pag. 289., cujus initium *In nomine Domini*, uſque ad pag. 300. Decr. 3. Aug. 1656., 27. Jul. 1657., & 10. Jun. 1658. Ubi ſi relatum ſcriptum comprehenditur, ideo fortè expungi juſſum eſt, quia præter pontificium Breve & Sacræ Congregationis reſolutiones plura continet ex proceſſibus adjecta: quæ meritò expuncta ſunt, cum in Bullario locus tantum debeat eſſe bullis, & iis quæ ab Apoſtolicæ Sedis authoritate dimanant.

ORDINATIO CCCXIII.
Anno 1649. 1. Mart.

INnocentius X. ad vicennium ulterius prorogavit facultates indicas ab Urbano VIII. conceſſas 25. Sept. 1629. Extat apud Quintanadueñas (*b*). Incipit *Animarum ſaluti*.

ADNOTATIONES.

Licèt hæc conſtitutio data ſit totis ſex menſibus antequam expiraret vicennium facultatum prorogationis Urbani; ad Indias tamen non niſi diu poſtquam expiraverat, perlata eſt prorogationis factæ notitia. Quo tempore non ex præſumptione ſolitæ conceſſionis continuatus eſt facultatum uſus, ſed ſuſpenſus omnino fuit, & eſſe debuit. Id ſaltem de Peruvio teſtatur P. Avendaño tunc ſuperſtes (*c*). Et rectè quidem, nam licèt conceſſionis vel prorogationis factæ præſumptio, ſi ſolida & probata ſit illa, poſſit prodeſſe ad uſum quarumdam gratiarum in caſu neceſſitatis; aliquæ tamen ſunt gratiæ, pro quarum uſu major & actualis notitia factæ conceſſionis vel prorogationis requiritur. Benedictus XIV. in Conſt. *Cum Venerabilis*, data 27. Jan. 1757. (*d*) admonet miſſionarios ne differant ad extrema vicennii momenta cogitationem & curam petendæ harum facultatum prorogationis, ſupponens poſt elapſum terminum eſſe obnoxium nullitati illarum uſum. In quibuſdam litteris Epiſcopi Angelopolitani datis 8. Jan. hujus anni 1649. ad Summum Pontificem (num.27.) ſermo eſt de facultatibus & privilegiis quibuſdam pro miſſionibus in terris infidelium conceſſis, additurque: *Coſe tutte* che eſſendo à tempo limitato, erano già inoltre *ſpirate*. Sermo proculdubio eſt de facultatibus his vicennalibus, quarum aliquæ dabantur pro miſſionibus in terris infidelium, aliæ pro quibuſcumque Chriſtifidelibus in India orientali vel occidentali exiſtentibus, ut conſtat ex litterarum tenore. At facultates has & privilegia

(a) *Ind. Rom. Verbo* Bullarii. (b) *Quintanad. tom.* 2. *tr.* 7. *ſing. ult.*
(c) *Avend. tit.* 12. *theſ. cap.* 3. *num. fin.* (d) *Illam vide infra Ord.* 600.

Digitized by Google

legia ex datis constat nondum expirasse, sed prorogationem Urbani VIII. durasse toto tempore quo lis angelopolitana sub judice fuit, & post eas Angelopoli datas litteras restabat adhuc de Urbani vicennio spatium novem mensium & eo amplius.

ORDINATIO CCCXIV.

Anno 1651. 28. Mart.

Plura constituta sunt pro concordia inter Fratres Minores & Missionarios sub excommunicatione observanda. Meminit J. B. Pittoni (*a*). Fortè ad hoc tempus & ad hoc argumentum referenda sit declaratio, cujus meminit D. Josephus Bernardus Quiros (*b*) ex Fr. Antonio de Spiritu Sancto (*c*) sic apud illum scribente: *Hic* modus defensionis, quam tuitivam vocant (I) his nostris temporibus in Romana Curia fuit approbatus in judicio contradictorio in causa cujusdam tuitivæ, quam Fratres Provinciæ Matris Dei in Indiis orientalibus impetrarunt adversus suum Commissarium pro defensione (II) creationis novæ provinciæ, in quo casu Romæ fuit judicatum, tuitivam fuisse legitimè impetratam a Judice sæculari Regiæ Coronæ, & validam fuisse, ut testatur Fr. Emmanuel de Monte *Oliveti*.

ADNOTATIONES.

(I) *Quam tuitivam vocant*. Hoc defensionis genus explicat Præmonstratensis Duval in *Expositione Regulæ S. Augustini* apud eundem Quiros dicens: *Quando* el prelado notablemente grava el religioso, y no hai lugar à la apelacion, ò porque no la admite el prelado, ò porque es difficil acudir à quien se apela, y hai peligro en la tardanza, y no hai otro remedio para deshacer la injuria, puede el religioso acudir al Principe secular ò à su Consejo ò Chancilleria no por via de apelacion como à Juez competente, sino paraque le ampare quitando el agravio y violencia, mandado ò persuadiendo al prelado que desista ò que otórgue la apelacion. Y por este recurso no se incurre censura ò pena *alguna*.

(II) *Creationis novæ provinciæ*. Qua ratione spectat ad Regiam Protectionem gravamen illatum amovere, & spectat providere ne inferatur. Ideoque Juris Indici Hispani lex est (*d*), ut litteræ patentes visitatorum regularium examinandæ sint in Regio Senatu, dum continent facultatem creandi novam provinciam, aut similes extraordinarias ad externam gubernationem pertinentes. Dum verò excipiuntur ibi, & sine examine permittuntur facultates ad reformandam interioris disciplinæ observantiam ordinatæ, illud significare videtur prudentissimus Senatus, non expedire in ejusmodi reformationis & correctionis regularium causis ad Curias sæculi

(a) *Pitt. CC. ad Regul. n.* 3046. (b) *Quiros, Opere insc.* Nuevo Promotor, *f.* 2. *n.* 20.
(c) *Ant. del Esp. S. Dir. Reg. tr.* 3. *D.* 6. *f.* 5. (d) *Lib.* 1. *tit.* 14. *leg.* . . *Rec. Ind.*

Digitized by Google

culi recursum, non quod sit illicitum religioso injusta patienti se defendere, sed quia minus est malum unum aliquando pati sine culpa, quam certam sternere viam relaxationi & damnabili multorum licentiæ. Eaque fuit sententia antiqui Promotoris Regiæ Protectionis D. Petri Salgado, quem hac parte novus promotor Quiros impugnare nititur.

ORDINATIO CCCXV.
Anno 1652. 30. Jul.

CONfirmat Innocentius X. decretum Urbani VIII. circa vim declarationum S. Congregationis de Propaganda. Refert Fr. Bonaventura Steidel (a) per hæc verba: *Decreta* Congregationis de Propaganda Fide, quotiescumque sint à Præfecto ejusdem firmata & à Secretario subscripta, vim & valorem habere constitutionis apostolicæ, decrevit Urbanus VIII., ejusque decretum confirmavit Innocentius X. occasione litterarum Fr. Antonii à Sancta Maria Ordinis Minorum strictæ observantiæ S. Francisci, quibus asserebatur in Insulis Philippinis Missionarios fuisse, qui spargerent, decreta prædictæ Congregationis facere tantum opinionem probabilem, ac esse puram & simplicem declarationem: unde posse etiam contrarium defendi. Hanc autem vim habent decreta hujusmodi ex Const. *Inscrutabili* Gregorii XV. data anno 1621. 1. Kal. Jul. Hucusque Steidel.

Eodem anno 1652. 17. Decembr. confirmavit Innocentius decretum de quo supra in causa angelopolitana cum omnibus in eo contentis, & in ea causa perpetuum silentium indixit. Extat cum monitorio ibi citato Prosperi Casareli, qui refert decretum aliud confirmativum datum an. 1653. 26. Mart.

ORDINATIO CCCXVI.
Anno 1656. 23. Mart.

ALexander VII. confirmat sententiam Sanctæ Inquisitionis alias de sinensibus cæremoniis tanquam merè civiles esse permittendas, alias minimè tolerandas, prout varia ratione erat expositum. Mentio fit in Const. *Ex quo* Benedicti XIV., dè qua infra Ord. 566.

ORDINATIO CCCXVII.
Anno 1657. 1. Sept.

PRoposito dubio in S. Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, an Episcopus posset absque apostolico indulto bis in die celebrare ex sequente causa, censuit non posse. Causa verò est, quod in civitate quam dicunt *de la Assuncion* in provincia Paraquariæ pars magna nobilium domi se contineat eo quod apparatu decente careat. Ideo ut nobi-

(a) *Steidel in Notis ad tr. P. Antoine De Legibus.*

Digitized by Google

nobiles mulieres ac viri è domibus educerentur ad templa, opus fuisse missam ante solis ortum celebrare; sed non reperto sacerdote qui absque stipendio munus hoc subire vellet, Episcopus prædictæ civitatis missam antelucanam in gratiam nobilium celebravit. Refert ex Henao Lacroix (*a*).

ORDINATIO CCCXVIII.

Anno 1657. 1. Sept.

EXposito pro parte Episcopi Paraquariensis, quod ipse possessionem Ecclesiæ Assumptionis apprehendisset, & se ab Episcopo Tucumanensi consecrari curasset non præsentatis litteris promotionis & præfectionis suæ in Episcopum ejus Ecclesiæ, quæ tamen revera concessæ prius (I) & expeditæ erant, deque ipsa concessione & expeditione præviis aliquibus (II) informationibus constabat. Quodque consecratio ejusmodi ab uno Episcopo Tucumanensi assistentibus duobus de Capitulo canonicis peracta fuisset, non exhibito apostolico dispensationis indulto: quod tamen reipsa priùs concessum fuerat, & non sine aliquali ejusmodi concessionis notitia, aut saltem (III) præsumptione (quia scilicet Sedes Apostolica solita sit circa numerum Episcoporum dispensare cum consecrandis in Indiis) prænarrata consecratio facta fuerat. Et quæsito primò, an prædicta possessio apprehensa fuerit legitima? Prædicta Congregatio Cardinalium respondit, non fuisse (IV) legitimam. Extat apud Avendaño (*b*): & est conformis authentico exemplari extanti in archivio Collegii Cordubensis in Tucumania, quod fuit Societatis Jesu. Secundum quæsitum cum responsione; Vide Ord. seq.

ADNOTATIONES.

(I) *Concessæ prius.* Consecratus erat mense Octobri 1641., Romæ confirmatus 18. Aug. 1640., aut confirmationis & perfectionis litteræ datæ; nominatus seu præsentatus à Rege Catholico 18. Maji 1640., ut fides fit documentis allatis à Charlevoix (*c*).

(II) *Informationibus.* In his præcipua desumpta fuit ex litteris quibusdam à Card. Barberino datis mense Decembri 1638., & ex quadam Regia Schedula, cujus data non refertur. Sed quod epistolam attinet Card. Barberini, non potuit in ea electio vel præfectio jam facta contineri, nisi facta dicatur diu antequam à Rege Patrono præsentatio fieret promovendi. Jesuitæ Collegii Saltensis in Tucumania à consecrando consulti aut solicitati de via, habita qualiquali informatione, affirmarunt, posse in casu bullis non exhibitis consecrari. Jesuitæ Collegii Cordubensis in eadem Tucumania, vigentis ibi Studii causa enixius requisiti, negaverunt. Ut nempe quodcumque decideretur, esset quod Jesuitas morderet.

(III)

(a) *Lacr. lib. 6. P. 2. num. 236.* (b) *Avend. in Addit. ad tit. 12. Thes. c. 3. n. 70.*
(c) *Charlev. Hist. du Parag. lib. 9. pag. 489.*

Digitized by Google

(III) *Aut saltem præsumptione*. Nulla hic mentio de Brevibus Pii IV. & Pauli V., de quibus supra Ord. 99. & 225., in quibus generatim cum Episcopis Novi Orbis dispensatur, ut ab uno consecrari possint, & quæ in hac materia decisiva sunt; vel quia cum jus particulare sit, non præsumitur notum, etiam ei qui alioquin in mentis sacrario supponatur habere quidquid est de jure communi; vel quia carent usu, ut Capitulum Paraquariense objecit Episcopo, cujus consecratio occasionem fecit Ordinationi præsenti; vel quia licèt suapte vi non careant, neque Brevium illorum aliquod exhibitum est pro accipienda consecratione, aut certè non fuit exhibitum in forma authentica.

(IV) *Non esse legitimam*. Idque definitum erat à Bonifacio VIII. Extrav. *Injuncta*, *in Communibus*, *De Electione*, ibi: *Episcopi*..... commissas Ecclesias absque Sedis Apostolicæ litteris, bonorumque administrationem accipere non præsumant... Nullique eos absque dictarum litterarum ostensione recipiant, aut pareant.... Quodsi forsan præsumptum fuerit,..... quod per Episcopos medio tempore actum fuerit irritum habeatur. Vide P. Azor (*a*), Barbosam (*b*), & Pax Jordanum (*c*), qui ex cit. Extrav. infert, *in odium* provisi vacare ecclesiam usque ad præsentationem litterarum apostolicarum. Unde & beneficiorum collatio, aliique actus interim facti remanent *nulli*.

ORDINATIO CCCXIX.
Anno 1657. 15. Dec.

SEcundo quæsito, an consecratio peracta ut dicitur Ord. præced., fuerit valida? Eadem Congregatio post tres menses respondit, quantum spectat ad Sacramentum & impressionem characteris fuisse validam, quantum verò spectat ad licitam executionem ordinis, fuisse irritam & inanem, & episcopum ita consecrantem & respectivè consecratum indigere absolutione & dispensatione. Eamque per alias litteras datas 27. Febr. 1660., scilicet decem & octo annis post factum, & diu postquam Episcopus loco cesserat, & Paraquariæ Sedem cum Sanctacrucensi commutaverat, concessit Alexander VII. Extat apud cit. Avendaño. Vide Ord. 99.

ORDINATIO CCCXX.
Anno 1658. 18. Jan.

VOlens Alexander certis abusibus ad se delatis, quatenus irrepsissent, quantocius occurri, aut saltem præcavere, ne illi in posterum contingerent, præcipit 1. Ne parochi aut ecclesiastici quicumque sæculares aut regulares cogant pauperes ad impendendum laborem pro suis ecclesiis non persoluta justa mercede, nisi id sponte & voluntate egerint. 2. Cum iis,

(a) *Azor*, *P. 2. lib. 7. cap. 1.* (b) *Barbos. 1. P. De Pot. Ep. t. 1. cap. 4. n. 9. & 10.* (c) *Paxjord. tom. 2. lib. 8. tit. 2. num. 16. & 17.*

Digitized by Google

iis, qui sacro aut catechesi non interfuerint (si mos sit eos aliqua pœna mulctare) ea moderatione se gerant, ut nonnisi contumacibus & contemnentibus, eaque modica nec crebrò irrogetur. 3. Instruant populum omni qua decet lenitate. 4. Ad seminarium (nisi fundatio obstet) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere, & congrua (ni pauperes sint) persolverint alimenta concedatur. 5. Ad scientias addiscendas & scholas quilibet admittatur, nullo habito nobilitatis seu generis discrimine. 6. Neophytos Deo sub religionis jugo servire volentes sine rationabili causa regulares non respuant. 7. Presbyteri sæculares idonei a beneficiis & officiis non arceantur. 8. Ne se ingerant in spectantibus ad politiam sæcularem, neque ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec unquam intersint comitiis, aut conventibus, ubi de rebus publicis agitur. 9. Concionentur omnino regulares pluries in anno idiomate vernaculo, utque id ipsum facilius & frequentius præstetur, curet omnino vicarius capitularis aut superior qui fuerit, ut etiam clerus sæcularis ejus regionis in verbi Dei prædicatione exerceatur. 10. Deputet Vicarius plures ex sacerdotibus sæcularibus indigenis, quos idoneos repererit ad confessiones audiendas, quo facilius & frequentius valeant fideles pœnitentiæ sacramentum frequentare, nec cogantur solis regularibus, aut exteris se subjicere. 11. Ut evellatur abusus excipiendi confessionem per interpretem, aut lecto pœnitenti catalogo peccatorum, ut nutibus innuat si qua fuerint ab eo commissa. Præcipitur Capitularibus, ne id permittant (graviter etiam onerando conscientiam regularium, & quorumcumque ad quos pertinet); sed ab iis tantùm audiantur confessiones, qui illius idiomatis sensum sufficienter percipiunt. 12. Nequis prætextu ignobilitatis, aut rudioris ingenii à sacra synaxi rejiciatur, nisi prorsus ejus mysterii sint incapaces. 13. Ægrotis morti proximis, cujuscumque sint conditionis, quamvis in sordido & vili degant loco, viaticum deferatur. 14. Nullus ad baptismum admittatur qui veterem hominem & gentilicos mores exutus Christum non induerit, & in fide sit sufficienter instructus. 15. Ne ethnicos vexationibus, pollicitationibus, aut vi, sed prædicatione & exemplo ad baptismum inducant, perscrutantes quo fine & *spiritu* baptismum postulent. 16. Nequid etiam pietatis prætextu à parochianis quæstuent, & si quid pro festorum celebratione sponte ab eis tribuatur, integrè in eam causam insumant, & quidquid superest, pauperibus ejusdem parochiæ dispensetur. 17. Pro temporali regimine confraternitatum existentium in ecclesiis regularium deputentur in posterum officiales sæculares, qui reddituum administrationi incumbant, regularibus nullatenus ea in re se ingerentibus. 18. Cùm Goæ & in adjacentibus insulis vetitum sit ethnicis ritus gentilicos publicè exercere, prohibetur ecclesiasticis ne iisdem permittant cadavera inde asportare, ut juxta eorum ritum comburantur. 19. Cadavera pauperum gratìs à parochis sepeliantur, neque ad emendicandam eleemosynam publicè exponantur. 20. Ne ethnicis in ecclesiis permittatur sacrificare. 21. Regularium superiores curent, ut parochi extra conventus commorantes regularis observantiæ specimen præbeant, eosque ad claustra aliquando revocent. Extat in Bullario Lugdun. tom.

Digitized by Google

tom. V. Conſt. 48. Alex. VII. Vide infra Ord. 344. Præſens incipit *Sacroſancti Apoſtolatus*. Dataque eſt pro Goa & adjacentibus inſulis, ut patet ex tenore, & exordio, ubi dicitur: *Cum ad* aures noſtras pervenerint querimoniæ Chriſti fidelium Goæ, atque in adjacentibus inſulis *degentium*, &c. Etſi pleraque hic decreta juris naturalis ſunt, vel communis poſitivi, & ubique ſervanda. De cætero ut in aliis à nominatis obtineret ordinatio, extendenda fuit à Clemente IX. ut vide infra anno 1669. 13. Sept.

ORDINATIO CCCXXI.
Anno 1659. 10. Maji.

STatuta quædam Capituli Generalis Ordinis S. Franciſci anni 1658. pro India orientali confirmat Alexander VII. Scilicet, ut finito triennio Commiſſarii Generalis, duæ Indiæ orientalis provinciæ regantur à ſuis miniſtris. Ut in defectu Commiſſarii Generalis, inſtante viſitationis, & capituli tempore, Definitorium eligat Commiſſarium viſitatorem ex eadem provincia. De novo adveniens Commiſſarius Generalis poſſeſſionem non adeat, ni prius oſtenderit ſuæ inſtitutionis autographum. Ut nullus incorporetur in aliena provincia, niſi conſentiente utriuſque Miniſtro. Ut Provincialis Portugalliæ monere curet de tempore opportuno, quo Rev. Generalis providere debeat de Commiſſario Generali Indiæ orientalis. In quorum executionem deputantur judices Archiepiſcopus & Inquiſitores Goenſes. Extàt in cit. Bullario Conſt. 67. Alexandri. Incipit *Militantis*.

ORDINATIO CCCXXII.
Anno 1659. 10. Sept.

UT in partibus Sinarum indigenæ, licet idioma latinum non intelligerent, dummodo illud legere poſſent, & eis canon miſſæ & formulæ ſacramentorum declararentur, poſſent per ſeptennium ad ſacros ordines promoveri, commutata Horarum recitatione. Mentio fit in Conſt. *Aliàs* Clementis X. (*a*). Idque confirmatum eſt anno 1660. 20. Sept. ut fides fit ibidem. Ex hac conceſſione patet privilegium celebrandi ſinicè, de quo ſupra Ord. 230. anno 1615. 26. Martii, effectu caruiſſe; quid enim opus erat idiomate latino, & latini canonis declaratione ad peragendum, quod poterat ſinicè peragi?

ORDINATIO CCCXXIII.
Anno 1661. 25. Febr.

ALexander confirmat ſententiam S. Congregationis, quæ eodem anno 12. Februarii cenſuit, monaſterium Sanctæ Claræ Conceptionis in Re-

(a) *Bullar. Rom. tom. VII. p. 251.*

Digitized by Google

Regno Chilensi in omnibus & per omnia Ordinarii jurisdictioni, & gubernio subesse, nullumque jus super illud competere regularibus. Ex archivio Cordubensi, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania.

ORDINATIO CCCXXIV.
Anno 1662. 11. Febr.

S. Congregatio Concilii sententiam tulit in Limana ejectionis. Nempe Archiepiscopus Limanus petiit declarari, an Patres Societatis in sacris constituti juxta indulta & privilegia ejus ordinis, & postea ejecti aut dimissi absque patrimonii seu beneficii assignatione ad propriam sustentationem competente juxta Concilium Tridentinum sess. 25. de Reform. cap. 2., habeantur ut suspensi ab executione ordinum? Et quatenus non sint suspensi, an religio teneatur illis providere de honesto victu, saltem in redditu quadraginta aureorum, donec sufficiens beneficium fuerint assecuti? Sacra Congregatio respondit, religiosos S. J. post tria vota simplicia duntaxat vigore privilegiorum ejusdem Societatis dimissos, non comprehendi (I) in Const. Urbani VIII. De *Apostatis & Ejectis*. Quoad reliqua nihil innovandum (II). Ex cit. archivio, & eam affert Lacroix (*a*).

ADNOTATIONES.

(I) *Non comprehendi*. Scilicet in Constitutione *Sacra Congregatio*, data 21. Sept. 1624., quam habes in Bullario Cherubini (*b*), qua ejecti perpetuò suspenduntur ab exercitio ordinum, sublata Ordinariis facultate suspensionem relaxandi aut moderandi. In ea sermo est de expulsis, ad quorum ejectionem supponitur incorrigibilitas juxta §. 6. Constitutionis ejusdem. Hæc autem non præsupponitur in ejectis vel dimissis, de quibus loquitur exponens. Neque comprehenduntur in decreto Concilii Limensis (*c*), cujus tenor est: *Regularia* instituta qui professi sunt deserentes non sunt ab ecclesiæ præsulibus fovendi. Iis igitur neque beneficium aut ecclesiasticum ministerium conferatur, neque Indorum parochia, nisi ad id idoneam a Sede Apostolica ostenderint *facultatem*. Non inquam hoc decreto comprehenduntur, quia sermo est de professis: quod in odiosis non cadit in vota simplicia tantum nuncupantes. Et hoc habuit praxis antiqua Archidiœcesis Limanæ, ut testatur Ill. Villarroel (*d*), qui ibidem refert, contrariam praxim obtinuisse in sua Diœcesi Chilensi.

Limanæ praxi favet règia quædam schedula, cujus verba dat Synodus Guamangæ (*e*), & Ill. Villarroel cit. Sed anno 1718. 12. Junii prodiit schedula sequens, cui propter jura regii patronatus standum erat: *Por quanto* se prohibe expressamente à los expulsos de las religiones, que pue-

(a) *Lacr. n. 2196. De Sacr. Ord.* (b) *Bullar. Cherub. tom. IV.* (c) *C. Lim. Act. 3. c. 10.*
(d) *Villarr. P. 1. q. 6. art. 7.* (e) *Synod. Guamang. cap. 30. n. 14.*

Digitized by Google

puedan obtener beneficios ecclesiasticos... Estando tambien declarado por lo que mira à los de la Compañia, que no pueden obtener prebendas y beneficios los que huvieren hecho el primier voto... sin que para constituirle en el impedimento y calidad de expulso, se necessite de profession solemne... y attendiendo à que las cedulas despachadas no admiten duda, ni interpretacion alguna, pues inhabilitan al que haviere hecho el primer voto.... He *resuelto*, ec.

Hæc refert in M. S. P. Eugenius Lopez, qui de schedula eadem videtur loqui, dum ait: El año de 1718. se expedio una cedula real, en que haciendo relacion à otras que refiere Frasso, se declara que aunque los expulsos no hajan dado occasion para su expulsion, y aunque hajan salido por nullidad de profession, y aunque no hajan sido professos, sino solo hajan hecho los votos simples, como en la Compañia los del biennio, son todos comprendidos en la prohibicion de obtener beneficio alguno, pero permite que puedan mantenerse los que se hallaren en actual possession y exercicio de curas, y que puedan ascender à otros curatos dentro de la misma diocesi y no fuera de ella. Declara juntamente, que dicha prohibicion no solo es en orden à obtener curatos, sino tambien prebendas, canonicatos, dignidades, y otros *beneficios*. Hæc juris particularis sunt; jure tamen communi soluti votis simplicibus nihil habent quo à beneficiis arceantur.

Sed quid dicendum de professis è Societate ejectis? Dubium esset si particulare jus in ejiciendis fuisset Societati, ut putavit Busembaum (*a*) non solus. Hoc tamen particularè jus post decreta Urbani VIII. negat Benedictus XIV. (*b*) ex Card. de Lugo. Verba Benedicti sunt: *Professos* si superiores velint è Societate ejicere, debent judicialem ordinem servare, eorumque incorrigibilitatem evincere... Neque enim Societas hac in re ullo peculiari privilegio donata est. Et si quod etiam obtinuisset, eo jam uti non posset, nimis quippe ampla derogatione Urbanus VIII. præcedentia quæcumque privilegia sustulit. Quod rectè animadvertit Card. de Lugo quadam consultatione, 16. Jan. 1624. exarata, quam nos manuscriptam in forma authentica *inspeximus*.

De professis verò, non ejectis è Societate superstite, sed extincta sæcularizatis, nihil est quod dicamus, cum Constitutionis *Dominus ac Redemptor* expressa verba sint: *Cassatis* autem, & penitus abrogatis, ut supra, privilegiis quibuscumque & statutis sæpedictæ Societatis, declaramus, ejus socios, ubi a domibus & collegiis Societatis egressi, & ad statum clericorum sæcularium redacti fuerint, habiles esse & idoneos ad obtinenda juxta sacrorum canonum, & constitutionum apostolicarum decreta, beneficia quæcumque, tam sine cura quam cum cura, officia, dignitates, personatus, & id genus alia, ad quæ omnia eis in Societate manentibus aditus erat, *interclusus*.

(11)

(a) *Busemb. Dub.* 5. *De Stat. Relig.* (b) *Bened. XIV. lib.* 13. *De Syn. Diœc. cap.* 11. *num.* 26. *pag.* 549.

Digitized by Google

(11) *Nihil innovandum*. Censuit etiam nihil innovandum Paulus V. auditis rationibus à Societate in VII. Congregatione Generali collectis, quod & alii Pontifices confirmarunt, & tandem Benedictus XIII. litteris datis 14. Jun. 1728., quas habes in Bullario Luxemburgensi, tom. X. Const. 45. Rationes verò pro immunitate Societatis in ea Congregatione collectæ tales erant. 1. Quod omnis alius ordo est liber ab onere cibandi quos expellit. 2. Quod dimissorum fortè nullus donis naturæ caret, Societatis labore & educatione politis, quantum sufficit ad sibi de victu providendum, si frugi vivat; si vero delinquere pergat, frænandus inedia potius, quam præmio donandus. Infirmos autem seu invalidos Societas non expellit, etiam suis laboribus inutiles. 3. Quod iis qui dimittuntur alendis tum novitiatûs, tum studiorum tempore & ultra sumptus facit Ordo hic, ut qui maximos, nullo suo commodo, qui potius erant a dimissis rependendi. 4. Quod vel dimittuntur importuna rogatione, vel ob delicta religiosis gravia, & sæpè talia, quibus ut incorrigibiles à quovis ordine possent expelli. Quidvis autem horum contingat, effrontis est alimenta petere qui terga vertit. 5. Quod inauditum est, titulo clericali, aut beneficio privatos ob delicta super alimentis judicem compellare. 6. Quodsi præmium hoc religionis desertores maneat, multi provocabuntur ad repetendum sæculum. 7. Quod non pauca sunt collegia, quibus ad operarios reipublicæ bono dicatos vix suppetunt facultates, quæ in alienos à mente fundatorum usus erogabuntur. 8. Quod Tolosæ Parlamentum in Gallis olim judicavit, iniquum esse è Societate quemquam egressum alimenta petere.

ORDINATIO CCCXXV.
Anno 1662. 28. Jul.

S. Congregatio Concilii sequentes edidit resolutiones. Nempe à Lic. D. Emmanuele de Peñalosa Canonico Doctorali *de los Charcas* Judice Metropolitano appellationum quæsitum erat. 1. An quemadmodum Episcopus edictum ad examen & provisionem parochialium cum termino decem dierum proponendum, potest ex Tridentino, *cap.* 18. *sess.* 24. *De Reform.* prorogare, possit etiam ad quatuor vel sex dies abbreviare? = 2. An ejusmodi abbreviatione, præsertim hic ubi ob magnam distantiam edicta per mensem præfigi consueverunt, provisio nulla fiat? = 3. An quando in duabus ecclesiis edictum proponitur, currat ex quo primum affixum sit, vel an expectandum sit quod labatur terminus ex quo ultimo fuit præfixum, ita ut si non expectetur, provisio sit irrita & nulla? = 4. An Capitulum sede vacante sciens Ill. Alphonsum Ocon vita functum judicialiter privasse beneficio curato S. Lucæ de Paacollo Thomam de Cordoba ob non servatam formam Tridentini loc. cit. in examine coram Prælato aut ejus Vicario Generali, & tribus examinatoribus synodalibus, provisioneque facta nondum transacto sex dierum numero proposito in edicto ex quo ultimo affixum est, aliisque de causis sententiam executioni mandasse, non audita appellatione, accedente patroni consensu,

ſu, prædictumque beneficium juxta decreti tenorem patroni etiam conſenſu alteri contuliſſe; ne inter noviter proviſum prædictumque Thomam novæ excitarentur lites, dicto Thomæ aliam eccleſiam S. Joannis de Copoata per obitum vacantem, non ſervata iterum forma Concilii abſque concurſu & examine conferre potuerit? = 5. An dato, quod non potuerit, titulus ſaltem coloratus extiterit, non obſtante Bulla Pii V. ſuper obſervatione prædicti decreti? = 6. Dato, quod non extiterit titulus coloratus, an matrimonia coram ipſo contracta fuerint nulla? = 7. An prædictus Thomas cæterorum ſacramentorum adminiſtrationi validè incubuerit? = 8. An incumbens ut parochus etiam in caſu neceſſitatis peccaverit? = 9. An fructus & obventiones dicti beneficii reſtituere teneatur? = 10. An adverſus Prælatum ejuſque promotorem fiſcalem in ſuo beneficio triennali defendere ſe poſſit? = 11. An prædictus Thomas in dicto beneficio de Copoata tolerari poſſit in poſterum? = 12. An dato quod non poſſit tolerari, debeat ipſi beneficium de Paacollo reſtitui ex eo, quod ſententia, remota appellatione, fuerit executioni mandata, donec appellatio proſequatur? = 13. Dato quod fieri debeat reſtitutio, quis eam facere debebit contra ſententiam Archiepiſcopi? An Capitulum ſede vacante? An Archiepiſcopus ſucceſſor? An Judex appellationum, qui jam interpoſitæ ab ipſo Thoma detulit, & apoſtolos expedivit? = 14. An dato quod Thomas obtineat in cauſa, is qui beneficium de Paacollo obtinuit, poſſit eâ in totum omiſſa, per viam compenſationis de altero per mortem vel per reſignationem vacante provideri? = Platæ. 3. Kal. Aug. 1659.

Sacra Congregatio reſpondit. Ad 1. & 2. diſtulit. Ad 3. cenſuit eſſe expectandum lapſum ejus termini, ex quo reſultat latius ſpatium ad comparendum, dummodò non excedat præſcriptum à Pio V. in Bulla *In conferendis* (I). Ad 4. Negative (II): & pariter ad 5. (III). Ad 6. Non fuiſſe nulla. Ad 7. Valide incubuiſſe. Ad 8. Negativè. Ad 9. Affirmativè. Ad 10. (IV) Negative. Ad 11. Negativè. Et ad 12. Ad 13. Definiendum eſſe coram ſuo Judice (V). Ad 14. Negativè. Extat pars apud Fraſſum (a), & ex toto in Collectaneis M. S. P. Petri Lozano S. J. ex archivio Cordubenſi in Tucumania. Ubi etiam extat cum dilata reſolutione ad 1. & 2. in litterali tranſumpto typis edito & reſolutionum, & ſubſcriptionum Cardinalis Præfecti & Secretarii Congregationis. Vide Ord. 327.

ADNOTATIONES.

(I) Bulla *In conferendis*. Qua præſcribitur ſpatium ſex menſium, ut ab Epiſcopis collaturis proviſio fiat. Quatuor ſcilicet menſium à die vacationis, ut electio ſignificetur collaturis ab eligentibus diſtinctis, & duorum menſium, ut inſtituantur præſentati.

(II) *Ad 4. Negativè*. Quia in præfata conſtitutione piana annullantur pro-

(a) *Fraſſo, cap. 10. à num. 62.*

Digitized by Google

provisiones aliter factæ contra formam Tridentini, præsertim circa examen & concursum. Quæ forma etiam Jure Indiarum recepta est cum constitutione piana, dicitur enim ibi (*a*): *Mandamos*, que en vacado qualesquiera beneficios curados, los Obispos pongan edictos con termino competente, paraque se vengan à oponer. Y haviendo precedido el examen conforme à derecho, el qual examen se ha de hacer en concurso de opositores, nombrando examinadores cada año conforme à lo que manda el Santo Concilio de Trento .... sin que los Prelados puedan proponer sino los opuestos y examinados, y de estos los mas *dignos*.

(III) *Pariter ad* 5. Ratio est, quia color legitimus solum potest præstari titulo à potestatem habente. Cum verò in sequente responsione ad 6. & 7. declaretur, matrimonia contracta coram sacerdote illo, dum titulo colorato carebat, fuisse valida, planè conficitur, ad valorem sacramentorum jure tantum ecclesiastico requisita suppleri posse sine titulo colorato per errorem communem, seu per potestatem ab Ecclesia collatam titulum non habenti, dum communis est error, dum tamen nihil eorum desit, quæ de jure divino ac naturali requiruntur. Et hæc est sententia plurium cum Leandro à SS. Sacramento (*b*), & Pignatelli (*c*), qui cum addit, ita censuisse Sacram Congregationem 28. Jul. 1662., ad præsentem ordinationem respiciebat proculdubio.

(IV) *Ad* 10. *Negativè*. Ratio cur triennali possessione defendere se nequeat, est defectus tituli colorati de quo nuper, & qui ad obtinendum favorem regulæ de triennali cum decem aliis conditionibus videndis apud Card. de Lugo (*d*) requiritur. An verò supposito titulo colorato cum conditionibus reliquis triennalis possessio jus conferat ad beneficium, faciatque titulum de colorato verum & realem, disputant Canonistæ & Theologi.

Et quidem quod triennales possessores litibus molestari non debeant super beneficio possesso, favor indubitatus est Regulæ 3. aliàs 35. Cancellariæ sic habentis: *Statuit* quodsi quicumque beneficia ecclesiastica qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, apostolica vel ordinaria collatione, aut electione, vel electionis confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum ad quos pertinet, per triennium pacificè possederit, (dummodo in beneficiis ejusmodi, si dispositioni apostolicæ ex aliqua reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruserint) super eisdem beneficiis nequeant molestari. Necnon impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis factas irritas censeri debere decrevit, antiquas lites super ipsis motas *extinguendo*.

Quæ Regula ex Concilio Basileensi (*e*) hac parte non reprobato desumpta est, ubi dicitur: *Quicumque* non violentus sed habens coloratum titulum pacificè & sine lite prælaturam, dignitatem, beneficium, vel officium triennio proximo hactenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit

(a) *Leg. 24. tit. 6. lib. 1. Recop. Ind.* (b) *Leandr. tr. 9. De Matrim. D. 7. q. 30.* & *Lacroix, num. 727. De Matrim.* (c) *Pignat., tom. 6. Consult. 3.* (d) *C. de Lugo, D. 7. De Just. s. 7. à n. 113.* (e) *C. Basil. sess. 21. §. 2. De Pac. poss.*

possit postea in petitorio aut possessorio à quoquam etiam ratione juris noviter impetrati molestari, excepto hostilitatis casu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari & juxta Concilium Vienense illud intimare *teneantur*. Et quod triennalis possessor defendatur in judicio, non tantum possessorio, sed quod expressit Concilium Basileense, etiam petitorio, probat usus de quo testatur Ludovicus Gomez apud Ill. Vrrutigoiti (*a*) dicens: *Ex usu* videmus, hodie possessores triennales defendi in *utroque*.

Quod triennalis possessio jus ita conferat possessori, ut in conscientia possit manere securus, negat Ill. Covarrubias (*b*) dicens, quod etiam bona fide obtenta & titulo colorato munita, non reddit possessorem tutum in conscientia, & teneri beneficium dimittere. E regione P. Sanchez (*c*), quem sequitur Cardinalis de Lugo (*d*), sentit beneficio dictæ regulæ reddi in utroque foro tutum, servatis conditionibus aliis, quas ibi enumerat Sanchez. Et ratio illius est, 1. quia triennalis possessio æquivalet præscriptioni, per quam titulum conferri verum constat *ex cap. Cura*. 11. *De jur. patron*.. 2. Quia licet titulus esset invalidus, Papa illum validare potest: & quod voluerit suadetur, quia alioquin non satis providetur fini a Pontifice intenti lites & scrupulos vitandi.

(v) *Coram suo judice*. Sed quisnam est suus judex? Si reus intentet remedium nullitatis sententiæ, judex esse potest qui sententiam tulit, vel ejus in potestate successor, à quo poterit revocari, & restitutio peragi. Appellatio vero debet ordinem sequi à Gregorio XIII. statutum pro terminandis Indiarum judiciis. De quo supra Ord. 150. Vide etiam Quitensem Senatorem Lagunez (*e*).

ORDINATIO CCCXXVI.
Anno 1663. 30. Mar.

AD instantiam Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum decernit ac declarat Alexander, quod non minus in provinciis Indiarum quam in Europa prædicti Ordinis regulares, priusquam ad subdiaconatum, diaconatum, & presbyteratum ascendant, ætatem à Concilio Tridentino requisitam explevisse debeant. Quodque facultates illarum partium Episcopis concessæ vel concedendæ ad conferendum ante legitimam ætatem majores ordines, non censeantur extendi ad prædictos regulares; neque illis ad hunc effectum suffragari possit ulla privilegiorum communicatio. Præterea, ne prædicti Ordinis laïci vel conversi sine legitima permissione superiorum è statu laïcorum ad statum clericorum fratrum transire audeant, sub excommunicationis pœna. Extat in Bullar. Lugdunensi (*f*). Incipit

(a) *Gomez apud Vrrutig. q. 10. De Instruf. n. 18.* (b) *Covarr. in Regul. Possess. de Reg. Jur. in 6. seu de Præscr. P. 2. §. 10. concl. 7.* (c) *Sanch. l. 2. Consil. c. 2. dub. 21.*
(d) *Lugo, loc. cit. num. 107.* (e) *Lagunez, P. 1. De Fructib. cap. 21. n. 141.*
(f) *Bull. Lugd. t. V. C. 143. Alexandri.*

Digitized by Google

cipit *Credita nobis*. Quasnam verò facultates habeant Episcopi Indiarum ad conferendum majores ordines ante legitimam ætatem, vide infra Ord. 503.

ORDINATIO CCCXXVII.
Anno 1663. 30. Jun.

FActa relatione Sanctissimo de 1. & 2. quæsito Canonici Doctoralis Charcarum, de quo supra Ord. 325., Sua Sanctitas dixit, expedire ut dictus terminus comparendi ad examen non possit ab Episcopo abbreviari nisi ad quinque dies, & ita decrevit in posterum observari. Extat ibidem cum reliquis declarationibus factis 28. Jul. anni praec.

ORDINATIO CCCXXVIII.
Anno 1663. 7. Aug.

DEcernit Alexander, Provinciales Indiarum Ordinis Prædicatorum immediatè post sui electionem munere suo fungi debere, teneri tamen saltem intra biennium ad Magistrum Generalem transmittere decreta & acta suarum electionum, ut eas confirmare vel cassare possit. Extat in Bullar. Lugd. C. 146. Alexandri. Incipit *Sacrosancti*.

ORDINATIO CCCXXIX.

UT in Provincia Limana Ordinis B. Mariæ de Mercede nullus ad præsentaturæ de lectura lauream exponatur, qui non legerit quinque annis in universitate vel conventu studiis deputato, & in Collegio Limano S. Petri Nolasco conclusiones defendat publice. Deinde, ut is tantum de prædicatorum præsentatura benemeritus habeatur, qui triplicis quadragesimæ feriis Verbum Dei cum approbatione prædicaverit, & in collegio prædicto semel per horam de evangelio & materia sortita per viginti quatuor horas antecedentes legerit. Postremò ut magisterii laurea decorandi legere insuper debeant Theologiam Scholasticam per triennium. Probationes autem lecturarum in Capitulo fiant & approbentur, ac in collegio per semihoram legent punctum S. Scripturæ sortitum, & duorum magistrorum argumentis obsistent. Extat ibid. C. 149. Alexandri. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CCCXXX.
Anno 1664. 20. Jun.

UT in Ordine S. Francisci servetur officiorum alternativa. Mentio fit in Const. *Illius* Innocentii XI. tom. VIII. Bullar. Rom. §. 3. pag. 26. Vide Ord. 244. 269. 372. 373.

OR-

ORDINATIO CCCXXXI.
Anno 1664. 8. Nov.

UT in partibus Indiarum parochorum Ordinis Prædicatorum Priores seu Vicarii, non ab ipsismet parochis, sed à Provincialibus per vota decisiva secreta duodecim ad minus antiquorum fratrum, si extra Capitulum fuerit, eligantur. Utque Priores parochorum assumi nequeant, nisi calleant idioma plebis cui præficientur: assistantque suo populo continuè, ita ut neque Capitulum Provinciale adire, neque à parochiali residentia ultra spatium trium leucarum elongari se possint, nisi relicto idoneo substituto. Extat in Bull. Lugd. tom. V. Const. 155. Alexandri. Incipit *Militantis*.

ORDINATIO CCCXXXII.
Anno 1665. 13. Mart.

UT Sinæ idiotæ, de quibus supra Ord. 322. possent per septennium ulterius ordinari sine titulo. Extat in Bullar. Rom. in Const. *Aliàs* Clementis X. ibi citata.

ORDINATIO CCCXXXIII.
Anno 1665. 5. Nov.

DEclarat Alexander, privilegia provinciis S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ Minorum Discalceatorum concessa & confirmata reliquas provincias Discalceatorum in Hispania & in Indiis consistentes comprehendere. Extat in Bullar. Lugd. Const. 164. Alexandri VII. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CCCXXXIV.
Anno 1666.

PAtribus Michaëli Angelo & Dionysio Carli ad Congi regnum missis à Sacra Congregatione cum quatuordecim aliis Capuccinis per patentes litteras concessum est, ut possent in omni irregularitate dispensare præter eas, quæ ex bigamia & homicidio voluntario contrahuntur: vota simplicia etiam castitatis dispensare, aut commutare; in secundo aut tertio consanguinitatis, aut affinitatis gradu ad matrimonium contrahendum dispensare; paganis ad fidem conversis permittere, ut uxorum tantum unam retineant, à peccatis & casibus Papæ reservatis absolvere; ecclesiastica ornamenta, capellas & calices benedicere; facultatem vescendi carnibus diebus prohibitis, binas missas uno die celebrare in necessitate; indulgentias plenarias pro vivis & defunctis promulgare; vestes sæculares induere in necessitate; pro officio divino rosarium recitare, dum Breviarii non esset copia, vel aliud intercederet impedimentum; libros prohibitos legere

Digitized by Google

re excepto Machiabello. Ita Historicus Navigationum (a), & nimium quidem laconicè, in quanta præcipuè ex numeratis facultate, qua permitti datur paganis conversis unius retentionem uxoris. Nisi enim facultas hæc sit vel intelligatur de uxore quam neöphyti malint, quamvis prima non sit juxta dicta Ord. 58. Adnot. 2. & 3., incassum est licentia seu facultas, cum sit naturalis obligatio retinendi de uxoribus habitis in infidelitate unam, scilicet primam, seu primò ductam.

P. Simon Marquez (b) ait Patribus Franciscanis, quos *Barbadinhos* vulgus appellat in Portugallia, seu Capuccinis Italis, qui ad Angolæ missiones per Brasiliam transeunt, concedi indulta solitis episcopalibus, de quibus infra anno 1725. 22. Febr. sermo erit, similia. Episcopalium tamen facultatum undecima illa est: *Dispensandi* cum gentilibus & infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem & baptismum quam maluerint retinere possint, si fiat fidelis, nisi prima voluerit *converti*. Neque aliud fortè intendit Historicus abbreviator. Reliquæ facultates episcopales in eadem quidem materia versantur atque hîc relatæ, sed plures adjunctæ sunt limitationes, quarum nulla hic mentio. De bigamia, & homicidio vide Ord. 95. 132. & 135.

ORDINATIO CCCXXXV.

UT Jesuitæ in Indiis possent juxta rubricas missalis sumere post sacrificium fragmenta quæ intercidissent sine scrupulo. Mentio fit in eorum Compendio Indico Verbo *Eucharistia* §. 2. ex concessione Alexandri VII. innovata per Clementem IX. & per Benedictum XIII. in Const. *Animarum saluti*.

ORDINATIO CCCXXXVI.
Anno 1667. 11. Aug.

CLemens IX. confirmat decretum Cardinalis Pallotì circa validitatem cujusdam Capituli in Provincia Limana. Ex Bullar. Lugd. tom. V. c. 4. hujus Pontificis. Incipit *Aliàs*.

ORDINATIO CCCXXXVII.
Anno 1668.

AUthoritate apostolica confirmata est fundatio Bethleemitissarum. Mentio fit in Historia Ordinum Regularium (c) ubi dicitur: *Antoine* de la Croix fit faire un hospital pour y recevoir les femmes, où Augustine del Galdo & ses filles avec quelques autres se consacrerent au service des malades. Elles se revêtirent d'un habit pareil... Et furent appel-

(a) *Prevost*, *Hist. Gen. des Voiag. tom. IV. lib. 12. cap. 2. §. 1. pag.* 491.
(b) *Marq. Brasil. Pontif. lib. 1. D. 1. sect.* 5. (c) *Histoire des Ordres &c. P.* 3. *c.* 47. *pag.* 355. *Edit.* 1721.

Digitized by Google

appellées Bethleemites... L'Eveque donna son approbation à cet etablissement, qui fut confirmé dans la suite par le Saint *Siege*. Bethleemitarum virorum institutum & hospitalia pro fœminis, quæ à viris religiosis administrentur, sæpius à Sancta Sede approbata videre est in sequentibus; fœminarum instituti approbationem apostolicam non reperi. Vide Ord. 368. 411. 453. 472. 475. 480.

ORDINATIO CCCXXXVIII.
Anno 1668. 12. Febr.

UT Dei serva Rosa de Sancta Maria Beata nuncupetur ejusque reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferendæ exponantur. Imagines quoque splendoribus exornentur. Atque de ea sub ritu duplici recitetur officium & missa celebretur in Civitate & Diœcesi Limana, & in universo Ordine Sancti Dominici; & quantum ad missas etiam à sacerdotibus confluentibus celebrari possint. Extat in Append. lib. 1. num. 2. *De Servor. Dei Beatif.* &c. apud Lambertini seu Benedictum XIV. Incipit *Sanctæ Matris*. Vide Ord. 340. 341. 348. 351.

ORDINATIO CCCXXXIX.
Anno 1668. 22. Febr.

COnfratribus Rosarii in Indiis communes fiunt gratiæ Christifidelibus pro Rosarii recitatione in Hispaniis concessæ. Meminit J. B. Pittoni. CC. ad Regular. num. 3531.

ORDINATIO CCCXL.
Anno 1668. 14. Sept.

UT ab universo clero sæculari & regulari quarumcumque provinciarum Americæ & Indiarum Carolo II. subjectarum officium & missa de B. Rosa Limana sub ritu duplici celebrari & recitari possit. Mentio fit in Const. 19. Clem. X. tom. VII. Bullar. Rom. pag. 40.

ORDINATIO CCCXLI.
Anno 1669. 2. Jan.

UT quamvis constitutiones apostolicæ, & decreta S. Rituum Congregationis vetent, Beatorum nondum canonizatorum electiones fieri in patronos principaliores, ac requisita necessaria pro ejusmodi electione desint, nihilominus B. Rosa in patronam principaliorem Limæ & Peruvii cum omnibus prærogativis, quæ patronis principalioribus debentur, habeatur, decernit Clemens IX. ipsiusque festum in universo regno ejusmodi de Patrona principaliore ab omnibus Christifidelibus ibi degentibus de præcepto servandum. Extat in Const. *Sacrosancti*. Clementis X. tom. VII. Bullar. Rom. p. 41. Incipit *Orthodoxorum*.

Digitized by Google

ORDINATIO CCCXLII.
Anno 1669. 17. Jul.

OMnibus & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam regularibus (I), & earum cuilibet quæ ad inſulas, provincias, & regna Indiarum orientalium, ac in partes Americæ (Armeniæ per errorem habet Pittoni)) ſub nomine miſſionariorum, aut quovis alio titulo pro tempore miſſi fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur (II), ſub excommunicatione latæ ſententiæ, & privationis vocis activæ, & paſſivæ, & cujuslibet dignitatis & gradûs pœna, & inhabilitate ad alia obtinenda, & amiſſione mercium & lucri, ac ſub pœnis aliis arbitrariis interdicitur, ne mercaturis (III) & negotiationibus ſæcularibus quovis prætextu, titulo, colore, ingenio, cauſa, occaſione, forma, etiam ſemel, per ſe, aut mediantibus miniſtris, ſeu aliis perſonis ſubſidiariis, tam directè quam indirectè, tam nomine proprio, quam ſuarum religionum, ſe ingerant, vel immiſceant.

Eadem conſtitutione applicantur merces præfatæ & earum lucra ſeminariis, hoſpitalibus, & miſſionibus ad arbitrium Epiſcoporum, quibus conſignanda ſunt, excluſis religionibus iis, quas profitentur delinquentes. Decernitur etiam ac declaratur, neminem deobligari à præſente prohibitione prætextu (IV) neceſſitatis ſuarum miſſionum. Eiſdem cenſuris pœnis ſubjiciuntur ordinum prælati, qui etiam ſemel delinquentes non corrigant. Decernitur, ne tranſgreſſores abſolvi poſſint ab excommunicatione præter quam in articulo mortis niſi facta mercium & lucri reſtitutione. Extat in Bullar. Lugd. C. 35. Clem. IX. Incipit *Solicitudo*. Vide Ord. 284.

Et licèt P. Eugenius Lopez in M. S. dicat: *Tengo* por cierto, que eſtas bullas (de Urbano VIII. y Clemente IX. ſobre la negociacion) en eſtas provincias no ſe han *publicado;* oppoſitum eſt certum de publicatione, quæ ad obligandum ſatis eſt. Tum quia in Indica Recopilatione decernitur, ut publicentur, & executioni mandentur, & actu exercito publicantur lege 33. tit. 14. lib. 1. Et in Conſtitutionibus Synodalibus ſub Ill. D. Antonio Leon Arequipæ factis (*a*) anno 1684. de bulla Clementis dicitur: *El Rei* la deſpacho à eſtos reinos traducida en caſtellano para ſu publicacion, que ſe hizo en todas partes, primero por los miniſtros ſeculares, y deſpues por los Eccleſiaſticos, à quien lo encargó por ſu real cedula de 2. Dic. de 1672., en que dice haverſe viſto y paſſado por el Conſejo.

Fr. Joannes de Paz Dominicanus (*b*) ait: *De la bula* de Clemente IX. contra los eccleſiaſticos negociantes en Indias no conſta que ſe publicaſſe en *Roma*. At hoc parum obeſt, quandoquidem non à Romanis, ſed ab Americanis exigitur obſervatio. Sequitur: *Un Obiſpado* de Philipinas

(a) *Synod. de Areq. lib. 1. tit. 1. cap. 16.* (b) *Paz, Conſult. claſſ. 1. C. 60.*

Digitized by Google

nas no la *acetó*. Sed non-ne acceptare debuit? *El Cabildo* Ecclesiastico de Manila suplicó de ella, y remitio la supplica por un Padre de la la *Compañia*. Hoc rectius habet, quod via supplicationis eatur. Supplicationem tamen, si ad aures Sanctissimi pervenit, lucrum fecisse non apparet. Imo Benedictus XIV. Const. *Apostolicæ servitutis*, data Kal. Martii 1741., *omnes* & singulas Romanorum Pontificum prædecessorum constitutiones, illarumque quamlibet contra quoscumque clericos illicitos *negotiatores* confirmat. Et successor Clemens XIII. Epistola ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos data 17. Sept. 1759., constitutiones confirmat adversus clericos negotiatores, & sæcularibus negotiis se immiscentes, à prædecessoribus evulgatas, præsertim Pio IV. Urbano VIII. & Clemente IX., quæ est præsens, usque ad novissimam Benedicti, non obstante contrario quolibet usu & consuetudine etiam immemorabili, quam ut impræscriptibilem corruptelam damnat. Ad provinciam quod attinet regularem, cujus etiam Eugenius Lopez, constitutio Clementis IX. olim intimata est ad abundantiam per R. P. Paulum-Joannem Oliva tunc Præpositum Generalem Societatis, cum obedientiæ præcepto ut observaretur, ut constat ex illius Provinciæ regestis.

ADNOTATIONES.

(I) *Personis ecclesiasticis*. De clericis minoribus est apud Argiró sequens Rotæ decisio (*a*) in una Romana pecuniaria 14. Mart. 1712.: *Quamvis* non desint qui contrariam propugnant sententiam, attamen ex sententia nostri sacri Auditorii isti non comprehenduntur sub expressa hucusque prohibitione negotiandi, valentque impunè cambiis negotiari, & mercaturam exercere æquè ac *laici*. Sed loquitur de minoritis non habentibus beneficium. Et in hoc sensu conformis est decisio Cap. *Clerici*, *De Postulando*, ubi facta clericis etiam minoritis prohibitione, ne coram sæculari judice pro negotiis sæcularibus advocati fiant, additur conditio: *Si ecclesiasticis stipendiis sustententur*. Citatus Argiró sententias conciliare nititur, ut nempe altera locum habeat, ubi clericus necessitate cogente negotiatur, altera ubi avaritia.

(II) *Quomodolibet morabuntur*. Non ergo est dubium, quin hac constitutione obligentur, non tantùm missionarii, sed omnes etiam parochi, & sæculares clerici. Et supplicatione Capituli Manilensis, de qua nuper, id ipsum suadetur. Unde jus Concilii Limani Tertii, quo excommunicatio sententiæ latæ irrogatur clericis & parochis negotiantibus, à Paulo V. supra Ord. 213. temperatum, in pristinum justæ severitatis rigorem restitutum est. Restat ut prælati ostendant per opportuna paris severitatis exempla, non esse jura hæc Clementinum & Limanum desuetudine derogata.

(III) *Mercaturis & negotiationibus*. Idem utraque voce significatur, ut per

(a) *Argiró*, *tom.* 2. *lib.* 1. *Disc.* 10. *n.* 5. *p.* 331.

Digitized by Google

per voces *probibetur*, *interdicitur*, *se ingerant*, *se immisceant*, in textu proprio constitutionis adhibitas. Quid verò negotiationis & mercaturæ nomine significetur explicat textus in Can. *Ejiciens*, D. 8.: *Quicumque* rem comparat, non ut ita integram immutatamque vendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator; qui verò rem comparat, ut integram & immutatam vendendo lucretur, ille est *mercator*.

Trifariam distinguit negotiationem citatus author. Politicam; dum exercetur ad subveniendum publicis necessitatibus, lucro nullo accepto in re empta. Quam, inquit, nullus dubitat in clericis esse laudabilem, nedum licitam. Œconomicam, ubi quis emit suæ familiæ necessaria, de cujus sustentatione siquid deinde supersit, poterit iterum vendi. Et ad materiam hujus œconomicæ negotiationis refert nonnullas Sacræ Congregationis resolutiones in una Neo-Castrensi, ubi quæsito pro parte clericorum, 1. An liceat terras patrimoniales & beneficiales per laïcos colere? 2. An pro necessario culturæ usu possent emere boves & alia animalia, & fœtus illorum vendere? 3. An ii qui in propriis bonis habent quercus & castaneas, quorum fructibus sues vescuntur, possint sues emere, eosque alere, & pro familiæ sustentatione vendere? 4. An dicti clerici cum foliis suarum arborum, possint in ædibus propriis arti sericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere?

Ad omnia respondit Congregatio Concilii affirmativè quantum ad negotiationem pertinet. De negotiatione lucrativa, quæ fit lucri causa nullo adhibito artificio, quo materia mutetur, nullus dubitat, quin sit interdicta clericis, & quod interdicta etiam esset antiquo jure communi. Ad illam refert ex sententia Sacræ Rotæ pecuniam ad cambium dare. Id quod à Clemente XIII. in cit. Constitutione declaratum est ibi: *Definimus*, *cambium activum esse natura sua actum veræ negotiationis*, & consequenter pœnis veræ negotiationis obnoxium.

In novo Hispano Jure (*a*) dicitur: *Formal* negociacion no está solo ceñida al acto solo de compra y venta en la misma especie, quando en la mas segura opinion uniformemente observada en estos reinos, se contrae en la de frutos de tierras arrendadas unicamente por la redolencia de *avaricià*. Et quamvis aliquis dubitare velit, num talis prædiorum conductio pro vendendis fructibus sit stricta negotiatio, dubitare nequit esse negotiationem formaliter prohibitam jure canonico sub interminatione anathematis *cap. 6. Ne cler. vel mon.*, ibi: *Sub interminatione anathematis probibemus*, *ne clerici vel monachi causa lucri negotientur: & ne monachi vel à clericis vel à laicis firmas babeant*. Quo nomine *firmas* prædia significantur conducta, ut ex venditis fructibus lucrum fiat.

Et infer hinc, quod liceat, vel non clericis vel monachis circa decimarum conductionem, de qua supra Ord. 178. Adnot. 2., & Ord. 127. Adnot. 11. Nempe illicitum est monachis & clericis decimarum cumulum sibi comparare, ut minutatim vendantur. Illicitum est armenta decima-

(a) *Tom. 3. Recap. de Castilla*, *Autos acord. Ed. del año 1745. lib. 9. tit. 18. Auto 4.*

Digitized by Google

cimalia, vel pecora conducere, ut in conductis pariter pascuis alita fructus faciant cum lucro vendendos. Licitum est illa conducere vel emere ut in propriis patrimonialibus aut beneficialibus prædiis pasta fructificent, vel pro alimento sint emptoribus.

In his Americæ regionibus tria præ oculis habenda sunt, ne offenderit quispiam in sinistram de ecclesiasticis, de quibusdam præsertim regularibus opinionem plus satis vulgarem & æquè falsam, cum quod res habet commune sit. 1. Quod fructus prædiales sæpè defectum monetæ supplent, imo & monetæ sunt ex lege 7. tit. 24. lib. 4. Juris Indici, sic habente: *Las monedas* de la tierra en Paraguay sean especies, y valgan à razon de seis reales el *peso*. Quod vulgus appellat *peso hueco*. Idem habet usus in regionibus ad austrum longe dissitis à via, qua potosinum argentum in portum fluvii cognominis exportatur vel effluit, ut in tractibus Cantamarcæ & Rivogiæ. In Paraguay proprio maximè animalium fœtus, qui vix, aut ne vix quidem, possunt aliò venum extrahi, venduntur indigenis, non pro argento vel auro, quod rarum est, & rarius hucusque fuit, non pro ære signato, quod in tota America nullum est, sed ut plurimum pro tabacho & herba, quæ ibi monetæ rationem habent: & tabacho quidem *en rama*, aut ajunt, prout è terra nascitur. Cum verò clericorum & monachorum victus & vestitus, atque ea quæ religiosis domibus & ecclesiis necessaria sunt, non solis constent tabacho & herba, hos fructus per armentorum venditionem acquisitos iterum vendi pro emendis necessariis opus est. Neque in hoc commutationis genere vitium esse posse videtur, etiam respectu clericorum & regularium, quod commutationibus emptionum & venditionum, monetæ traditione perfectis commune non sit, quandoquidem fructus auctoritate legitima, & Principis lege rationem habent æris signati, & vera moneta sunt.

2. Operas, quibus stant religiosæ domus, & sæculares etiam familiæ, esse ut plurimum serviles, non conductitias, quæ ne in dispendium hero vertantur, in colendis agris propriis, aut si proprii non sunt, alienis, aut in arte vel manufacturis occupandæ sunt. Utque cibentur, vestiantur, occupentur, necesse est aliquando res emere alioquin religioso victui superfluas, ut per artem & manum mancipiorum immutatæ autelioratæ vendantur rursus pro habendis necessariis. Neque id, dum manus sunt, ut sunt manus mancipiorum, propriæ dominorum, interdictum est. Imo in Jure Canonico approbatur, ut Can. *Clericus* D. 2., & Can. *Numquam* de Consecr. D. 5.. Et Glossa in C. *Canonum* 14. q. 4. licitis negotiationibus annumeratur *Emere corium & inde facre sotulares*.

3. Quod ut res vilissimi pretii vendatur sine dispendio, aut ematur necessaria, longum iter leucarum tercentum, & eo amplius, ineundum quandoque est. Ad œconomiam tamen rationalem spectat, ne plaustrum vel scapha pro vendendo vel emendo uno clavo de cætero vacua, instruatur, & ad tam longum iter expediatur. Sed nec dissimulandum, nec dubitandum est, quin hoc œconomiæ titulo palliari possit negotiatio prohibita. Accedit quod contingit sæpe, mercatores nolle vendere demandatas merces nisi cumulatim emantur aliæ ementi non necessariæ, quas vocant

cant *de surtimiento*, ut in macello carnes non sine ossibus emeris. At de his quid clericus vel monachus nisi revendat, evictis pretio & conductionis, siqui sunt, sumptibus?

(IV) *Prætextu necessitatis*. Non vera necessitate tanta, quæ lege careat, sed prætextu, id est, *obtentu*, *velamine* necessitatis, quo moveri se *aliquis simulat ad agendum*, *cum tamen alia causa moveatur*, nam hoc significat in Dictionario (a) prætextus. Unde si vera necessitas sit, licita est negotiatio etiam parochis, inquit Ill. Montenegro (b) *ex cap. Secundum*, *Ne cler. vel. mon.*, ibi: *Ne causa lucri negotientur*. Ubi Glossa: *Sed causa necessitatis possunt*. At clericus vel monachus peccabit in causa, si se conjiciat in liberam negotiandi necessitatem, vel cum possit non emergat alia quam mercuriali via, vel porta. Unde Benedictus XIV. in Const. *Apostolicæ servitutis* citata decernit & declarat, *Quodsi* aliquod negotium ecclesiasticis illicitum jure hæreditario, vel alio titulo prosecuti sint, illud dimittere teneantur. Quodsi statim nequeat, retinendi licentiam ab Ordinario loci, proviso quod ab alio administretur, impetrare *teneantur*. Secus ut pro illicito negotiatore habeatur definit. Et Clemens XIII. in cit. litteris de indigentia vera propinquorum, quam clerici sæpe causantur ad negotiandum, id ipsum decernit, nisi facultatem indigentes juvandi intra Italiam à Sede Apostolica, vel ab Ordinario in remotioribus regionibus impetraverint. Utque facultas eo ipso cesset ex quo cessaverit indigentia, vel alia sit sublevandæ ratio. Quibus etiam limitandum est quod supra ajebat Argiró de negotiatione politica.

Circa negotiationem vide Fr. Joannem de Paz doctum Dominicanum Manilensem (c) præ aliis laudatum, quia cum doctrina componit rerum indicarum notitiam, cujus defectu alii etiam docti in hujus argumenti tractatione cæspitant.

ORDINATIO CCCXLIII.
Anno 1669. 4. & 11. Jul.

EPiscopis Vicariis Apostolicis, qui tunc erant apud Sinas, & in Regnis Tunkini & Coccincinæ cum neophytis suorum Vicariatuum in quovis seu quibusvis (non tamen primo) consanguinitatis & affinitatis gradibus, vel aliàs conjunctis seu se attinentibus, ut matrimonium intra se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valerent, dispensandi: Et eos qui in gradibus ejusmodi prohibitis etiam scienter contraxissent, ab excessibus, & excommunicationibus, censuris, & pœnis ecclesiasticis in utroque foro absolvendi, ac prolem legitimam decernendi, facultatem ad viginti annos concessit Clemens IX., pro vicariis communicabilem. Sic habetur in alia Constitutione Clementis X. anni 1673. 23. Decembr., quæ incipit *Decet*, de qua suo loco.

OR-

(a) *Diction. Patav. V.* Prætextus. (b) *Monten. l. 1. tr. 13. sect. 6.*
(c) *Paz, Class. 1. Consul. 58. & seq.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCCXLIV.
Anno 1669. 13. Sept.

RElata constitutione Alexandri VII., de qua supra anno 1658. 18. Jan., & relatis quibusdam decretis S. Congregationis factis eodem anno 22. Julii, ut in Indiis orientalibus parochi non naturales illarum partium, sive sæculares sive regulares teneantur habere apud se capellanum origine Indum pro confessionibus audiendis, & hortationibus diebus festis habendis ad populum lingua vernacula: iisque, ubi populus ipse sponte non præstiterit, pro sustentatione & labore congruum suppeditent stipendium. Ut parochi, cæterique quarumcumque ecclesiarum superiores, sacerdotes indigenas in eorum ecclesiis celebrare volentes perurbaniter excipiant. Ut parochi maximè pagorum & villarum pueros per se vel per capellanos naturales, si tales ipsi non sint, grammatices institutiones præter fidei rudimenta, cæterasque artes liberales quoad fieri possit, edoceant. Ne in processionibus ex gentilium moribus ritus ulli permittantur, & ut arceatur quidquid ludricum, aut minus gravis speciem habet. Et ne in illis ecclesiastici, & præcipuè regulares prætextu dignitatis, gradûs, vel officii, umbellam gestent. His inquam relatis, Clemens IX., spiritualibus Christifidelium, non solum Goæ & in insulis adjacentibus, sed etiam in orientalium Indiarum universis regionibus degentium necessitatibus consulere cupiens, litteras Alexandri & præinserta decreta confirmat, illaque ad omnes Indiarum orientalium regiones extendit. Extat in Bullario Lugd. tom. V. Const. 38. Clementis IX. Incipit *In excelsa*. In ea videre est anonymi (*a*) morositatem, qui americanis parochis denuntiat Alexandri constitutionem pro Goa & adjacentibus insulis datam, & hanc Clementinam illius tantum extensivam ad reliquas Indiæ orientalis regiones.

ORDINATIO CCCXLV.
Anno 1669. 13. Sept.

UT Vicarii Apostolici in Sinam & vicina regna missi exigere possint à missionariis litteras deputationis suæ, nec tantum possint, sed debeant, & ostendere recusantibus prohibere usum. Ipsique regulares à Vicariis petere debeant licentiam suas facultates exercendi, quam illi negare non debent, nisi in casu gravis causæ Sacræ Congregationi communicandæ. Ut dicti regulares in defectu sacerdotum sæcularium teneantur etiam justitiæ titulo animarum curam suscipere, & recusantes à Vicariis cogi possint. Et quoad functiones parochiales subditi sint visitationi & correctioni Vicariorum juxta Constit. *Inscrutabili* Gregorii XV. Nec sine licentia Vicariorum liceat regularibus ædificare, & aperire ecclesias in locis

(a) *Pontos principaes, &c. Ponto IV.*

Digitized by Google

locis ubi missionarii alterius Ordinis, vel sæculares ecclesias habent. Ubi verò apertæ non sunt, possint juxta sibi concessa. Cum unus aut alter parochiæ non sufficit parochus, aut missionarius, aliique suppetunt, quorum auxilium nec petunt, nec recipiunt, possint Vicarii parochias dividere. Possint etiam exigere à regularibus rationem executionis piarum voluntatum. Juxta Constit. *Ex debito* Urbani VIII. controversias inter religiosos terminare possint ac debeant, graviora negotia ad Sedem Apostolicam referentes. Ut votum obedientiæ, si quod emiserint catechistæ, non obstet, quominus hoc munus obeant dependenter à Vicariis. Ut intra Vicariatuum fines ad Vicarios spectet, maximè in cursu visitationis ea inspicere, quæ ad fidem, bonos mores, sacramentorum administrationem, & processus de novis miraculis & martyribus, ad ritus, & festorum observationem pertinent. Et verificare, & publicare quascumque litteras apostolicas, Sacræ Congregationis ordinationes, indulgentiasque. Extat in C. *Decet* Clem. X. tom. VII. Bullarii Romani. Incipit *Speculatores*.

ORDINATIO CCCXLVI.
Anno 1669. 13. Octobr.

FAcultates Vicariis Apostolicis concessas in partibus Sinarum ad septennium ab Alexandro VII. ordinandi indigenas latinè ignorantes etiam sine titulo, ad septennium ulterius prorogavit Clemens IX. Extat in Const. *Alias* Clementis X. tom. VII. Bullar. Rom. pag. 252.

ORDINATIO CCCXLVII.
Anno 1669. 20. Nov.

CLemens IX. declaravit, decreta quædam circa sinenses ritus ad speciem opposita vim utraque habere pro diversitate circumstantiarum. Mentio fit in Const. *Ex quo* Benedicti XIV. 11. Jul. 1742.

ORDINATIO CCCXLVIII.
Anno 1670. 11. Aug.

CLemens X. B. Rosam Limanam in universam & principaliorem patronam omnium & singularum provinciarum, regnorum, insularum, & regionum terræfirmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum cum eisdem prærogativis, quibus pro Peruvio constituta erat à Clemente IX., constituit ac declaravit. Ipsiusque festum ibidem ab omnibus (I) ibi degentibus de præcepto servari (II) mandavit. Firmis remanentibus particularibus patronatibus, aliàs legitimè constitutis. Extat in Bullar. Rom. tom. VII. pag. 42. C. 20. Clem. X. Incipit *Sacrosancti*.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Ab omnibus*. Ab Indis etiam, & ab iis qui Indorum privilegia participent? Negat P. Eugenius Lopez in M. S., tum ex praxi, tum ex eo, quod hæc constitutio non derogat Indorum privilegio. Sed affirmat Synodus Guamagnæ sub Ill. Castilla (*a*). Et quidem veriùs, si sua constitutioni stet vis, quæ ab omnibus in his provinciis degentibus festi observantiam requirit. Derogarique satis videri potest privilegiis, cum ibi dicitur: *Non obstantibus* in contrarium facientibus *quibuscumque*. De praxi vero præter Lopezii testimonium testatur esse contrariam P. Murillo (*b*) quatenus ait, Indos, Æthiopes, & Sinas teneri tantùm præter dominicos dies servare decem. Quo numero certò excluditur dies Sanctæ Rosæ, sicut & dies S. Jacobi Hispaniarum Patroni. In Arequipæ synodalibus editis ab Ill. Leon anno 1684., Hispanorum festis, non Indorum, annumeratur festum Sanctæ Rosæ, ibi: *Santa Rosa Virgen Patrona de estos reinos ✠ à 30. de Agosto*. Eodemque signo ✠ festorum pro Hispanis tantùm proprio notatur festum S. Jacobi. Accedit quod supra ex relatione Tunkinensis Missionarii vidimus Ord. 306., Tunkini quo certè extenditur S. Xaverii patronatus à Benedicto XIV. constitutus eisdem clausulis atque patronatus Sanctæ Rosæ pro Indiis occidentalibus, illius diem 3. Decembris non adnumerari festis de præcepto juxta kalendaria omnia uno excepto.

(II) *De præcepto*. Quoad missam & sacrum otium usque ad Benedictum XIV., qui certis diebus festis permisit audita missa manoperari. An post Benedicti constitutionem ad Indias 15. Dec. 1750., feriandum in Sanctæ Rosæ festo sit, dubitaverit quispiam. Sed videtur negandum, nam Benedictus festis quoad præceptum negativum adnumerari tantùm vult Patronum loci: quo videtur excludi regni vel provinciæ patronatus, ita ut Sancti Jacobi dies specialiter fuerit nominandus præter Patronum loci, ne ad semi-festos redactus censeretur. Ill. Argandoña Tucumaniæ Præsul, dum benedictinæ litteræ publicatæ sunt, & in Synodo non publicata anni 1752., diem Sanctæ Rosæ festis majoribus in utroque obligantibus accensuit. Sed cum S. Josepho id simul honoris præstiterit, non id titulo principalioris patronatus, sed ex devoti animi ad cultum S. Rosæ propensione fecisse, par est credi.

Sed potest id facere Episcopus? Potest quidem, non per modum derogantis aut coarctantis indultum pontificium, sed quatenus potest pro sua diœcesi nova festa instituere. Dubium tamen est, an id possit sine consensu cleri & populi. Affirmant Carmelitæ Discalceati Salmanticenses (*c*) contra plures negantes id posse attento jure, quamvis possint & alicubi fecerint ex consuetudine, præsertim quando non in perpetuum instituun-

(a) *Syn. de Guam. capite 7.* (b) *Murillo, lib. 2. Curs. Can. tit. 9. n. 7.*
(c) *Salmantic. tom. V. Mor. tr. 23. cap. 1. p. 6. §. 2.*

Digitized by Google

ſtituuntur, ſed pro nata occaſione tranſitura. Barboſa (*a*), ut Epiſcopus feſtos dies inſtituat, requirit quòd populus audiatur, non quod conſentiat: & quod in ſynodo id poteſt ſine populi conſenſu.

Ratio Affirmandi eſt Epiſcopi poteſtas ad regulandum in ſua diœceſi cultum, dum nullo jure coarctatur. Can. *Pronuntiandum*, *De Conſecr. D.* 3. tantùm dicitur quod feriandæ ſint *illæ* feſtivitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cum populo collaudaverint, quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ ſunt, non generaliter *omnibus*. Ubi tantùm habetur, obſervanda eſſe feſta ab Epiſcopo conſentiente populo decreta; non negatur obſervanda, quæ inſtituta velit abſque populi conſenſu, ſicut non tollitur inſtitui à populo poſſe ex voto vel juramento abſque Epiſcopi conſenſu ſpeciali. Sed nota, in Decreto Gratiani pro *Epiſcopatibus* legi ad marginem *Epiſcopiis*: quod non tam ſignificat diœceſim, quam locum in diœceſi reſidentiæ epiſcopalis. Quo videntur ſignificari feſta, quæ inſtituuntur aliquando, non pro tota diœceſi, ſed pro una civitate, ut feſtum S. Petri Nolaſco Neo-Cordubæ: ad quod feriandum tenentur urbis & ſuburbiorum, non tamen pagorum ruſticorum incolæ.

Et hac notatione cavetur violenta quædam interpretatio P. Suarez (*b*) intelligentis in textu citato per vicinos Epiſcopatibus *circum* morantes, eos qui non circum, ſed qui intra morantur. Si enim pro Epiſcopatibus legas *Epiſcopiis*, ſenſus difficultate caret, quandoquidem ſuburbiorum incolæ propriè dicuntur circa morari reſidentiæ epiſcopalis urbem. Circa obligationem verò ejuſmodi feſta ſervandi, non in ruſticorum pagis, ſed in oppidis, extat cap. 39. in Regula Conſueta Limenſi, ubi dicitur: *Revocamus* conſtitutionem 58. Synodi Diœceſanæ Yungayanæ (diœceſis Limanæ) *anni* 1585. Qua ſcilicet ſtatutum erat, quod feſta *in civitatibus*, caſtris, & aliis locis obſervanda, obſervarentur etiam in agris, ut videre eſt apud Haroldum in *Lima limata*.

Cap. *Conqueſtus*, *De Feriis*, idem habet quod Can. *Pronuntiandum*, ſcilicet, eſſe obſervandas ſolemnitates, quas ſinguli Epiſcopi cum clero & populo duxerint eſſe venerandas. Regula 29. *De Reg. juris in 6.* dicitur: *Quod* omnes tangit ab omnibus debet *approbari*. Sed intelligenda de omnibus, non intereſſe tantùm, ſed jus habentibus; alioquin etiam feſta à Summo Pontifice approbata indigebunt populi, & popularium cujuslibet approbatione. Urbanus VIII. in Conſtit. *Univerſa*. 13. Sept. 1642. tantùm monet, ut *ab indictione* novorum feſtorum abſtinere ſtudeant *Epiſcopi*. Horum tamen poteſtas non limitatur, ut patet ex antecedentibus, nam monentur etiam ne populorum importunitate adigantur ad novas inſtitutiones; cum certum ſit, accedente populorum conſenſu, nedum importunitate, inſtituere poſſe. Nullo igitur jure poteſtas Epiſcoporum in ejuſmodi feſtorum inſtitutione limitatur.

Sed quidquid Teologi ſenſerint, & quidquid ſonent verba juris antiqui, ſtandum eſt deciſioni Sacræ Congregationis, quam refert Pignatelli

---

(a) *Barb. De Pot. Ep. All.* 105. *P.* 3. *n.* 36. & 39. (b) *Suar. tom.* 1. *De Rel. l.* 2. *c.* 11. *n.* 12.

Digitized by Google

li (*a*) sæpius reprobasse, quòd Episcopi possint indicere dies festos, sine alius scilicet consensu. Et Benedictus XIV. (*b*) ait: *In instituendis* festis per Episcopum nullus est qui non requirat consensum *Capituli*. Et Pax Jordanus Episcopus Traguriensis (*c*) in idem argumentum refert plures Sacræ Rituum Congregationis declarationes, nimirum Brundusinam 2. Maji 1602., & Hispalensem 21. Aug. 1604., quibus resolvitur, *Festa* nova de præcepto institui non posse invito *populo*. Et Pacensem 20. April. 1602. quod *Festum* novum populus non potest cogi servare, nisi indictum sit ab Ecclesia. Et si novum institui petatur, supplicet populus.

Anno 1719. 22. April. Sacra Congregatio Concilii confirmavit institutionem de præcepto festi Expectationis factam per Episcopum Antequerensem in Indiis occidentalibus consentiente Capitulo & Magistratu, ut habetur in *Thesauro Resolutionum* Congregationis Concilii (*d*). Oportuit autem Romæ confirmari, vel ad defectum supplendum popularis consensus, si differat hìc à consensu Magistratûs; vel ad institutionem superiori authoritate muniendam, si non differat.

ORDINATIO CCCXLIX.
Anno 1670. 13. Aug.

SAcra Congregatio de Propaganda declaravit, vicennium facultatum, quæ missionariis concedi solent, computandum esse, non à die expeditionis, sed à die quo pervenerint ad missiones. Scilicet, quando absolute conceduntur, nam conceduntur sæpè cum clausula, ut valeant à die quo præcedens vicennium expiraverit. Refert Pignatelli (*e*) laudatus à P. Marquez (*f*).

ORDINATIO CCCL.
Anno 1670. 22. Dec.

EXposito pro parte Petri Principis regnorum Portugalliæ & Algarbiorum Gubernatoris, circa provisiones ecclesiarum metropolitanarum, & cathedralium in dictis regnis, eorumque Indiis & conquistis consistentium nonnullas innovationes post decessum Sebastiani & Henrici factas fuisse, propter quas prætendi forsan posset, juribus Coronæ Portugalliæ præjudicatum esse, declarat Clemens X. non esse præjudicatum, aut prætendi posse. Extat in Bullar. Rom. tom. XI. C. 12. Clem. pag. 16. Incipit *Cum nos*.

Eodem anno 1670. erecta est in cathedralem Ecclesia Quebekensis in Nova Francia, ut refert Charlevoix (*g*). Undecim ante annis, scilicet 1659. 6. Julii, Quebekum erat ingressus Ill. Franciscus de Laval dictus

(a) *Pignat. tom. IV. Consult. 7. n. 19. pag. 146.* (b) *B. XIV. tom. IV. De Beatif. &c. P. 2. c. 15. n. 12.* (c) *Pax Jord. tom. 2. Elucubr. l. 1. tit. 1. n. 5.* (d) *Thesaur. Resol. tom. 1. pag. 175.* (e) *Pignatelli, tom. VII. Consult. 56.* (f) *Marq. Brasil. Pontif. l. 1. D. 1. §. 4.* (g) *Charlev. Hist. de la N. Francia, tom. 2. pag. 88. & seqq. Iterum pag. 189.*

Digitized by Google

ctus Abbas de Montigni Episcopus Titularis Petreensis, & pontificio Brevi constitutus Vicarius Apostolicus, quia Jesuitæ præsentiam alicujus superioris ecclesiastici in Canadæ Colonia desiderari persuasi, à Rege Christianissimo petiverant, ut Episcopus mitteretur. Annæ Austricæ pro pupillo nato regentis sententia fuit, ut assumeretur aliquis de missionariis canadensibus: ajuntque de P. Paulo le Jeune, qui missionem diu rexerat, tuncque Parisiis agebat operarium sanctitatis & prudentiæ fama præditum, nominando cogitasse; sed Jesuitis Institutum opponentibus, Abbas de Montigni subrogatus est illorum suasu.

Collegii Flexiensis Rector P. Hieronymus Lallemant ex America in Galliam rei publicæ causa profectus erat. Hunc barbarorum saluti opem sub tanto Prælato ferre volentem, sibi adhiberi socium impetravit. Clerici, qui tunc & annis sequentibus Canadam tenuerunt, curas parochiales eo usque Jesuitis, ubi non alii sacerdotes erant, incumbentes subierunt, primo quidem ex commissione, tunc & diu post amovibiles ad Episcopi nutum, & interdum ad nutum præfectorum Quebekensis Seminarii, qui & ipsi instituuntur etiam nunc à Seminarii Parisiensis missionum exterarum Directoribus.

Temporis successu nonnihil immutata sunt jura, ex quo Rex mandata dedit, ut curatus ibi, sicut in toto Galliarum regno conferrentur in titulum; sed multum abest adhuc ut usus fixus sit, nam insula, quæ à Monte Regali nomen habet, cum dependentibus parochiis sunt, ut erant, sub jure Sulpiciani Seminarii. Erat biennium, quo Seminario cesserat insulæ dominium.

Diu ante venerat Quebekum Abbas Quelus authoritate Vicarii Generalis ab Archiepiscopo Rhotomagensi munitus; sed quia Rhotomagensis jurisdictio in Novam Franciam nullo nitebatur titulo, jus idem competentibus Nannetensi & Rupellensi Episcopis, Quelus in Vicarium non admissus in veterem Franciam repedavit. Anno 1657. rursus in Canadam cum Seminarii deputatis appulit Insulæ possessionem aditurus, & Seminarium fundaturus, quod non invitis colonis peregit tandem.

Petreensis Episcopus in Galliam anno 1662. redux Regis obtinuit diploma, ut Quebeki Seminarium erigeretur: & quia pastores in totam coloniam juxta præconceptum systhema ab hoc Seminario erant trahendi, Prælatus egit ut nomine decimarum solveretur Directoribus decima-tertia fructuum omnium ecclesiæ debitorum. Eam taxam exorbitare nimium putarunt coloni non admodum divites, & sæpè reclamarunt. Anno 1667. Senatus Canadensis consulto, utique provisionali, & sine regii descripti præjudicio, decretum est, ut pro decima pars vigesima sexta penderetur, utque novalia non decimarentur quinquennio. Quod usu & moribus invaluit. Aucto deinde colonorum numero, & novæ parochiæ erectæ sunt, tuncque petitum ut parochis cederent decimæ, utque taxa certa constitueretur. Utrumque regio edicto mandatum est anno 1679., confirmatumque simul Canadensis Senatus consultum ea lege ut Senatus de supplemento decerneret per incolas & proprietarios erogando, si decimarum summa congruæ parochorum sustentationi non sufficeret. Hoc tamen ef-

fectu

fectu caruit, voluit enim Rex Christianissimus libras septem-mille-sexcentas annuatim ad parochorum alimenta de suo conferre.

Anno 1683. cadente nova satisfaciendi parochis arrepta via est, quibus Senatus ordinatio postrema videbatur insufficiens. Generalis Canadæ Prætor Dominus *de la Barre*, & Ill. de San-Vallier Episcopus Quebekensis congruas portiones, quæ ex decimarum cumulo extrahebantur, quingentis circumscripsere libris. Sed Rex Christianissimus litteris ad Prætorem 10. Apr. 1684. datis significavit eam sibi ordinationem non esse gratam. *Vidi* (inquit) scripturam, quam cum Episcopo ad parochias distribuendas, & parochos congruè sustentandos edidisti in Coloniæ damnum. Congruam unius parochi quingentis libris computastis, & est nonnullus cui ampliorem assignastis in regione pauperibus habitata. Probè nostis, in Gallia congruas pinguissimas centum scutis non esse majores, & innumeros esse Curatos, qui centum & quinquaginta libris vivere & ministrare possunt. Id agite ut isthìc quatuorcentum vivere *assuescant*.

Sæpè deinceps retentavit parochorum pars decimas ad decimam-tertiam redigere, sed incassum. At ulteriorem summam bis-mille librarum consignavit Rex ad parochorum ætate gravi aut valetudine rude donatorum alimenta. Duæ præterea summæ corrogatæ sunt mille-ter-centum & quinquaginta librarum in singulas, alia in parochorum profectum, alia ad ecclesiarum parochialium fabricam, quarum patronatus, exclusis dominis, qui eo usque patroni fuerant, Episcopo addictus est. De reliquo quidquid Rex ad prædictos usus de suo confert, voluit subesse dispositioni Episcopi.

Ecclesiæ Quebekensis in cathedralem erigendæ tractatus diu ante inceptatus, nonnisi anno 1670. consummatus est, eo quod Papa voluit omnino, ut immediatè à Sede Apostolica penderet. Quocum benè constat, Episcopum Quebekensem instar Podiensis in Gallia sub Romana Sede immediate constituti, esse quodammodo de Cleri Gallicani gremio. Episcopum coëgit inopia Parisios regredi, si fortè Rex Bullarum sumptus facere dignaretur: quas obtinere non potuit usque ad annum 1674. Ecclesiæ Cathedralis Capitulum constat Decano, Cantore, Archidiacono, Theologali, & duodecim Canonicis. Quorum omnium nominatio est penès Episcopum præter duas primas dignitates, quas sibi rex voluit reservatas.

ORDINATIO CCCLI.
Anno 1671. 12. April.

VIsitantibus S. Rosæ Limanæ hodie per hanc constitutionem canonizatæ sepulcrum in ejus festo septem annos & septem quadragenas indulget Clemens X. Extat in Bullar. Lugdun. C. 37. Incipit *Cælestis*.

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLII.
Anno 1671. 13. Jun.

SAcra Rituum Congregatio decrevit in Angelopolitana, quod non debet cantari nec celebrari missa in altari, ubi est repositum SS. Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo. Ac si ex necessitate fieri opus esset, populus benedicendus est more consueto, & non cum SS. Sacramento. Refert Merati (*a*). Aliam similem resolutionem refert Lacroix, seu Zacharias in illius additionibus (*b*) in hæc verba: *Missam in altari* majori, ubi est expositum publicè SS. Sacramentum, non licet celebrare præsertim si in ecclesia adsunt alia altaria, in quibus celebrari possit. S. R. C. 9. Aug. 1670.

ORDINATIO CCCLIII.
Anno 1672. 6. Maji.

UT decreta de non exigenda majore eleemosyna pro sepultis apud regulares, etiam de Soc. Jesu intelligerentur. Vide infra Ord. 489.

ORDINATIO CCCLIV.
Anno 1672. 18. Maji.

POntifex suppressit controversias Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Francisci de Observantia in Provincia S. Antonii Brasiliensi. Extat in Bullar. Rom. tom. VII. C. 100. Clem. X. Incipit *Sacrosancti*.

ORDINATIO CCCLV.
Anno 1673. 6. Apr.

PRohibet nequis sine licentia in scriptis Sacræ Congregationis de Propaganda, in operibus initio scribenda, libros & scripta, in quibus de missionibus agatur, aut de rebus ad missiones pertinentibus, per se vel per alium edat, sub excommunicatione Summo Pontifici reservata, & privationis officii, ac vocis activæ & passivæ, operumque suppressionis pœnis ipso facto incurrendis. Ac præcipit sub pœna privationis vocis activæ & passivæ, ut Superiores Generales curent, has litteras quolibet anno legi. Extat in Bullar. Rom. tom. VII. C. 126. Clem. X. Incipit *Creditæ*.

ORDINATIO CCCLVI.
Anno 1673. 12. Maji.

UT Parochis Indiarum liceret juxta Concilium Tridentinum parochianos non impeditos conjugare, dummodo non essent vagi, forenses,
aut

(a) *Merati, Addit. ad Gav. Append. p. 290.* (b) *Lacr. Ed. Ven. 1761. l. Prodr. p. 33. n. 367.*

aut loco distante nati, non expectata venia episcopalis curiæ. Utque informationes de statu libero apud Prælatos peragerentur gratis. Ita habetur in quadam Auditorii Platensis regia provisione, data anno 1744. 19. Sept., cui schedula inseritur tenoris sequentis. = El Rei = ... Fui servido de encargar al Arzobispo (de Mexico), que en el interin no se impidiesse à los curas doctrineros, que hiciessen todas las diligencias necessarias para la celebracion del matrimonio segun lo dispuesto por el Concilio de Trento, y en caso necessario diesse la jurisdicion necessaria à los doctrineros; y considerando el Commissario General de San Francisco, que la resolucion seria firme si Su Santidad la confirmasse, acudio año de 1673. pidiendo varias cosas, de que por la Congregacion de Cardenales se le concedieron dos. La 1., para que à los parrocos de Indias fuesse licito casar à sus feligreses, no siendo vagantes, extrangeros, ò de parte distante, segun el Concilio de Trento, no resultando impedimento alguno para el matrimonio, aunque en las curias de las diocesis no se huviessen dado informaciones de libertad, ni obtenido licencia los contraientes. La 2., quæ los Prelados de Indias, quando se acudiesse à ellos, estuviessen obligados à hacer las informaciones de libertad, y dar la licencias graciosamente sin llevar derechos, pagando solo al Secretario por razon de lo escrito el competente, de que se despacho Breve en 12. de Majo de 1673. que se mandó executar por el Consejo. Mándo se execúte..... Buen-Retiro. 3. de Diciembre de 1683. = Vide infra Ordin. 436.

ORDINATIO CCCLVII.
Anno 1673. 10. Nov.

HAc data tria prodiisse Brevia, aliud ad Inquisitores Goanos, aliud ad sacerdotes, catechistas, & christianos Tunkini, tertium ad Archiepiscopum & Capitulares Goæ, in quibus fit mentio de ausibus, insolentiis, turbis, & calumniis Jesuitarum contra Vicarios apostolicos, refert quidam anonymus (a). Tu vide Brevia, & crede. Anonymo sine teste nulla fides.

ORDINATIO CCCLVIII.
Anno 1673. 3. Dec.

CLemens X, per litteras confirmavit Synodum à Petro Episcopo Beritensi Vicario Apostolico in Tunkino celebratam in pago Diughieu provinciæ Kinam 14. Febr. 1670., quæ Provincialis speciem & indolem potiùs quam Diœcesanæ præsetulisse videtur, præmisso examine à Sacra Congregatione. Extat inter Constitutiones Apostolicas pro Missionibus Sinarum, Tunkini, &c. Parisiis editas anno 1676., & refert Benedictus

(a) *Append. ad Portug. Reflexiones.*

ctus XIV. (a). Per confirmationem verò apostolicam non extendi vim obligatoriam decretorum, quæ in Synodo sive Provinciali sive Diæcesana fiunt, constitit supra Ord. 178. Adnot. 2. Estque decisum à Sacra Congregatione per declarationem quam sine data refert Barbosa (b) ibi citatus.

ORDINATIO CCCLIX.
Anno 1673. 22. Dec.

VIcarii Apostolici, & missionarii orientales eximuntur à *jurisdictione* Goanæ Inquisitionis in iis locis ubi Rex Portugalliæ *temporaliter* non dominatur. Extat in Bullar. Rom. tom. VII. C. 144. Clem. X. Incipit *Solicitudo*.

ORDINATIO CCCLX.
Anno 1673. 23. Dec.

TRibus Vicariis Apostolicis, qui tunc erant in partibus orientis confirmat facultates quasdam, nempe Alexandri VII. ad ordinandos latinè ignorantes, Clementis IX. ad exigendum à missionariis litteras deputationis suæ, & Congregationis de Propaganda ad communicandum facultates alicui & missionariis, ad collocandum missiones alibi quam in locis sibi assignatis, ad promovendum ad sacros ordines sine dimissoriis. Ex eodem Bullario Const. 145. Incipit *Decet*.

ORDINATIO CCCLXI.
Anno 1673. 23. Dec.

NE quis ecclesiasticus sæcularis aut regularis litteras deputationis in Vicarium Generalem, aut Foraneum, seu *da Vara*, Visitatoremve pro exercenda jurisdictione in locis, quæ Vicariis Apostolicis commissa sunt, seu fuerint in futurum a quoquam emendicare, aut oblatas recipere præsumat sub excommunicatione ipso facto incurrenda. Ex eodem Bullario C. 146. Clem. X. Incipit *Illius*.

ORDINATIO CCCLXII.
Anno 1673. 23. Dec.

COnstitutiones Clementis VIII. indulgentis omnibus Ordinibus ut per Lusitaniam; & Pauli V., ut quacumque mittere possint religiosos ad orientem, referuntur. Et confirmatur excommunicatio ab Urbano VIII. contra impedientes lata. Et facultas eundi ad orientem quacumque via ad Vicarios Apostolicos & presbyteros sæculares extenditur. Ex eodem Bullario C. 147. Incipit *Injuncti*.

OR-

(a) *B. XIV. l. 8. De Syn. Diæc. c. 3. n. 4. p. 590.* (b) *Barbosa, Collectan. V.* Concilium Provinciale.

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLXIII.
Anno 1673. 23. Dec.

VIcariis Apostolicis in partibus Sinarum facultas prorogatur ordinandi sine titulo indigenas. Et indulgetur, ut divini officii recitatio commutari possit. Extat ibid. C. 148.

ORDINATIO CCCLXIV.
Anno 1674. 7. Jun.

EPiscopos Indiarum, aliarumque partium orientalium de consilio Congregationis super rebus Sinarum deputatæ monet; eisque & regularibus omnibus præcipit, ut omnes constitutiones apostolicas & decreta ejusdem Congregationis sub pœnis arbitrariis observent. Ex eod. Bullar. C. 155.

ORDINATIO CCCLXV.
Anno 1674. 8. Jun.

VIcarii Apostolici in partibus Indiarum ab jurisdictione Ordinariorum eximuntur, reservata Sacræ Congregationi facultate aliter decernendi. Ib. C. 156.

ORDINATIO CCCLXVI.
Anno 1674. 8. Jun.

COnstitutionem *Ex debito* Urbani VIII. confirmat Clemens, & excommunicationem ab eo latam contra impedientes accessum missorum ad partes orientales, extendit ad impedientes jurisdictionem Vicariorum Apostolicorum, & eorum operariorum in provinciis illis assignatis. Extat ibid. C. 157.

ORDINATIO CCCLXVII.
Anno 1674. 17. Jun.

DEclaratur, Episcopos Indiarum, aliarumque partium orientalium non posse, nec debere actus jurisdictionales exercere supra Vicarios Apostolicos, quippe Sedis Apostolicæ delegatos, eorumque operarios in provinciis sibi assignatis; sed eisdem Vicariis Apostolicis jurisdictionem privativè competere, donec aliter à Sacra Congregatione fuerit declaratum. Ib. C. 158.

ORDINATIO CCCLXVIII.
Anno 1674.

COnfirmantur constitutiones quædam pro gubernio confraternitatis, postea religionis Bethleemitarum in Indiis occidentalibus. Mentio

Digitized by Google

sit in Constitutione *Ecclesiæ* Innocentii XI. tom. VIII. Bullarum Rom. pag. 420.

Eodem anno 1674. Sacra Congregatio damnavit opinionem quamdam, de qua sequentia refert P. Concina (*a*): *Cinque* Vescovi Francesi scrissero una lettera al Papa, nella quale rappresentarongli, che alcuni theologi col pretesto della ignoranza invincibile sostencano esser esenti da grave colpa theologica tanti infedeli, e massimamente i Cinesi uccidito-ri de' proprj genitori, degli ospiti, e rei delle più enormi nefandità. Il P. Domenico Ferdinando Navarrete (*b*) riporta una decisione della S. Congregazione, che condannò verso l'anno 1674. sì fatta *opinione*.

ADNOTATIONES.

Jure merito ea reprobatur opinio, seu error; scilicet, invincibilis ignorantiæ prætextu parricidas & talium enormitatum reos à culpa gravi theologica excusari; quia prætextus ignorantiæ invincibilis est velamen, causave ficta, qua delicta oculis carneis obvelari possint, non divinis, cum revera prima principia juris naturæ, & conclusiones inde clarè & immediatè fluentes ignorari nequeant à mentis compote nisi vincibiliter.

Si tamen fingas Sinenses aut infideles alios, & barbaros prima juris naturæ principia, & conclusiones clarè & immediatè connexas invincibiliter ignorare, dogma catholicum est, & esse immunes à culpa formali, postquam Alexander VIII. damnavit sequentem Novatorum propositionem num. 2.: *Tametsi* detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato *formali*.

Dixi, conclusiones immediatè & clarè fluentes ex primis naturæ principiis invincibiliter ignorari non posse. Sed oportet excipere casum quo conclusionibus adjungatur circumstantia, ex qua licitum videri possit quod jure naturæ illicitum est, ut rectè animadvertit Author *Responsionis ad librum Assertionum* (*c*). Exemplo sit quod in Paraguaria Provincia contigit haud ita pridem: Quosdam Mataguajæ gentis transfugas ægrè sequebatur cæca mulier, & ætate gravis. Eam ex filio nepos brevi & facili vulnere trucidavit de via. Negabatque parricida, se quidquam mali fecisse adversus aviam, quam amabat, quippe morituram, si sola remaneret, crudeliore ut ipse ajebat, nece, Hispanorum vestigia sequentium, & vindictam inhiantium opera & manu. In casibus ejusmodi ignorantia juris naturalis vincibilis esse potest & invincibilis, & utra de facto sit solo Dei judicio sæpè discerni potest.

OR-

(a) *P. Concina, Stor. del Prob. Diss. 1. cap. 5. §. 3. num. 17. pag. 116. tom. 1.*

(b) *P. Navarrete, Trat. VII. pag. 503.* (c) *Response au Livre intitule Extrait des Assert. P. 3. tom. 1. pag. 404. ed. in 4.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLXIX.

UT de B. Francisco Solano (I) per hanc constitutionem beatorum catalogo inscripto recitari possit officium & missa celebrari in civitate Lima, ac in provincia Thecumana (Tucuman), in quam (II) catholicæ fidei nova semina feliciter invexit. Extat tom. VII. Bullar. Rom. C. 171. Clem. X. Incipit *Quemadmodum*.

ADNOTATIONES.

(I) *B. Francisco Solano*. D. Frezier viator Gallus in suo Novi Orbis Itinerario (*a*) sermonem habet de quibusdam Franciscanis *Reformés par Saint François Solano natif du Paraguay*. Sed hic error est unus de multis ea Relatione contentis; ut ille quo Indos nominat *Encomenderos*, & ille quo *Huanacos* animantium genus alio nomine scribit appellari *Vizcachas*. Præter alios, quibus à Sanctæ Inquisitionis Hispanæ Officio proscribi merita est.

(II) *In quam catholicæ fidei*. Est qui crediderit Solanum nova fidei semina per Tucumaniam invexisse in Paraguay non tantum provinciam, sed oppidum quod & *Paraguay* & *ab Assumptione* nominatur: deceptus, ut opinor, similitudine facti, quod in illius Vita (*b*) cum alio quod in prima Paraguay civitatis fundatione narratur contigisse, de barbaris in christianorum perniciem conspirantibus, dum memoria Dominicæ Passionis recolebatur.

Sed nisi per Paraquariam accipiatur, ut sit tota Gubernatio seu Præfectura, cujus fines principio ad Tucumaniam usque pertingebant cum tractu Sanctafidensi à S. Francisco certò lustrato, incertum est mihi saltem, eum Paraquariam vidisse unquam. Et quando barbarorum conspiratio in Paraquaria contigit, nec lucem viderat natalem Franciscus. Saltem nondum Indias cogitaverat natus in Hispania. Vide Ord. 510.

ORDINATIO CCCLXX.
Anno 1675. 13. Jul.

IN causa Indiarum facto processu super non-cultu Ven. Servi Dei Dionysii à Nativitate ab Ordinario qui à ferenda sententia abstinuit, Sacra Congregatio censuit ab eo proferendam in casu. Refert Benedictus XIV. (*c*). Et in eadem Canonizationis materia refert alibi (*d*), dum de S. Francisco Solano proximè memorato causa vertebatur, admissam fuisse à Sacra Congregatione validitatem processûs, quamquam testimonium perhibuerant regulares absque Superiorum licentia.

OR-

(a) *Mr. Frezier Voiage au N. M. P. 2. pag. 187. Edit. ann. 1732.*
(b) *Acta SS. Julii. 24.* (c) *Benedictus XIV. l. 1. De Beatif. &c. c. 22.*
(d) *Id. lib. 6. cap. 48. num. 5.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLXXI.
Anno 1675. 15. Jul.

CUstodia B. M. Virginis Ordinis Minorum à Provincia S. Antonii Brasiliensi dismembratur, & in Provinciam erigitur. Ex Bullar. Rom. C. 186. Clem. X. Incipit *Pastoralis*.

ORDINATIO CCCLXXII.
Anno 1675. 7. Aug.

UT in Provincia Quitensi Ordinis S. Augustini servetur alternativa in omnibus officiis gubernii. Mentio fit in Const. *Pro parte* Innocentii XI. tom. VII. Bullar. Rom. pag. 41. Vide Ord. 244. & 269.

ORDINATIO CCCLXXIII.
Anno 1676. 12. Jun.

SAcra Congregatio Episcoporum & Regularium committit Ministro Generali, & Commissario item Generali Indiarum Ordinis S. Francisci, ut circa alternativam id statuant, quod paci Provinciæ Limanæ magis expedire censebunt. Mentio fit in Const. *Illius* Innocentii XI. tom. VIII. Bullar. Rom. pag. 26.

ORDINATIO CCCLXXIV.
Anno 1676. 22. Nov.

ECclesia S. Salvatoris Brasiliensis ex Episcopali erigitur in Metropolitanam à Provincia Ulyssiponensi dismembrata. Extat in Bullar. Rom. Const. 3. Innocentii XI. Et licèt in Bullarii textu dicatur data 6. Kal. Decembr., idest, 26. Novembris, & ibid. ad marginem 16. Novembris, neutro ex iis die fuisse data videtur, sed 22. Novembris, qui dies in sequentibus duabus Constitutionibus repetitur, quas cum præsenti uno die esse datas, constat ex hujus primæ §. 3.

ORDINATIO CCCLXXV.
Anno 1676. 22. Nov.

OPpidum de Olinde in civitatem (quæ & Pernambuco dicitur), & ejus Ecclesia in cathedralem erigitur sub metropoli Sancti Salvatoris de Bahia, assignatis limitibus ab arce Seará inclusivè ad Flumen S. Francisci per oram maritimam, & terram intus. Ibid. C. 4. Incipit *Ad Sacram*.

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLXXVI.
Anno 1676. 22. Nov.

OPpidum S. Sebastiani *del Rio Janeiro* in civitatem, & ejus ecclesia in cathedralem (I) sub eadem metropoli, assignatis limitibus à præfectura seu capitania Spiritus-Sancti inclusivè usque ad (II) Flumen *de la Plata*. Ibid. C. 5.

ADNOTATIONES.

(I) *In cathedralem*. Jam ab anno 1640. de erigendo Januariensi Episcopatu cogitatum erat; sed propter Portugalliæ ejus anni motus intermissum. In Tabulis Chronologicis habetur eo anno: *Obispado* en el Rio Janeiro para defensa de los Indios Paraguayos contra los vecinos de S. Pablo *en el Brasil*. Sed Indi Paraguayi permisso à Rege Catholico armorum igniferorum usu quatuor post annis, probarunt Paulitanorum exemplo, ad se tuendos aliâ opus esse vi atque novi Episcopatûs erectione.

(II) Usque ad Flumen *de la Plata*. Intellige exclusivè relato verbo *inclusivè* quod in constitutione est ad Spiritus-Sancti Capitaniam, & accepto Flumine *de la Plata* pro cognomine præfectura, quæ de ditione hispanica est, & quæ à Fluminis ostio, & à Capite Sanctæ-Mariæ ad boream fines habet nondum satis fixos, donec figatur punctum quà linea demarcationis ducenda sit. Vide Ord. 590.

ORDINATIO CCCLXXVII.
Anno 1677. 26. Jun.

IN provinciis Limana, & *de Charcas*, & S. Josephi *de Tuetan* Ordinis Minorum alternativa ita reguletur, ut Guardianus domus principalis, & Minister Provincialis alternìs eligantur ex hispano-hispanis, & ex hispano-americanis. Extat ibid. C. 17. Incipit *Illius*.

ORDINATIO CCCLXXVIII.
Anno 1677. 19. Jul.

UT Procurator Generalis Ordinis S. Augustini moderetur alternativam in Provincia Quitensi. Mentio fit in Const. *Pro parte* Innoc. XI. tom. VIII. Bullar. Rom. pag. 41.

ORDINATIO CCCLXXIX.
Anno 1677. 29. Aug.

OPpidum S. Ludovici in provincia Maragnonis in civitatem, & ejus ecclesia in cathedralem erigitur sub Metropoli Lisbonensi, assignatis limitibus à Capite Horte (fortassis *del Norte* per oram maritimam & ter-

Digitized by Google

terram intus usque ad arcem Scara (Seara) exclusivè. Ibid. Const. 21. Incipit *Super universas*. Est autem Caput *del Norte*, seu Boreale circa gradum 3. lat. bor. 329. long. in Tabul. Geögr. apud Chiquet, non longè a flumine, quod à primo inventore Vincentio Pinzon Castellano nomen habet, & communiter creditur esse terminus borealis hispano-lusitanicæ demarcationis. Flumen hoc & Caput statuitur à Cedillo in gr. 4. lat. bor. (*a*). Ab aliis gr. 1.

ORDINATIO CCCLXXX.
Anno 1677. 7. Dec.

SAcra Congregatio approbante Innocentio XI. censuit decretorum circa sinenses ritus trangressores censuris & pœnis adigendos ad observantiam. Ita refert anonymus citatus supra anno 1673. 10. Nov.

ORDINATIO CCCLXXXI.
Anno 1677. 7. Dec.

PRocuratoribus in Curia Romana vel Hispanica Ordinis S. Augustini Provinciæ Philippinarum, exactis per triennium officiis, privilegia donantur Exprovincialium. Extat tom. VIII. Bullar. Rom. Const. 27. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO CCCLXXXII.
Anno 1678. 26. Jan.

UT alternativa in Provincia Quitensi Ordinis S. Augustini restricta sit ad officia provincialatus, definitorum, visitatorum, non obstante contraria dispositione Clementis X. Ibid. C. 30. Incipit *Pro parte*. Vide Ord. 372.

ORDINATIO CCCLXXXIII.
Anno 1678. 25. Mart.

UT si in Provincia Quitensi ejusdem Ordinis, aliisve Indiarum, electio Provincialis facta fuerit per suffragium secretum à majore parte electorum, & à Præsidente Capituli successivè confirmata, omnes religiosi sub pœna inhabilitatis ipso facto incurrenda, & excommunicationis teneantur abstinere à nova electione, & electo exhibere obedientiam, non obstante quacumque appellatione de jure interposita. Quod si lite pendente super nullitate Capituli, instet dies præfixus celebrationi alterius, possint & teneantur electores ad locum destinatum convenire, & novum Capitulum celebrare. Extat ibid. C. 36. Incipit *Exponi*.

OR-

(*a*) *Cedillo in Tabulis post lib. 2. De la Nautica*.

ORDINATIO CCCLXXXIV.
Anno 1678. 17. Aug.

INnocentius XI. confirmavit electionem S. Josephi in Patronum Missionum Sinensium factam per Visitatores Apostolicos. Extat apud Benedictum XIV. De Servor. Dei Beatificat. & Canoniz. (a). Incipit *Sacrosancti*.

ORDINATIO CCCLXXXV.
Anno 1678. 10. Octobr.

UT omnes per Sinas, & vicina regna, provinciasque Indiarum missionarii sæculares & regulares sub excommunicatione latæ sententiæ absque sententia declaratoria incurrenda, Summo Pontifici reservata, a qua nulla jubilæi etiam generalis concessione nisi in articulo mortis absolvi possint, præstare teneantur sequens juramentum. = Ego N. fideliter incumbam officio meo in missione juxta Sedis Apostolicæ mandata, & facultatem ab ea præscriptam. Quod si Indiarum Ordinarii, aut Principes, & Reges catholici vel alii de administratione missionum sua jura violari conquesti fuerint, meumque consilium vel auxilium desuper requisierint, ei rei me nullo modo ingeram, sed muneri mihi incumbenti tantum operam dabo. Prædicationem verbi Dei, sacramentorum administrationem, aliudve ecclesiasticum munus in locis Apostolicorum Vicariorum curæ commissis numquam exercebo, quibuscumque privilegiis propriis vel meæ religionis, vel aliis quibuscumque munitus existam, nisi prius ab ipsis Vicariis fuerim approbatus, & ab eisdem licentiam in scriptis acceperim. In examine Bullarum, Constitutionum, seu quarumcumque litterarum Apostolicarum, vel Sacræ Congregationis de Propaganda, aut quorumcumque decretorum ejusdem Sacræ Congregationis, numquam me intromittam, vel impediam sub quovis prætextu, aut etiam legitima subreptionis vel obreptionis causa vel alia quacumque; sed easdem litteras & decreta semper cum debita reverentia suscipiam, eisque, ut par est, obediendo, Sanctæ Sedi postmodum exponam si qua contra earumdem litterarum seu decretorum usum opportuna videbuntur, numquam tamen retardata executione. Ordinationes dictæ Sedis omni qua decet reverentia recipio & amplector...... Et illis decretisque Sacræ Congregationis de Propaganda Fide parebo. Si autem (quod Deus avertat) quoquomodo contravenerim, me toties quoties evenerit, pœnis tam per prædictas constitutiones, quam per novissimam qua forma præsentis juramenti præscripta est, respectivè impositis, sponte & liberè subjicio. Ita tactis evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta evangelia. = Ibid. c. 45. Incipit *Cum hæc*.

OR-

(a) *B. XIV. tom. & lib. 4. P. 2. cap. 14.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCCLXXXVI.
Anno 1678. 20. Dec.

COnfirmantur litteræ Vicarii Generalis Ordinis S. Augustini Provinciæ Quitensis super emptione cujusdam cellæ. Ex Bullar. Luxemburg. Const. 6. Innoc. XI.

ORDINATIO CCCLXXXVII.
Anno 1679. 17. Mart.

GEneralis & Vicarii Ordinis S. Augustini in Provincia Quitensi decreta pro conservanda pace confirmantur. Ex Bullar. Luxemb. c. 7. Innoc. Incipit *In supremo*.

ORDINATIO CCCLXXXVIII.
Anno 1679. 19. Apr.

COnfirmatur regia electio S. Josephi in Patronum & Protectorem omnium regnorum & dominiorum Regis Catholici. Et in ejus festo conceditur indulgentia plenaria visitantibus Sancti ecclesiam verè pœnitentibus & confessis, & sacra communione refectis. Supplentur omnes defectus, qui in electione intervenerint. Omnes prærogativæ ejusmodi Patronis competentes decernuntur, & asseruntur electo, juxta rubricas missalis, & constitutionem Urbani VIII. super observationem festorum datam 13. Sept. 1642. Extat in Bullar. Luxemb. in Append. Const. 54. Innoc. XI. Incipit *Eximia*. Vide Ord. 384. 392. 443. 487. 528.

ORDINATIO CCCLXXXIX.
Anno 1679. 24. Apr.

UT in diœcesibus Philippinarum, ubi non est Capitulum, quod sede vacante Episcopatum administret, administretur à viciniore Episcopo. Meminit P. Murillo (*a*) referens regiam schedulam ad Manilæ Archiepiscopum datam 2. Augusti 1736., ubi dicitur: *Ha* parecido advertiros como lo hage, que los sugetos que yo presentare para las iglesias de essas Islas, à quienes se despacharen cedulas para gobernarlas, constando de ellas y de su acceptacion, no necessitan para entrar à gobernarlas por sus personas, ò las de sus Vicarios generales, tanto en lo espiritual, como en lo temporal (à excepcion de lo de orden) de que los Obispos immediatos, que en virtud del mencionado Breve estuvieren gobernando en la vacante de essas Iglesias, les subdeleguen jurisdiccion alguna para gobernarlas, por supponerseles transferida toda la que necessitan

(a) *Murillo, lib.* 1. *Curs. Can. t.* 6. *n.* 161.

Digitized by Google

ſitan por el acto miſmo de la preſentacion y acceptacion por la authoridad de Su Santidad y la mia, que unidamente concurren en eſte conſentimiento en attencion à la neceſſidad de las Igleſias, y diſtancia de la Corte *Romana*.

Unde in ejuſmodi diœceſibus Capitulo deſtitutis ii qui præſentantur, proprio nomine gubernant. In reliquis autem Hiſpanienſium Indiarum diœceſibus, etiam gubernant ex quo regium exhibent diploma, ſed gubernant nomine Capituli ex conſuetudine, cujus ſit mentio in Jure Indico (*a*) ibi: *Su Mageſtad* en virtud del patronato eſtá en poſſeſſion de que ſe deſpáche Cedula dirigida à las Cathedrales ſede vacantes, paraque entre tanto que llegan las Bulas de Su Santidad, y los preſentados à las prelacîas ſon conſagrados, les den poder para governar los Arzobiſpados y Obiſpados de las Indias, y aſſi *ſe executa*. Vide Ord. 232.

ORDINATIO CCCXC.
Anno 1679. 2. Sept.

UT de S. Franciſco Xaverio poſſet recitari officium & miſſa propria celebrari, ut die 3. Decembris ſub ritu ſemiduplici à Patribus Societatis provinciarum Portugalliæ, & Indiarum orientalium ſemel in menſe die non impedita feſto duplici vel ſemiduplici, exceptis feriis adventus & quadrageſimæ. Ex decreto Sacræ Rituum Congregationis, quod 30. Martii 1697. ad Patres Aſſiſtentiæ Hiſpanicæ extenſum fuit. Ita habetur in Codicè officiorum, quæ poſſunt ex privilegio recitari, edito Neapoli 1715. Deinceps facta eſt à Benedicto XIII. nova extenſio ejuſdem indulti ad univerſam Societatem cum notis exceptionibus ut eſt in Compendio Privilegiorum Societatis. Et intra quadrageſimam etiam & adventum facta erat recens conceſſio pro nonnullis Indiarum provinciis, ſicut & de officio S. Ignacii. Sed rerum & ſoli mutatione uſus intermiſſus eſt.

ORDINATIO CCCXCI.
Anno 1680. 8. Aug.

COnfirmantur quædam ordinationes Generalis Ordinis S. Auguſtini circa electiones ſuperiorum & officialium in Quitenſi, aliiſque Indiarum provinciis. Extat tom. VIII. Bullar. Rom. C. 88. Innoc. Incipit *Exponi*. Et 14. Sept. proximè ſequenti confirmavit Pontifex quoddam ejuſdem Generalis decretum de conſanguineis & affinibus, extenſumque ad Diſcalceatos Congregationis Hiſpaniæ & Indiarum. Ib. C. 92. Incipit *Dudum*.

OR-

(a) *Leg. fin. tit. 6. lib. 1. Recop. Ind.*

Digitized by Google

ORDINATIO CCCXCII.
Anno 1680. 26. Sept.

REvocatur Constitutio data anno superiore 19. April. de S. Josephi patronatu. Vide infra Ord. 443. Pro illo factus est quodammodo Indiarum proprius patronatus B. Mariæ Virginis Hispaniæ concessus ab Alexandro VII., & extensus ad omnia Regis Catholici dominia ab Innocentio XI. anno 1679. 26. Maji, qui sub nomine Patrocinii celebratur in Dominica Novembris, quam Ordinarius assignaverit, cum indulgentia plenaria pro confessis, sacra communione refectis, & orantibus. Specialitas hujus Mariani Patronatus seu Patrocinii respectu Indiarum nota est in Jure Indico (a), quo ratione hujus festi B. Virgo dicitur *Patrona & Protectrix*.

ORDINATIO CCCXCIII.
Anno 1681. 5. Jul.

SAcra Congregatio rejecit instantiam cujusdam missionarii in Philippinis postulantis, facultatem sibi soli concedi baptizandi & matrimonio conjungendi infideles ibi conversos, cum tamen ibi extent Episcopi. Refert Card. Petra (b).

ORDINATIO CCCXCIV.
Anno 1681. 23. Jul.

REctori collegii tunc futuri S. Ferdinandi Quitensis Ordinis Prædicatorum gradus cathedrarum ejusdem collegii, ad formam concessionis factæ Augustinianis & Societati Jesu, conferendi facultas fit, quousque Universitas Regalis, sicut Limana & Mexicana in Provincia Quitensi constituatur. Ex Bullar. Rom. tom. VIII. Const. 101. Innocentii XI. Incipit *Pastoralis*.

ORDINATIO CCCXCV.
Anno 1681. 7. Aug.

COnfirmata facultate conferendi gradus philosophicos & theologicos ab Innocentio X. concessa Dominicanis Manilensibus, concedit Innocentius XI., ut etiam in Jure Canonico, Civili, & Medicina per sæculares prælegendis, possent gradus conferri cum omnibus privilegiis, tam pro professoribus, quam pro ministris, scholaribus, & graduatis, quibus gaudent Universitates Limana & Mexicana, duraturis tantùm donec Universitas alia Regalis & Pontificia in civitate Manilæ, vel in regnis viciniioribus constituatur. Ib. C. 103. Incipit *Inscrutabili*.

OR-

(a) *Lib. 1. tit. 2. leg. 24. Recop. Ind.* (b) *Petra, tom. 4. ad C. 2. Greg. XI. n. 22.*

ORDINATIO CCCXCVI.
Anno 1681. 3. Dec.

INnocentius XI. dat litteras ad P. Ferdinandum Verbieſt S. J. quibus approbat & commendat uſum in Sinas inductum humaniorum ſcientiarum. *Jucundiſſimum*, ait Sanctiſſimus Pontifex, præ cæteris fuit agnoſcere, quam ſapienter atque opportunè profanarum ſcientiarum uſum ad ſalutem ſinenſium populorum... deflexeris. Meminit P. Cordara (*c*). Et integræ referuntur à P. Papebrochio in Conatu Chronol. Rom. Pontif. ſub Innocentio XI.

ORDINATIO CCCXCVII.
Anno 1682. 13. Febr.

SAcra Congregatio Concilii reſolvit, Indos & hybridas ſeu mulatos non eſſe arcendos ab ordinibus, ſi alias idonei ſint. Et quod defectus intentionis in Archiepiſcopi Charquenſis propoſito caſu fecit nullas illorum ordinationes. Rem totam vide apud Benedictum XIV. (*b*).

ORDINATIO CCCXCVIII.
Anno 1682. 8. Maji.

APprobantur conſtitutiones ſeminarii miſſionariorum Ordinis S. Franciſci in oppido de Queretaro. Refert J. B. Pittoni (*c*). Vide Ord. 410. 512. 537.

ORDINATIO CCCXCIX.
Anno 1682. 23. Dec.

COnfirmatur decretum Card. Protectoris circa abrogationem Commiſſariorum Generalium pro provinciis Indiarum orientalium Ordinis S. Franciſci de Obſervantia. Ex Bullar. Rom. C. 109. Innocentii. Incipit *Ex debito*.

ORDINATIO CD.
Anno 1683.

PEr id tempus datæ ſunt litteræ Cardinalis Cybo nomine Sacri Collegii ad Capuccinos Angolæ miſſionarios, quibus amarè conqueritur, quod nondum ceſſaſſet ſclavorum mercatus: iteratque mandata, ut indicatur ceſſatio. Refert Abbas Prevoſt in Hiſtoria Navigationum (*d*).

AD-

(a) *P. Cordara, Hiſt. Soc. ann. 1626. p. 275.* (b) *B. XIV. lib. 3. De Sacrif. Miſſæ. c. 10.*
(c) *Pittoni, CC. ad Regular. n. 3769.* (d) *Prevoſt, Hiſt. des Voiag. t. IV. l. 9. c. 3.*

ADNOTATIONES.

Fortè minus verum eſt, quod ait author noſter, ſcriptas litteras nomine Sacri Collegii; neque enim vacabat tunc Sedes Apoſtolica, ut Sacro Collegio tribuantur ejuſmodi litteræ; ſed ſedebat Innocentius XI., cujus erat primus miniſter Cardinalis Cybo, ut vide infra Ord. 468. Vel ſi nondum erat primus miniſter, ſcripſit fortè non nomine Sacri Collegii, nec ex oraculo Sanctiſſimi, ſed nomine fortè Sacræ Congregationis, quam Sacrum Collegium non ineptè appellaverit Hiſtoricus.

Circa executionem verò mandatorum, quamquam miſſionariis certum erat, fore difficilem, in ſummiſſionis tamen & obedientiæ ſpecimen Regem de Congo & Comitem de Sogno convenerunt; impetraruntque ut verbo concederetur, ne mancipia venderentur hæreticis. Et de miſſionariis P. Merolla indixit populo, ut ſi quando neceſſitate compelleretur, quemquam hæreticis dare in ſervitutem, præferret aliis Batavos, qui centum numerum mancipiorum ad Hiſpanorum ditionem deferre pacti erant: quod poſtea pacti ſunt Angli.

Recollecti Luſitani de Cachao Ordinis Sancti Franciſci ſcripta vulgarunt circa annum 1701. (*a*) quibus irreligionis accuſabant chriſtianos, qui chriſtianos etiam nigros & barbaros ſervitute tenerent. Criminabantur maximè eos, qui Batavis & Anglis mancipia venderent. Difficultas mercatum abrogandi in eo vertebatur quod in tota regione præter ebur & mancipia nihil erat quo peregrinæ merces, in quibus pleræque neceſſariæ, commutarentur.

Non eſt dubium, quin hoc generis humani commercium ſit periculoſum ſaltem propter vicinitatem illiciti, & quoad fieri poſſit cavendum juxta Sacri Collegii votum. An ſit etiam in ſe, intrinſecè, & ex natura ſua illicitum, latiùs juvat examinare.

§. I.

Illicitam eſſe Angolanorum ſeu Nigritarum, Æthiopumve mancipationem, ſuadere videntur ſequentes rationes. 1. Quod præſumptio ſtat pro injuſtitia mancipatus primi. At quando talis eſt præſumptio, & prima & ſecutæ venditiones ſunt illicitæ, ut eſt doctrina communis, nam ſi cum fundamento præſumas, rem quampiam venum expoſitam eſſe furtivam, emere non potes donec præſumptio oppoſitis fundamentis elidatur. Præſumptionem facit res ipſa, prout ab idoneis teſtibus, & mercatoribus ipſis, & ex eorum teſtimonio à P. Molina (*b*), P. Alphonſo Sandoval (*c*), à viatoribus apud Prevoſt (*d*) memoria, proditur, & ab ipſis in ſua ſervitute manu captis.

Ven-

(a) *Apud eund. Prevoſt, lib. 6. pag.* 582. (b) *Molina, tom.* 1. *De Juſt. tr.* 2. *D.* 34. (c) *Sandoval, De Inſtaur. Æthiop. ſalute, ſeu Naturaleza y Policia de los Negros, l.* 1. *cap.* 17. *& l.* 3. *cap.* 4. (d) *Hiſt. des Voi. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *p.* 297. *& l.* 6. *p.* 464.

Venduntur ut plurimum à victoribus in rixis & bellis, in quibus nulla ratio æqui & justi habetur. Pacis etiam tempore venduntur ab aliis potentioribus Nigris, qui tunc maximè prædas agunt supra vicinos, quando navis aliqua mercatorum ad oras applicat. Venduntur damnati apud suos capite, sed capite damnantur sæpè ob furtum unius gallinæ, aut eo minus. Nec eo titulo venduntur soli fures, sed innocentes eorum propinqui. Venduntur alii ob suspiciones levissimas, vel quia veritatem affirmat aliquis, quam negat regulus. Fuit nobilis inter suos venditus eo quod ejus frater in unam ex reguli uxoribus conjecit insontes oculos. Alius quia manu tetigit cucurbitam ex arbore pendentem. Alter ob extractam pavoni pœnam. Et fuit mercator nomine Moore (*a*), cui oblatum est caput Tamanensis cujusdam ob furtum fumiferi calami manu-captum.

Quodsi numerus mancipiorum à mercatore demandatus aliter compleri nequeat, reguli complent subditorum venditione (*b*). Neque unquam deest prætextus, quo vis & rapina celentur. Alii seipsos vendunt aditæ conditionis ignari, eo solum pacto quod à mercatoribus alendi sint. Alii filios & filias pretio unius pilei, qui si versicoloribus filamentis intertextus sit, nobilissimi capitis pretio destinatur. Alii tandem qua de causa naves ingressi, velint, nolint, abducuntur.

Licèt verò aliqui sint qui justo titulo mancipantur; cum ii pauciores numero sint, de quolibet præsumendum est per injuriam mancipari ex eo, quod contingit pluribus: consequenter cujuslibet esse injustam mancipationem. Si enim in rebus centum nonaginta scias furto esse ablatas, neque decem emere licet sine examine & præsumptionis purgatione. Vide Fr. Thomam Mercado Ord. Præd. (*c*).

2. Quia ex parte primo ementium adest etiam præsumptio pro injustitia; sunt enim ut plurimum parùm conscientiosi. Et licèt non credam, Anglos & acatholicos alios huic mercaturæ operam dantes omnem de illius jure conscientiæ remorsum abjecisse; cum tamen res agatur per privatos mercatores lucrum inhiantes, credere par est, plurimas injurias committi, ex eo quod fit vel fiebat per Lusitanos coram Episcopis illarum partium justitiam zelantibus, & observantiam legum à Rege Fidelissimo factarum ad asserendam æquitatem periculosi commercii.

Refert Episcopus Capoviridis Ill. D. Petrus Brandaon in epistola, quam se vidisse testatur Rebellus (*d*) in inferiori Guinea ad suam diœcesim pertinente ter mille versari hujus negotii factores, ex quibus vix ducenti præcepto confessionis annuo satisfaciunt. Quid curabunt homines id genus de titulo Nigros mancipandi?

3. Servitii genus, ad quod destinantur Æthiopes, multum juvat ad iniquitatem commercii; nam licet in Hispanorum domibus & prædiis non nimis duram servitutem serviant, in his saltem vicinioribus provinciis; at multi ad fodinas deputantur, ubi nimio, gravi, & insueto labore, mœrore

rore

(a) *Apud eund. t. 3. l. 7. c. 8.* (b) *Apud eund. t. 2. l. 6. pag. 464.*
(c) *Mercado, l. 2. De Contractib. c. 21.* (d) *Rebellus, P. 1. De Oblig. Just. q. 10. s. 2. n. 13.*

Digitized by Google

rore & mineralium halitu brevi interennt. Et in navigatione ipsa plurimi, eo quod vectores sibi à numero timentes eos supra tabulata vivere, respirareve non sinunt, sed in ventre navis includunt, proprio pædore suffocati pereunt. Refert cit. Mercado, ex quingentis, qui ad Mexicum exportabantur navi, unius noctis spatio periisse ad centum & viginti. Et aliunde doctrina est communis, potestatem herilem circa sclavos non ad omnes labores extendi, sed ad non inhumanos, sed ad rationabiles esse limitatam.

4. Illicitam reddit negotiationem hanc scandalum infidelium & offensio, qui nequeunt non ex eo devenire infensi fidei & religioni. Baptizantur mancipia quali-quali modo in iis videlicet loci, & temporis angustiis; ut catechismus & sacer apparatus vix ac ne vix quidem adhiberi possit. Et ferunt gregem aliquando totum Æthiopum facto per hyssopum quodam *asperges*, illudi potiùs quam baptizari. Ac recèns baptizati quasi in susceptæ fidei præmium navis ergastulo incarcerantur, non illinc extrahendi, nisi nudi ad metalla & certam mortem deputati.

§. II.

E regione licitam esse Nigrorum mancipationem & servitutem suadetur 1. Quia multi primò fiunt sclavi in bello justo, tum quod aliquando geritur Europæos inter & Africanos, tum quod ab Africanis inter se. *Mutant subinde loca*, scribit Maseus de Nigris (*a*), non per vicos & oppida, sed per familias plerumque dispersi. Eæque familiæ sæpè inter se propter inopiam de aquatione & pastinatione *decertant*. At bella ejusmodi inter familias independentes mota pro rerum communium usu utrimque justa esse possunt, & alterutra ex parte justa sunt necessario, & consequenter justa est debellatorum servitus.

Multi venduntur, qui justè occidi poterant ob delicta. Nec obstat quod hæc interdum levia sint nam possunt per accidens usque adeo gravificari, ut capite lui debeant, si nimirum leviorum impunitas vel levior pœna gravia inferret & communia damna; hac enim ratione miles occiditur propter culpam secundum se levissimam. Idque maxime locum habet inter Æthiopes, apud quos vita vili habetur; solent quippe illorum facilius quam boum greges in macello occidi ad vivorum alimoniam, vel ad mortuorum, ut illi putant, solamen: nec quidquam habent quo leve furtum compensent præter vitæ pretium & servitium personale.

Venduntur plures à semetipsis pro pretio aliquando vili. Si tamen absit fraus & dolus, non est cur ex eo vitietur contractus, cum quisque dominus sit suæ libertatis, præsertim cum in libertate nudi vivant & famelici, in servitute panes habeant & pannos, quibus utcumque vestiantur. Et licèt Jure Cæsareo, & Regio Hispano (*b*) ad valorem contractus, quo quis vendit se, requiratur, ut is, qui venditur sit viginti annorum

(a) *Maf. Rer. Indic. lib.* 1. (b) *Leg.* 1. *tit.* 21. *Partit.* 4.

norum ætate major, ſciat ſe eſſe liberum, idque ſciatur ab emptore, atque ut de pretio participet, ſi ab altero ſe vendi permittat; ſed his conditionibus quatenus humano jure requiſitis non eſt opus in contractibus Juri Cæſareo vel Regio una ſaltem parte non obnoxiis, de quo vide P. Molinam (*a*).

Accedit quod parentes in illis miſeris regionibus ſunt ſæpè in gravi neceſſitate conſtituti, tum propter famem, tum propter debita, quæ non ſunt ſolvendo: propter quod in diſcrimen amittendæ vitæ vel libertatis conjecti ſunt apud ſuos infeliciore fato. Licitum verò eſt parenti filium non emancipatum vendere in gravi neceſſitate jure naturæ, & colligitur ex cap. 21. Exodi.

Item: ſæpè Æthiopes jure vel injuria occidendi erant, tum in pœnam, tum in ſacrificium idolo aut ventri litatum. At verò commodum illis eſt quod pretio eruantur à morte in eo caſu, neque videtur ullus teneri ex juſtitia ſic emptum vel potius redemptum manumittere. Imo neque ex charitate teneri videtur, tum quia nemo tenetur gratis extremè indigenti ſuccurrere, quando ille ſerviendo vel alio modo poteſt compenſare quod in ſui ſubventionem collatum eſt; tum quia majus bonum eſt ſclavo infideli ſervitus chriſtiana, quam libertas in infidelitate permanentis. Ergo non peccat contra charitatem qui ſclavum per media non injuſta acquiſitum in ſervitute retinet: præſertim quia multi eorum ſunt, quibus libertas exitialis eſt.

Qua ratione P. Sanchez (*b*) quærens an ſit opus pium concedere ſervis libertatem, reſpondet ex Simanca, *Quod licèt* jura faveant libertati, at cum omnes ferè ſervi hodie ſtolidi ac improbi ſint, nec pium nec utile eſt, niſi fortè ſervi ſint boni, & induſtria ſua facilè alimenta quærere poſſint, aliter enim fiunt otioſi & fures, ac in carceribus & furcis vitam *finiunt*.

Tandem multi ſunt apud ſuos jam ſclavi, quorum etiam filii à domino ſine injuſtitia vendi poſſunt. Ex quibus infertur contra primam ex præcedentibus rationem, præſumptionem ſtare pro juſtitia mancipationis Æthiopum, cum tot ſint tituli ad licite vendendos, & multo plures juſtæ quam injuſtæ venditiones.

2. Quia cum hoc commercii genus agatur à chriſtianis, à quibus ratio æqui & juris habetur, non præſumitur, niſi probetur, injuſtitia: & non ſatis probatur ex eo quod aliqui injuſtè egerint. Etiam injuſtitiæ plurimæ committuntur in mercium reliquarum commutatione, & tamen licitè commutantur quando in particulari non conſtat de injuſtitia. Et eſſet duriſſimum in quovis contractu contrahentem obligare ad examinandum quo jure & quo titulo merces acquiſitæ ſint à vendente, & an ſit ille verus earum dominus. Hac ratione Panamenſis Auditor Carraſco (*c*) ait: *No es* neceſſario examinar entre noſotros ſi el cautiverio de

un

(a) *Molina, tom.* 1. *De Juſt. tr.* 2. *D.* 33. (b) *Sanch. lib.* 1. *Conſil. cap.* 1. *Dub.* 10.
(c) *Carraſco, Ad leg. Recop. cap.* 3. §. 2. *num.* 18.

Digitized by Google

un negro es justo ò no, porque se presume justa la venta mientras no consta de la injusticia.

3. Quia revera non sine examine fit prima per christianos emptio mancipiorum. De Lusitanis, qui soli ferè hoc commercii genus tractabant olim, ex mercatorum relatione testatur P. Molina, interrogationes quasdam & protestationes fieri coram notario de jure quo extrahebantur Æthiopes, etsi diffidat de diligentia & exactitudine in interrogando.

Simile quid usu venire in coloniis asiaticis tam Hispanorum, quam Anglorum, constat ex iis quæ refert P. Murillo (*a*): *Cum quondam*, inquit, Judex libertatum & servitutum hîc (Manilæ) constitutus judicaret de justificatione hujus servitutis, consultus fui, & cum vidissem mercatores titulos afferre, quibus Episcopus Meliapurensis in judicio contradictorio cum promotore fiscali harum causarum habito, declarat talem Æthiopem aut Malabarem esse servum ex titulo justo, judicato ut tali in Anglorum Tribunali Madrastensi, statim respondi tales etiam hîc ut servos censendos esse. Et ita olim responderat D. Antonius Morga Senator Manilensis, & posteà Præses Quitensis, de quo vide Solorzanum (*b*).

Etiam à barbaris mercatoribus, iis præsertim quibus *Mandingos*, & quibus *Juncos* nomen est, aliquem manu capiendorum haberi delectum, refert laudatus Abbas Prevost (*c*). De Anglis proditur idem apud eundem (*d*): Les Anglois achetent aussi beaucoup d'esclaves des païs même qui bordent la riviere (de la Gambra). Ces sont ordinairement ou des prisoniers de guerre, ou des criminels condamnés, ou des habitans en levés par la perfidie de leur voisins. Mais quoique les derniers soient en assez grande nombre, les Agens de la Compagnie ont ordre de ne les pas acheter sans avoir averti l'Alcalde ou le Chef du lieu.... Depuis que le commerce des esclaves est introduit, toutes les punitions des Negres se reduissent al *esclavage*.

§. III.

In re difficili & periculosa certum est primò, non esse licitum quemquam sclavum facere eo solum ut christianus fiat; Christus enim non vult christianos fieri per injuriam. Secundò, ex injuriis & sævitia particularium dominorum sclavos insolitis laboribus opprimentium, & ex scandalo offensioneve infidelium interdum contingente non infertur illicitam vel injustam fuisse mancipationem, ut patet, nam omnia illa succedere possunt, dum sclavus justo bello capitur. Peccatum erit tunc non in mancipando, sed in herilis potestatis abusu. Tertiò, qui sclavum emit, tenetur examinare, an venditor licitè vendat, quia tenetur examinare an ipse licitè emat: quod idem seu correlativum est. Excipe nisi ex vendentis qualitate, vel aliunde justificatio contractus nota sit, tunc enim locum habet quod supra docuit Carrasco.

Quar-

(a) *Murillo, l. 4. Curs. t. X. n. 99.* (b) *Solorzan. tom. 1. De Ind. Jur. l. 3. c. 7.*
(c) *Prev. Hist. des Voi. pag. 529.* (d) *Ibid. t. 3. lib. 7. cap. 8. ann. 1735.*

Digitized by Google

Quartò, qui sclavum emit bona fide, licèt dubium emptioni jam factæ superveniat, non illicò tenetur manumittere captum, quia in dubiò melior est conditio possidentis. Eadem, inquit P. Sanchez (*a*), est ratio, si emisti à possessore bonæ fidei, cujus ad te transfertur jus. Quintò, qui emit dubia fide, tenetur inquirere donec dubium deponat, constetque vel de justitia mancipationis, quod hìc est difficile, vel de bona fide possessoris præcedentis, quod est ubique facile; nam ad concludendum de bona fide alicujus, multum valet præsumptio & argumenta negativa.

Sextò, cum sit moraliter impossibile in America scire quid circa rem propositam in particulari casu factum sit in Angola, sat moraliter est ad deponendum dubium, quod mercator sive catholicus sive acatholicus, qui quidem de civili fide suspectus non sit, testetur de justitia acquisitionis. Ratio est, quia justitia vel injustitia facti rei propositæ stat quasi in æquilibrio per rationes dubitandi contrarias. Testimonium verò circa individuum factum unius hominis fide digni ad justitiam facti præponderat, quantum sufficit ad judicium in foro conscientiæ firmandum, quando alia indagandæ veritatis ratio non suppetit.

P. Avendaño (*b*) vult, injustitiam hujus contractus sive commercii esse moraliter certam, aut certè talem esse probabilitatem de injustitia, ut dubium ferè vincat. Ex quo principio primùm impugnat P. Stephanum Fagundez, Thomam Sanchez, & Molinam, quatenus oppositæ favent opinioni. Deinde ait, non solum esse illicitum, mancipiorum copiam ex Africa comportare, sed etiam unum vel alterum, quamvis plures jam bonæ fidei dominos habuisset, emere aut vendere. Post quæ jacta fundamenta resolvit conclus. 5., quod emptio dicta in Indiis aliquatenus justificari potest. Hæc autem resolutio, nisi author diffiteatur principia à semet statuta, firma esse nequit, nec tuta nisi deponat judicium de injustitiæ certitudine, ut patebit consideranti ejus rationes.

Prima est, quòd aliqui doctores censent, non esse damnabile hoc commercium. At hi doctores illi sunt quos ipse confidenter impugnaverat. Secunda, quòd ita est communi praxi receptum, Episcopis etiam, & viris religiosis sine scrupulo procedentibus. Addi potest, praxim esse, non tantum Hispanis, sed cunctis etiam christianis nationibus, qui colonias habent, communem, è quibus Galli in una Sancti Dominici colonia, ut refert Charlevoix (*c*), habent Africana mancipia centum millia. At Avendaño ipse contra Molinam (*d*) dixerat, Principis permissionem & subditorum consensum non sufficere, etiam verbis & factis probatum, ut venditio justificetur.

Tertia, quòd Princeps non tantum permittit ut emantur, sed emit ipse: cujus exemplum sequi integrum est vasallis. Dici potest, emi à Principe, seu ejus nomine, quia emptoribus non innotuit injustitia, ut obji-

(a) *Sanch. l.* 1. *Consil. c.* 1. *D.* 4. *n.* 15. (b) *Avend. tit.* 9. *Thesaur. cap.* 12. *præsertim à n.* 184. (c) *Charl. Hist. de S. Dom. apud Trevult. anno* 1731. *art.* 3.
(d) *Avend. loc. cit. num.* 194.

Digitized by Google

objiciens ipse responderat. Si tamen injustitia usque adeo certa sit, non est integrum vasallis ullius exemplum sequi. Quarta, quia Episcopi excommunicatione castigant mancipia furantes. Responderi potest, quod author subdit, id agere Episcopos, quia jus herorum certum reputant; non facturi si injuriam certam reputarent. Præterquamquod furtum etiam rei malè comparatæ pœnis ecclesiasticis dignum est.

Quinta, quod mancipia ista multis videantur ad serviendum nata. Quid hoc sibi vult? Nata esse ad laborem? Omnis homo natus est. Esse natura servos? Hoc est certò falsum; naturâ quippe omnium *Dominus unus est in cœlis* (*a*). Et contradicentium opinio, si verè docti sunt, trahi potest ad sensum à P. Acosta (*b*) explicatum dum ait: *Quod* usque adeo certum habuit Philosophus, ut barbaros homines parere nolentes bello etiam domare justum natura decernat. Quod nos ita temperamus, ut capi quidem aut cædi, aut profligari nequaquam sinamus, propterea quod naturalem servitutem nullam agnoscimus, sed tamen melioribus & sapientioribus pro sua salute regendos ac docendos non illiberaliter *committamus*.

Si autem velit Avendaño, Æthiopum libertatem in hominum etiam suorum existimatione viliorem esse aliorum libertate, non naturâ, sed conditione, quatenus vita etiam apud eam gentem vilior est, & faciliùs amissibilis quam aliàs, verum habet & probat, minore titulo vel pretio viliore quam aliàs licere primam in Angola mancipationem juxta supra dicta; minimè tamen probat eam licere nullo titulo, vel non alio quam qui à natura gentis desumitur, vel licere stante morali certitudine, aut tanta de injustitia probabilitate, quæ certitudini comparetur.

Sexta, quòd pro Indiarum conservatione necessaria sunt ejusmodi mancipia. Ergo *dispensari potest cum aliquo requisito juris gentium*, ne res christiana collabatur ibi. Non meliora sunt hæc, nam quisque suarum rerum & libertatis suæ dominus est, quandiu lege vel publica authoritate non privatur, non jure gentium, sed jure naturæ, quod non est dispensabile. Nec potest licitè tota Indiarum conservatio per minimam injuriam proximo factam procurari, sicut de fidei promulgatione dixerat author.

Ultima, quòd asportatio Nigrorum impediri nequit, quippe à Rege permissa, & authorizata. Si verò asportandi sunt, expedit ut asportentur sine libertate, ut alioquin futura mala gravissima vitentur. Accedit, quod servitus non est nimis molesta, nam inter laborandum lætabundi tripudiare solent. Hoc rectè habet, cum nihil certò moraliter injustum committatur; alioquin neque convenientiæ multiplicis ratio, neque malorum evitatio, neque miserorum lætitia in adversis, nec quavis authoritate munita permissio, injustè ablatam reparant libertatem.

Dicendum igitur est, minimè certam esse injustitiam æthiopici mercatûs, quam prætendit Avendaño, quamvis sit certò periculosus. In dubio

(a) *Ad Ephes. 6.* (b) *Acosta, De proc. Ind. sal. lib. 2. cap. 13. fine.*

Digitized by Google

bio tamen jus suum stat ementi aut possidenti cum relatis conditionibus. Supposita vero justitia in rei summa, seu in intrinseca dicti commercii natura, multum juvat ad confirmandam de æquitate contractûs sententiam, quod rigor juris in Æthiopum indicana servitute mitigatus valde est; acceptis enim alimentis & quibus vestiantur ipsi & ipsorum proles ex heri bonis, multa sibi in proprium commodum comparare possunt sclavi. Et horas & dies vacationis à labore integros habent ad proprios labores, usus, & lucra, in quibus suismet heris, vel aliis locare possunt operas pro mercede. Alibi consignant hero lucri facti partem, reliqua sibi jure retinent: ut in Cuiabaënsibus Paraguariæ proximis auri fodinis, seu potiùs auri lavacris, ubi Æthiopes singuli per hebdomades hero reservant ses-qui octavam, idest tres pesos auri infecti, quo utuntur in contractibus pro signato; reliquorum, quæ lucrifacere possunt, domini ipsi sclavi sunt. Ita ut si victus simplicitatem honestarent, quod rarum est, recti & culti mores, videre esset, quod notavit Charlevoix ubi supra sub apparente miseria veram felicitatem.

ORDINATIO CDI.
Anno 1683. 13. Maji.

CONfirmatur decretum Ministri Generalis Ordinis S. Francisci de Observantia circa abrogationem Commissariorum Europæorum, & circa Judices appellationis in provinciis S. Antonii, & Conceptionis B. M. Virginis in Brasilia. Extat in Bullar. Rom. tom. 8. C. 125. Innocentii XI. Incipit *Admonet*.

ORDINATIO CDII.
Anno 1683. 9. Jul.

SAcra Congregatio confirmavit Alternativam in Provincia Limana, & Charcarum Ordinis S. Francisci. Idque approbavit Innocentius XI. 7. Septembris hujus anni per Const. *Exponi*. Et 4. Octobris confirmatæ sunt litteræ patentes Ministri Generalis & Card. Protectoris circa executionem. Extant ibid. C. 129. & 132.

ORDINATIO CDIII.
Anno 1683. 3. Octobr.

COnfirmat decretum Sacræ Congregationis Concilii 28. Aug. 1683. factum ne Religiosi (I) nullitatem professionis prætendentes audiantur transacto quinquennio, nisi obtenta prius à Sancta Sede in integrum restitutione, & retento religionis habitu: injunctoque Ordinariis Regni Peruani, ut dispositionem Concilii Tridentini (II) c. 19. *sess.* 25. *De Regularibus* omnino servent. Extat ibidem Const. 133. Incipit *Nuper pro parte*.

ADNOTATIONES.

(I) *Ne Religiosi*. Dubitaverit quis an audiendi essent Religiosi Societatis transacto quinquennio post biennii vota, sed nondum transacto post quatuor votorum solemnem professionem. P. Pellizzarius (*a*) ait, decreto Tridentini comprehensos Jesuitas: quod non dubitatur. An verò quinquennium deberet computari à prima votorum substantialium nuncupatione, an à professione solemni, non determinatur in Tridentino. Et videtur utrumque posse intelligi, ita tamen ut qui nullitatem evinceret professionis solemnis, votis substantialibus ut primò nuncupatis esset obligatus, nisi aliunde illorum etiam constare faciat, & intra tempus habile, nullitatem, scilicet intra quinquennium à prima illorum nuncupatione. Vide Castropalaum (*b*), & Suarez (*c*).

(II) *Dispositionem Concilii*. Scilicet, ut extra casum hac constitutione expressum non audiatur; sed intra quinquennium à die professionis. Et tunc non aliter nisi causas deduxerit coram superiore & ordinario. Quodsi antea dimiserit habitum, non admittatur reclamatio, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur, neque ullo interim suæ religionis juvetur privilegio. Quando vero locum habeat decretum Urbani VIII., ut causæ deduci debeant, non coram superiore & ordinario, sed coram S. Congregatione, explicat Pellizarius loc. cit. Vide Const. *Si datam* Benedicti XIV. 4. Non. Martii 1748.

ORDINATIO CDIV.
Anno 1683. 2. Dec.

Dominicus Maria Cursius Protonotarius Apostolicus & Litterarum Apostolicarum executor, exhibito Brevi Sixti V. anni 1586., ut Custos Custodiæ Brasiliensis uti possit privilegiis Minoribus concessis in Brasilia & Peruvio; & Brevi Clementis VIII., ut nequeant assumi ad dignitates in provinciis Indiarum Ordinis S. Francisci, qui non sunt illarum alumni vel ritè incorporati; Brevi Urbani VIII., ut Ministri Provinciales mittere possint Commissarios ad Capitulum Generale; Brevi ejusdem Urbani, ut missio & incorporatio in provinciis Indiarum fiat nominando personaliter quemlibet religiosum; Brevi Alexandri VII. erigentis in provinciam Brasiliæ custodiam; Brevi Innocentii XI., ne ad provinciam S. Antonii & provinciam Conceptionis mittantur visitatores ex Europa; Brevi Leonis X. 1521. 25. April., quo Fratribus in eo nominatis conceditur omnimoda potestas; Brevi Adriani VI. dato Cæsaraugustæ 10. Maji 1522.; Brevi Pii V., quo Fratribus datur potestas obeundi munus parochiale; Gregorii XIII. 15. Jul. 1580., ut in oriente pos-

(a) *Pellizz. Tr. 3. Man. Reg. c. 5. n. 34.* (b) *Castrop. tom. 3. tr. 16. D. 2. P. 7. n. 2.*
(c) *Suar. tom. 4. De Rel. tr. 10. l. 3. c. 8. n. 6.*

Digitized by Google

possint Custodes per se vel per alios absolvere professos, novitios, & conversos ab omnibus delictis etiam contentis in Bulla. Cœnæ præter hæresim, conspirationem in Romanum Pontificem, injectionem manuum violentarum in prælatos, delationem prohibitorum ad infideles, falsationem litterarum apostolicarum: utque prædicatores & confessores semel præsentati non teneantur, nec cogantur præsentari iterum coram ordinario vel successore; Brevi Sixti V. 15. Nov. 1587., ut Minister provinciæ S. Gregorii possit erigere domos in quibuscumque terris & determinare duas festivitates, in quibus fideles plenariam indulgentiam consequantur. His, inquam, exhibitis Brevibus, prædictus Protonotarius decernit observantiam deberi, & ad unguem esse adimplendam. Extat illius Monitorium in Bullario Luxemburgensi inter Innocentii XI. constitutiones num. XV. Sed cum sit, ut se nominat Cursius, merus executor litterarum apostolicarum, cui ut tali jus nullum est quassata revalidandi, omnium significatorum Brevium credendus est observantiam decernere, quatenus vigeant, neque per constitutiones alias revocata vel restricta sint.

ORDINATIO CDV.
Anno 1684.

UT cum nulla in toto regno Chilensi reperiatur universitas Studii Generalis, Prior Provincialis Ordinis Prædicatorum, vel eo absente Prior Conventus Rosarii Sancti Jacobi quibuscumque studiosis, qui Philosophiæ aut Theologiæ Moralis, aut Scholasticæ Cursum peregerint, dummodo prævio rigoroso examine reperiantur idonei, gradus scholasticos in prædictis scientiis conferre valeat ad quindecim annos. Extat in archivio Collegii Cordubensis, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania. Incipit *Exponi*. = Et 30. Sept. hujus anni prodiit constitutio alia qua idem conceditur sine termino quousque aliqua studii generalis universitas in Regno Chilensi erigeretur. Extat ibidem, incipitque *Emanarunt*. Ibidem etiam extat de Senatus Regii permissione fides. Ea tamen lege permittitur hujus facultatis usus, ut gradus conferri nequeant iis, qui ab alia Religione reprobentur: nec possint conferri publicè & solemniter, sed claustraliter.

ORDINATIO CDVI.
Anno 1685. 26. Mart.

INnocentius XI. confirmavit decretum Sacræ Rituum Congregationis 10. Februarii hujus anni ad favorem Patrum Dominicanorum tum quoad præcedentiam supra Patres S. Francisci de observantia in omnibus actibus publicis & processionibus, tum quoad jus peragendi processionem in Dominica infra octavam Corporis Christi privativè quoad Patres Franciscanos, & signanter in civitate Quitensi. Insuper declarato, licere Patribus Franciscanis eadem die infra octavam Corporis Christi facere processionem intra claustra Conventus & ecclesiæ. Extat in Bullar. Rom. tom. VIII. C. 152. Incipit *Emanavit*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CDVII.
Anno 1685. 11. Apr.

OMnia privilegia concessa collegio & universitati Sancti Thomæ Manilensis, communicantur universitatibus dominicanis Sanctæ fidei, & Quitensi. Extat ibid. C. 154. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDVIII.
Anno 1686. 28. Jun.

COnfirmantur statuta quædam Ministri Generalis Ordinis Seraphici à Card. Protectore approbata circa missionum seminaria in Hispania & Indiis. Extat ibidem Const. 170. Vide infra Ord. 410.

ORDINATIO CDIX.
Anno 1686. 20. Jul.

QUando in missa solemni concionator post salutationem angelicam salutat ministros altaris seu facit reverentiam, non est incongruum, si ministri altaris & ipse celebrans correspondeant salutationi discooperiendo caput. Ita respondit Sacra Rituum Congregatio in Angelopolitana, & refert P. Cavalieri (*a*).

Eodem anno 17. Augusti confirmata sunt decreta quædam Capituli intermedii Fratrum S. Joannis de Deo Hispaniæ & Indiarum. Ex Bullar. Rom. C. 172.

ORDINATIO CDX.
Anno 1686. 16. Oct.

NOva decreta confirmantur pro erigendis, regendisque seminariis missionum Ordinis S. Francisci in Hispania, & Indiis occidentalibus. Extat in eod. Bullar. C. 176. Incipit *Ecclesiæ*. In his decretis quod ad aliarum constitutionum indicarum materiam pertinet, est illud: *Et quia* speramus, quod Dei aspirante gratia per hos verbi Dei ministros plurium gentilium populi ad fidem sint convertendi, quorum neophytos in accepta fide conservare, eisque sacramenta ministrare necessarium est, *ordinatur* ut in conversis populis aliqui ex præfatis missionariis ad *prædicta* observanda remaneant, monito Guardiano seminarii, & ab eo licentia obtenta: qui semper ejusdem Guardiani subditi manebunt, & ejus correctioni subjecti.... In cura animarum sic conversarum ad fidem tandiu solummodo poterunt remanere, quoadusque Episcopo ad quem terra pertinet vel in posterum pertinebit, placuerit presbyteros sæculares, quibus ani-

(a) *Cavalieri, tom. V. Posthum. cap. XI. De Sacrif. Missæ.*

Digitized by Google

animarum curam committat, designare. Quandiu verò missionarii in prædicta cura remanserint, nihil ex titulo curatorum vel doctrinarum possint accipere, sed præcise ex emendicatis eleemosynis, vel ultro oblatis vivere debent.

ORDINATIO CDXI.
Anno 1687. 26. Mart.

CONfraternitatem Bethleemitarum in Congregationem sub regula S. Augustini & propriis constitutionibus instituit Innocentius XI. Easdem constitutiones confirmat. Congregationem, hospitalia, ecclesias, & personas à correctione, & jurisdictione ordinariorum eximit, ac sub immediata Sanctæ Sedis protectione, & subjectione suscipit. Liberat à solutione quartæ funeralis, tam sæcularibus quam regularibus ecclesiis parochialibus, aliisque locis piis, etiam doctrinæ populi Indorum debitæ. Declarat etiam, ejusmodi exemptionem suffragari quoad hospitalia erigenda, personas commorantes & inservientes intra septa, dummodo sepeliantur in ecclesiis prædictorum confratrum, & dictæ ecclesiæ aliàs habeant cœmeterium. Confratribus concedit, ut possint SS. Eucharistiæ Sacramentum in ecclesiis dictorum hospitalium conservare, utque Sacramentum pœnitentiæ, eucharistiæ, & extremæ unctionis administrari valeat infirmis, & aliis personis supra expressis per capellanos hospitalium, dummodo intra septa commorentur. Utque liceat dictis capellanis in dictis ecclesiis missas & divina officia celebrare, etiam in hebdomada majori. Et confratribus pœnitentibus & confessis, & sacra communione refectis, in die ingressus in ejusmodi societatem, plenariam: & iisdem, ac infirmis morientibus in dictis hospitalibus, & personis inservientibus, in articulo mortis, si pœnitentes, confessi., & sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen *Jesu* ore, si potuerint, sin minus corde invocaverint, plenariam. Ac omnibus Christi fidelibus confessis, & sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis dictorum confratrum in duabus tantùm festivitatibus per ordinarios locorum semel tantùm assignandis à primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum annis singulis visitaverint, & ibi oraverint, qua festivitate id egerint, etiam plenariam indulgentiam concedit. Extat ibid. C. 181. Incipit *Ecclesiæ*. Vide Ord. 453.

ORDINATIO CDXII.
Anno 1687. 15. Maji.

DEcreta quædam Capituli Generalis Ordinis B. M. de Mercede confirmantur. In his, ne possint Vicarii Generales Indiarum instituere Visitatorem aliquem, qui non sit ut minimum præsentatus, nec conferre honorem vel officium religioso alicui, nisi post completum quinquennium à die adoptionis in filium illius provinciæ, in qua officium vel honorem consecuturus sit. Ex eod. Bullar. C. 187. Incipit *Militantis*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CDXIII.
Anno 1687. 18. Jun.

ERectionem Universitatis Guatimalensis (I) factam à Carlo II. confirmat cum facultate conferendi gradus in omnibus scientiis. Eamque ornat privilegiis omnibus Universitatum Limanæ (II) & Mexicanæ, servata in omnibus forma Concilii Vienensis & Tridentini. Extat ibid. C. 188. Incipit *E suprema*.

Forma in Concilio Vienensi præscripta est in *Clem.* 2. *tit.* *De Magistris*, ibi: *Illis*, ad quos ubilibet pertinet honorem tribuere (magisterii, & doctoratûs) districtè præcipimus, ut quoscumque ab eis dictum recipientes honorem juramento prius adstringant, ne ultra tria millia turonensium (III) argenteorum in solemnitate circa hujusmodi doctoratum aut magisterium quomodolibet adhibenda expendant. Ipsos nihilominus (nisi fortè notabilis conditionis existant) ut infra summam prædictam ejusmodi moderentur expensæ, efficaciter exhortantes. Ac si hoc illorum statui congruere viderint, juramentum exigentes ab eis, quod certos infra summam præfatam taxandos ab ipsis expensarum terminos non excedant. Siquis autem pontificali etiam dignitate præfulgens, non recepto prius juramento præfato, honorem cuiquam tribuerit supradictum, à collatione magisterii seu doctoratus cujuslibet per sex menses sequentes eo ipso noverit se *suspensum*. Neque aliud in Concilio Vienensi de præsentis Ordinationis argumento reperi præter id quod in *Clem.* 1. *ibidem* decernitur quoad erectionem cathedræ linguarum in certis Universitatibus.

In Concilio Tridentino plura circa Universitates & Gradus decreta sunt. Nominatim *sess.* 5. *cap.* 1. *De Reform.*, postquam egerat de instituendo Sacræ Scripturæ lectore in ecclesiis, monasteriis, & publicis gymnasiis, statuit, ut *Docentes* ipsam S. Scripturam, dum publicè in scholis docuerint, & scholares qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum (IV), & beneficiorum suorum in absentia à jure communi concessis planè *gaudeant*. *Sess.* 7. *cap.* 13. *De Reform.* excipiuntur præsentati ab Universitate Generali, ne teneantur Ordinariorum examen ad beneficia subire, quamquam hæc exemptio Barbosæ videtur ablata (*a*) per *cap.* 18. *sess.* 24. *De Reform.*, ubi de ecclesiis parochialibus sermo est, ad quas omnibus subeundum est examen, quin obstent Universitatum privilegia. Universitates Generales *excipiuntur* *sess.* 14. *cap.* 5., dum agitur de restringenda conservatorum *jurisdictione*. *Sess.* 22. *c.* 2. *De Reform.* decernitur, ut promovendus ad Ecclesias Cathedrales in Universitate magister vel doctor sit, aut licentiatus in Theologia vel Jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad docendum alios ostendatur. Idemque decernitur *sess.* 23. *cap.* 18. de iis quibus Scholastria conferenda sit. *Sess.* 25.

(a) *Barb. Collectan. in hunc Trid. loc.*

Digitized by Google

25. *cap.* 6. *De Reform.*, ubi Episcoporum definitur jurisdictio in causis ecclesiasticis, salva declarantur Universitatum privilegia. Statuitur tandem *sess.* 25. *cap.* 9. *De Reform.*, ne Universitas, de cujus patronatu sit beneficium, in ejus fructus, obventionesve percipiendas se ingerat, sed ea beneficiato relinquat.

ADNOTATIONES.

(I) *Universitatis Guatimalensis*. Jam à Philippo IV. erecta erat Universitas Guatimalæ, sed ordine inferior eâ cujus nunc confirmatur erectio. De illa sic habet Jus Indicum (*a*): *En las* ciudades de Santo Domingo de la Española, Santafe del Nuevo Reino de Granada, Santiago de Guatemala, y Manila de las Islas Philippinas, está permitido que haia Estudios y Universidades, y que se ganen cursos, y que se den grados en ellas por el tiempo que ha parecido conveniente, para lo qual hemos impetrado de la Santa Sede Breves y Bulas, y les hemos concedido algunos privilegios, y preeminencias. Mandamos, que lo dispuesto para los dichos Estudios y Universidades se guarde y observe sin exceder en ninguna forma. Y lasque fueren por tiempo limitado acudan à nuestro Consejo de las Indias à pedir prorogaciones, donde se proveera lo que fuere conveniente: y no las teniendo, césse y se cábe el ministerio de tales *Estudios*.

(II) *Limana, & Mexicana*. Consequenter privilegia & prærogativæ Salmanticensis Academiæ communicantur Universitati Guatemalensi, quantum est ex præsente Ordinatione juxta legem 1. tit. 22. lib. 1. Juris Indici: *Concedemos* à todas las personas que en las dichas Universidades (de Lima y Mexico), fueren graduados que gozen en nuestras Indias, Islas, y Tierrafirme del Mar Oceano de todas las libertades y franquezas de que gozan en estos reinos los que se gradúan en la Universidad de Salamanca, assi en el no pechar, como en todo lo demas. Y en quanto à la jurisdicion se guarde la lei 12. de este *libro*. Ubi nota, non per omnia coæquari Salmanticensi Universitates Indicas, sed quoad graduatos, cum plura concessa sint Magistratui Academico Salmanticensi, & Scholaribus albo inscriptis, quæ non sunt communia Universitatibus transmarinis attenta præsenti lege. Vide P. Mendo (*b*) tractantem latè de privilegiis concessis Universitati Salmantinæ, quorum aliqua dedi supra Ord. 131.

(III) *Tria millia turonensium*. *Ascendunt*, dicitur in Glossa ejus loci (*c*), ad quingentas libras bononeorum parvorum, ponendo turonensem pro duobus venetis, vel quadraginta bononeis parvis, ut valere *consueverunt*. D. Du-Fresne (*d*) ex antiquis tabulis deducit turonenses argenteos de S. Ludovici lege esse undecim denariorum & oboli, & quinqua-

(a) *Leg.* 2. *tit.* 22. *lib.* 1. *Recop. Ind.* (b) *Mendo*, *lib.* 1. *De Jur. Acad.* *q.* 7. §. 2.
(c) *Gl. in Clem.* 2. *De Mag. V.* Argenteorum. (d) *Du-Fresne*, *Glossar. Lat. V.* Turonenses.

Digitized by Google

quaginta ſeptem minus tertia parte unius ponderare unam marchiam ad penſum Montis-Peſſulani.

III. Covarrubias (*a*) rationes init enucleatius, dum ait: *Hi numi* variè ab interpretibus æſtimantur. Sed in *Extrav.* 1. *De Cenſib. inter Commun.* §. *Porro.* ita examinantur, ut duodecim argentei turonenſes unum efficiant florenum florentinum aureum. Hic tamen florenus florentinus aureus major videtur floreno aragonio octava ex parte ex lege 62. Henrici II. Tauri ſtatuta æra 1407. At florenus aragonius octo valet ferè numos argenteos caſtellanos regales. Ex quo, & ex iis quæ tradidere Bartolus (*b*), & Alciatus (*c*), poterit florenus florentinus novem argenteis numis caſtellanis regalibus æſtimari. Sic ſanè argenteus turonenſis, *cujus* mentio fit in Clem. 2., erit minor ferè quarta parte argenteo regali caſtellano, qui drachmam argentei appendit. Qua ratione undecim fermè argentei turonenſes efficiunt unam argentei unciam: & ideo quilibet turonenſis argenteus æſtimabitur viginti quinque æreis noſtris marapetinis. Idcirco Panormitanus in dicta Clem. 2. tria millia turonenſium argenteorum, de quibus illic traditur, ad biſcentum & quinquaginta florenos de camera deducit, exiſtimans hanc eſſe veram illorum æſtimationem. Quapropter juxta illam conſtitutionem nemo poterit in doctorali gradu adipiſcendo expendere ultra biſcentum ſimplices aureos & ducatos Caſtellæ, quorum quilibet undecim numis regalibus argenteis *æſtimatur*.

(IV) *Præbendarum*. Sermo eſt de fructibus, non de diſtributionibus, ut notat Caſtropalaus (*d*) dicens: *Dixi* in principio ſic docentes (publicè theologiam, vel jus canonicum in aliquo Studio Generali) & ſtudentes conſequi fructus præbendæ, non diſtributiones; quia ita habetur *cap. Licèt*, *De Præbend.*, & in Eugeniana pro Univerſitate Salmantina conceſſa: & pluribus declarationibus confirmat Garcia & alii. Solum eſt dubium, an ſi beneficium conſtet tantum diſtributionibus quotidianis, eas lucretur abſens ratione ſtudii? Aliqui negant cum Bonacina. Ratio eſſe poteſt, quia ſolum eſt facta conceſſio fructuum præbendæ demptis diſtributionibus. Ergo ſi præbendæ nullos habeant fructus, nulla eſt conceſſio. Nihilominus tenendum eſt lucrari omnes diſtributiones dempta *tertia* parte; tum quia illæ diſtributiones loco fructuum ſuccedunt; tum quia privilegium eſſet inutile iis beneficiatis; tum quia ſic eſt declaratum à Congregatione, ut teſtatur Quaranta.... Barboſa (*d*). Hucuſque Caſtropalao.

Verum ex authoribus, quos citat Barboſa, quem tantum videre licuit, non teſtatur de tali Congregationis declaratione, ſed allegat tantum Riccium & Garciam dicentes, quod quando præbenda eſt tenuis, & fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus, abſens ratione ſtudii lucratur etiam diſtributiones dempta tertia parte. Gonzalez (*f*) duas refert S. Congregationis declarationes: alteram, quod abſens ratione ſtudiorum non percipit diſtributiones, quamvis ſit abſens de licentia Papæ; alteram, quod

(a) *Covarr. Veter. numiſm. collat. c.* 3. *n.* 8. (b) *Bartol. in l.* Pauli *ff.* De Solut. *col.* 1.
(c) *Alciat. lib.* 3. *Diſp. cap.* 9. (d) *Caſtrop. tom.* 2. *tr.* 7. *D.* 3. *P.* 9. §. 9.
(e) *Barb.* 3. *P. De Pot. Ep. Alleg.* 56. *n.* 20. (f) *Gonz. Ad Reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *Proœ n. n.* 18.

Digitized by Google

quod Canonicus lector S. Scripturæ in qualibet Ecclesia juxta formam cap. 1. sess. 5. Trid., illas percipere debet ex speciali condonatione Gregorii XIII. Quam utramque declarationem etiam refert P. Sanchez (*a*). Declarationem de Canonico doctore seu professore Canonum vide supra Ord. 268.

Jus Indico-Hispanum (*b*) generaliter habet: *Encargamos* à los prelados, que no consientan que ningun prebendado à titulo de catedra ni de letura falte à sus *horas*. Sed potest intelligi de absentia contra jus & decreta Tridentini ex eo quod habetur in fine legis ejusdem: *No se* le acuda con los emolumentos y distribuciones, de que conforme à derecho y Santo Concilio de Trento no debe *gozar*. Aliter conciliare jura hæc nititur Solorzanus (*c*) dicens: *Me parece* se debe entender, que no se escusen en todos los dias y horas, pero si en aquellas que fueren necessarias para su *occupacion*. Melius fortè conciliaverit jura hæc qui dicat, excusari ab assistentia in choro Canonicum, qui præbendam habeat institutione lectoralem, non illum qui per accidens lector sit in Universitate. At præbendæ lectorales in ecclesiis Indiarum paucæ sunt, vel fortasse nullæ.

ORDINATIO CDXIV.
Anno 1688. 22. Jan.

CONfirmatur decretum Capituli Generalis Ordinis S. Augustini, ut in Provincia Peruana duodecim sint magistri de numero. Nempe de Americanis, quorum major est numerus, novem; de Hispanis tres. Ex eod. Bullar. C. 192.

ORDINATIO CDXV.
Anno 1688. 27. Febr.

CONfirmatur decretum, ne Fratres Augustiniani in Provincia Mexicana & Mechoacanensi è conventibus etiam associati cum pallio, neque cum galero exire audeant, neque per publicas urbium, aliorumque locorum vias incedere sine socio. Extat ibid. C. 193. Incipit *Ex debito*.

ORDINATIO CDXVI.
Anno 1688. 12. Jun.

INnocentius XI. confirmat dotationem factam collegio S. Ferdinandi Quitensi à Provincia Patrum Dominicanorum. Mentio fit in C. 3. Alexandri VIII. tom. IX. Bullar. Rom. pag. 91.

OR-

(a) *Sanch. l. 2. Consil. c. 2. D. 95. n. 3.* (b) *Lib. 1. tit. 12. leg. 3. Recop. Ind.*
(c) *Solorz. lib. 4. Polit. cap. 14.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDXVII.

ALexander VIII. S. Ludovicum Beltran, quem Paulus V. beatificaverat, Clemens X. sanctorum cathalogo inscripserat declaravit Patronum Novi Regni Granatensis. Ex off. Eccl.

ORDINATIO CDXVIII.

Anno 1690. 20. Mart.

PRorogavit facultates Societati Jesu concedi solitas Alexander ad vicennium. Ex Bullar. Rom. tom. IX. C. 14. Incipit *Animarum saluti*. Vide Ord. 522.

ORDINATIO CDXIX.

Anno 1690. 10. Apr.

OPpidum Nankin in australi Sinarum parte in civitatem, ejusque ecclesia à diœcesi Macaonensi dismembrata in Cathedralem erigitur sub Metropolitano Goensi. Et jus patronatus asseritur Regi Portugalliæ. Ib. C. 16.

ORDINATIO CDXX.

Anno 1690. 10. Apr.

OPpidum Pekin in civitatem, & ejus Ecclesia à Macaonensi diœcesi divisa in Cathedralem erigitur sub Archiepiscono Goano: asserto similiter jure patronatus Regi Portugalliæ, qui vel de ejus commissione Episcopus Macaonensis, Nankinensis, aut Pekinensis Episcopatus limites definire debeat. Ib. C. 7. Incipit *Romani*.

ORDINATIO CDXXI.

Anno 1690. 31. Jul.

COnfirmatur decretum Capituli Generalis Ordinis S. Augustini, ut in Provincia Quitensi numerus magistrorum ex senario sit duplex. Ib. C. 20.

ORDINATIO CDXXII.

Anno 1690. 7. Nov.

COnfirmantur tres Innocentii XI. Constitutiones pro fundatione Collegii Quitensis S. Ferdinandi Ordinis Prædicatorum: nempe ea qua conceditur facultas conferendi gradus scholasticos: qua ornatur privilegiis Manilensibus: & qua rata habetur dotatio ex bonis prædicti Ordinis. Ib. C. 30. Incipit *Ex injuncto*.

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno 1690. ignoto mihi die prodiit Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium resolutio, qua videtur approbata alternativæ interruptio, & successio immediata duorum Provincialium ex una factione defectu personarum eligibilium ex altera. Factum sic laconicè refert P. Ferraris (a): *Respectu* P. Francisci Montani Criolli electi Provincialis immediatè ante P. Martinum Ixar, resolvit Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Quitensi Confirmationis anno 1690., Ponente Card. Carpineo, in qua neglecta fuit alternativa defectu non probatæ existentiæ Hispanorum *eligibilium*.

ORDINATIO CDXXIII.
Anno 1692. 1. Mart.

COllegis Sancti Antonii in civitate Cuzco conceditur facultas suscipiendi gradus litterarios ab Episcopo vel Vicario Capituli sede vacante. Extat ib. C. 19. Innocentii XII. Incipit *Æterna*.

ORDINATIO CDXXIV.
Anno 1692. 10. Maji.

RElatis constitutionibus Pauli V. & Urbani VIII., de quibus supra anno 1627. 7. Januarii, ad instantiam Caroli II. Hispaniarum Regis Innocentius XII. Episcopis Indiarum concedit, ut gradibus insignire valeant quotquot annis quinque studuerint in collegiis formatis Ordinis Prædicatorum, quæ a publicis universitatibus biscentum saltem milliaribus distant, dummodo actus gesserint in universitatibus fieri solitos, & approbationem obtinuerint. Est facultas decennalis, & gradus eâ collati solùm intra Indias occidentales suffragantur. Extat cum Senatus Indici permissione in archivio Collegii Cordubensis, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania. Incipit *Alias felicis*.

ORDINATIO CDXXV.
Anno 1692. 28. Sept.

NUmerus Magistrorum in Provincia Mexicana Ordinis S. Augustini fit ex senario duodenarius. Ex Bullar. Rom. C. 33. Innocentii XII. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CDXXVI.
Anno 1693. 1. Sept.

FAcultas decennalis à Clemente X. concessa 17. Apr. 1675., ut alumni Societatis in seminariis Sanctæ fidei & Quiti scholæ gradus suscipere pos-

(a) *Ferrar. Bibliot.* V. Alternativa.

Digitized by Google

possent in Philosophia & Theologia, extenditur ad gradus in Jure Canonico, & fit perpetua. Extat ibid. C. 93. Incipit *Alias*. Ibidemque declaratur, gradus in qualibet facultate susceptos perinde esse ac si in universitate susciperentur.

ORDINATIO CDXXVII.
Anno 1693. 24. Oct.

COnfirmatur decretum Sacræ Congregationis Concilii 5. Sept. 1693., ut Vicarii Generales Indiarum Ordinis B. Mariæ de Mercede cum assistentia sex religiosorum digniorum ad inquietorum & incorrigibilium ejectionem singuli procedere possint. Extat ibid. c. 72. Incipit *Nuper*. Vide Ord. 324., & 250.

ORDINATIO CDXXVIII.
Anno 1694. 24. Apr.

UT alumni Provinciæ Novi Regni Granatensis Ordinem S. Augustini professi suscipere possint gradus Philosophiæ & Theologiæ in Collegio Sanctafidensi S. Nicolai. Extat ibid. C. 90. Incipit. *Ex injuncto*.

ORDINATIO CDXXIX.
Anno 1696. 15. Oct.

SInarum provinciæ (præter Pekinensem, Cantonensem, Levantugensem Episcopo Pekinensi reservatas; Nankinensem, & Nonanensem reservatas Nankinensi) separantur Vicariis Apostolicis committendæ. Ib. C. 138. Incipit *E sublimi*.

ORDINATIO CDXXX.
Anno 1696. 22. Oct.

COnstitutionem à Clemente X. datam 7. Jun. 1674., ne Episcopi orientales in Vicarios Apostolicos, & eorum operarios jurisdictionem exercere præsumant, confirmat. Et indicitur observatio Malacensi, Macaonensi, & Archiepiscopo Goano. Extat ibid. C. 139. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CDXXXI.
Anno 1696. 23. Oct.

REgnum Tunkini à diœcesi Macaonensi separatum esse decernitur. Ibid. C. 140. Incipit *Ex commissa*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CDXXXII.
Anno 1697. 7. Jan.

ANnullantur magisteriatus, prærogativæ, exemptiones, & gratiæ religiosis in Indiis occidentalibus Regi Catholico subjectis à suis superioribus præter vel contra suorum ordinum instituta concessæ. Ib. C. 143. Incipit *Ad pastorale*.

ORDINATIO CDXXXIII.
Anno 1697. 6. Febr.

ARchiepiscopo Goano, & Episcopis Meliapurensi, Cranganoris, & Cocinensi indicitur observantia constitutionis clementinæ, de qua nuper anno 1696. 22. Octobris circa jurisdictionem Vicariorum Apostolicorum in oriente. Ibid. Const. 144. Incipit *Cum sicut*. In ea notaveris, quod Cranganoris nominetur Episcopus, & non Archiepiscopus sicut nominatur Goanus, cum constet illum ab anno 1607. infulis archiepiscopalibus fuisse decoratum, etsi absque suffraganeis, & adhuc esse anno 1707., ut vide infra Ord. 471.: nec aliunde fuisse sciam in ea nomenclatura interruptionem.

ORDINATIO CDXXXIV.
Anno 1697. 4. Maji.

EXposito quod Gregorius XIII. diversa privilegia Minoribus reformatis provinciarum S. Josephi & S. Joannis Baptistæ in Hispania concesserat à Clemente VIII. & Urbano VIII. confirmata. Et quod Alexander VII. brevi dato 5. Novembris 1665. declaraverat, ea privilegia provincias omnes in Hispania & Indiis consistentes comprehendere postea erectas: Exposito etiam quod sub nomine provinciarum Hispaniæ etiam comprehendebantur provinciæ Lusitaniæ, easque sub nomine ejusmodi comprehensas intelligi in binis Gregorii XV. litteris; confirmatur declaratio à S. Congregatione Episcoporum & Regularium facta, quòd provincia Arrábidæ comprehenditur in brevi Alexandri VII. privilegiorum extensivo. Ib. C. 148. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO CDXXXV.
Anno 1697. 10. Sept.

COnfirmantur statuta pro tribus seminariis angelopolitanis erectis authoritate Innocentii X. anno 1648. 22. Maji. Ib. C. 154. Incipit *Exponi*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CDXXXVI.
Anno 1698. 3. Maji.

COnfirmatur decretum à S. Congregatione factum ad instantiam Regis Catholici pro America, ut quoad loca ultra duas dietas distantia à curia episcopali ecclesiarum parochialium rectoribus, aut aliis personis sibi benè visis facultatem recipiendi probationes de statu libero matrimonium contrahere volentium concedant Episcopi, ita ut probationibus ejusmodi sic factis, ad matrimonii celebrationem deveniri valeat. Ib. C. 157. Incipit *Pro parte*. Vide supra Ord. 356.

ADNOTATIONES.

Nempe communi jure deveniri nequit (*a*) ad celebrandum matrimonium vagorum, nisi prius facta inquisitione, *& re ad Episcopum delata*, parochi ab eo licentiam obtinuerint. At in America, ubi tam lata est locorum & curiarum distantia, totque sunt advenæ Europæi, expectare licentiam Episcopi in quolibet casu particulari, esset incommodum, quod præsente ordinatione cavetur. Ea temperatur sequens Concilii Limani decretum (*b*): *Ignoti* verò, & exteri, & vagantes nullo modo ad conjugium admittantur, nisi informationes prælatus ipse & viderit & probaverit; alioquin graves pœnas arbitrio ipsius *incurrant*. Quod non tantum de Hispanis, vel Europæis, sed & de Indis intelligendum exprimit Synodus Tucumanensis anni 1597. (*c*), ubi dicitur: *Los forasteros* assi Españoles como Indios antes de casarse den sufficientes informationes de que son habiles para el matrimonio, y apruebelas el Ordinario segun lo manda el Concilio General, y el Provincial *ultimo*. Quod verbis totidem statuitur in Synodo Paraguayi anni 1603. (*d*).

ORDINATIO CDXXXVII.
Anno 1698. 2. Jul.

S. Congregatio Inquisitionis respondit *quarterones* & *puchueles* non comprehendi Indorum neöphytorum nomine quoad usum dispensationum. Vide infra Ord. 449.

ORDINATIO CDXXXVIII.
Anno 1698. 23. Aug.

COnfirmantur duo decreta Ministri Generalis Ordinis Seraphici, quibus in conventu de Araceli de Urbe asseritur hospitium fratribus Indiarum occidentalium. Tom. IX. Bullar. Rom. C. 164. Incipit *Exponi*.

OR-

(a) *Trid. sess. 24. cap. 7. De Reform.* (b) *C. Lim. ann. 1583. Act. 2. cap. 34.*
(c) *Synod. de Tucum. P. 2. cap. 4.* (d) *Synod. del Parag. P. 2. cap. 3.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDXXXIX.
Anno 1699.

INnocentius XII. transtulit Jacobopoli Cordubam sedem episcopalem Tucumaniæ. Mentio fit in litteris Ill. Petri-Michaelis Argandoña Episcopi Tucumanensis ad Benedictum XIV. Nonis Dec. 1750. datis cum relatione status illius Ecclesiæ.

ORDINATIO CDXL.
Anno 1699. 14.....

AD pellendos Scotos ex statione vulgò *del Rancho viejo* in Dariene usurpata, & ad muniendam regionem imponitur subsidium unius millionis ducatorum argenteorum ex bonis ecclesiasticis exigendum, exceptis cathedralibus, quarum redditus tria millia scuta non excedant, parochiis, quarum redditus centum ducatos auri de camera; & beneficiis, quæ viginti quatuor non excedant. Deputatis in executionem archiepiscopis & episcopis illarum partium, ea lege ut nec calices, nec libri, nec ornamenta ad divinum cultum destinata apprehendi possint. Extat in archivio Collegii Cordubensis, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania.

ORDINATIO CDXLI.
Anno 1699. 9. Oct.

COnfirmatur decretum, ne in provincia S. Joannis Baptistæ Ordinis Prædicatorum in regno peruano fratres, tam in primo quam in secundo gradu sanguine juncti in officiis Priorum tam Provincialium quam Conventualium immediatè sibi succedere possint. Ex Bullar. tom. IX. C. 187. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDXLII.
Anno 1699. 3. Dec.

COnfirmatur decretum, ut in provincia Recollectorum S. Francisci in Nova-Hispania unus sit definitor, absque eo quod attendatur ad aliquam partialitatem. Ibid. C. 181.

ORDINATIO CDXLIII.
Anno 1700. 23. Januar.

ORdini Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Italiæ, Germaniæ, necnon Hispaniæ, & Indiarum concessum fuit officium proprium Patrocinii S. Josephi, & missa respectivè eodem modo & forma, quibus postea anno 1722. 25. Aprilis indultum est Patribus Calceatis ejusdem Ordinis nempe cum solemnitate ritus duplicis secundæ classis tertia Do-

Digitized by Google

minica post Pascha. Quod postea, inferiori tamen ritu, ad totam hispaniensem, & alias ecclesias extensum est. Refert Joannes Baptista Pittoni (*a*).

ADNOTATIONES.

Benedictus XIV. (*b*) loquitur de brevi, supra memorato Ord. 388., quo ad instantiam Marchionis del Carpio Regis Catholici apud Sanctissimum Oratoris, confirmavit Innocentius XI. electionem S. Josephi in patronum & protectorem Hispaniarum à Carolo II. factam. Sed agente pro Ecclesiis & pro Statu Ecclesiastico earumdem Hispaniarum D. Francisco Jobe, declaratum primò est, eo brevi non præjudicari patronatui S. Jacobi, ut olim erat declaratum de brevi dato pro S. Theresia: deinde est ex toto revocatum, ut constat ex litteris ejusdem Pontificis datis 26. Sept. 1680.

In annuali Officii Divini directorio impresso Limæ pro Franciscanis anno 1739., & in posterioribus aliis indictum est 19. Martii festum Sancti Josephi cum titulo *Protectoris Hispaniarum* sub ritu duplici primæ classis cum *Credo*. Protector quidem Hispaniarum est ex quo pro Hispaniis officium de illius Patrocinio est impetratum. Et qua ratione est protector, & est patronus; sicut *patrona* dicitur in Jure Indico (*c*) BB. Virgo ex quo ejus festum de Patrocinio institutum. Sed ritus primæ classis cum *Credo* principalium patronorum proprius fundamento caret quod sciam, siquidem sermo est de patronatu universali Hispaniarum, non de particulari Ordinis alicujus, provinciæ vel regionis. Caret etiam fundamento respectu ad Limam, ubi directorium vulgatum fuit, nisi Lima sequatur etiam modò ritum Hispalensis Ecclesiæ, cujus fuit olim suffraganea Limensis. Hispali quidem connitente Card. Belluga indultum est eo primæ classis ritu de S. Josepho recitare, ut refertur apud Meratium, sine *Credo* tamen in missa celebratur ibi ut habet Hispalense Directorium anni 1764. Minore ritu nempe semiduplici concessum etiam est extra Hispaniam de S. Josephi Patrocinio recitare Assistentiæ Lusitaniæ *S. J.*; ut refert P. Marquez (*d*). Hæc tamen concessio non respicit patronatum, sed privilegium quale plerique regulares habent recitandi per menses vel hebdomades de aliquibus Sanctis diebus non impeditis.

Pro privilegio de S. Josepho recitandi solemniore ritu datum est aliud Limanæ diœcesi, de quo Franciscanorum Directorium anni 1762. habet sequentia: *Decreto* de la Sagrada Congregacion de Ritos aprobado por Su Santidad à pedimento de Ill. Señor Arzobispo de los Reies D. Diego del Corro, representando la grande devocion que hai en esta diocesi con el gran Patriarca S. Joseph los 19. de cada mes, en que celebran missa con toda solemnidad y culto grande.... del glorioso Santo

(a) *Pitt. CC. ad Rit. sub die 25. Apr. 1722.* (b) *B. XIV. P. 2. l. 4. De Beatif. &c. c. 14. n. 11.*
(c) *Lib. 1. tit. 1. leg. 24. Recop. Ind.* (d) *Marq. Brasil. Pontif. lib. 3. fine.*

to. Y hecha relacion à Su Santidad concedio todos los dias 19. de cada mes, no estando impedidos con fiesta classica ò doble major, exceptuando tambien las Dominicas, que pudieren caer en dicho dia 19., se reze el proprio officio del Santo de su dia principal 19. de Marzo bajo del rito doble major, y celebre su missa en toda esta ciudad y diocesi por ambos cleros secular y regular, aunque en el dicho dia 19. occurra officio de rito doble menor, que... se transfiera à dia no impedido, y lo mismo el *semidoble.... Quibuscumque in contrarium non obstantibus*. Vide Ord. 487.

De officio Patrocinii S. Josephi extant sequentes Sacræ Rituum Congregationis declarationes (a). Prima: *Cum* in tota Hispania sit concessum, ut tertia Dominica post Pascha celebretur festum Patrocinii S. Josephi sub ritu duplici, ex parte Rev. Archiepiscopi & Capituli Hispalensis quæsitum fuit, si cadat illa die festum majoris ritus, an festum Patrocinii S. Josephi sit transferendum ad alium diem? Et responsum fuit transferri posse, ita tamen ut pro dicto festo Archiepiscopus assignet certam aliquam diem, quæ non sit Dominica fixa. S. R. C. 26. Nov. 1735. in Hispalensi. = Secunda: *Festum* Patrocinii S. Joseph occurrens in festo altioris ritus potest transferri, non obstante decreto 20. Mart. 1683. Nam eadem Sacra Congregatio hanc declarationem edidit: Cum in tota Hispania.... (ut supra). Hæc declaratio facta pro regnis Hispaniæ, valet etiam pro aliis regnis, quibus idem officium concessum est. S. R. C. 11. Januar. 1749. in una Ord. Excalc. S. Aug. Prov. Austriæ. = Tertia: Patrocinium S. Joseph non potest transferri ad aliam diem, quando non habet locum in Dominica 3. post Pascha, ut in Senensi ob occurrentiam festi altioris ritus aut dignitatis, sed pro eo anno omittatur. S. R. C. 11. Maji 1743. in ead. Senens., & antea 5. Maji 1736. *in Eiseldiens.* Si tamen quæras, quomodo hæc tertia declaratio cum præcedentibus conveniat, responsio sit = Quarta sic habens (b): *Non* possunt transferri officia illa affixa certis diebus, quæ sunt concessa pro locis & ecclesiis particularibus ad eorum instantiam; at quando officia prædicta sint de præcepto pro aliquo Statu, sicut sunt plura B. Mariæ Virginis concessa à f. m. Benedicti XIII. pro Statu Ecclesiastico affixa certis diebus, transferantur. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Eiseldiensi*.

ORDINATIO CDXLIV.
Anno 1700. 4. Apr.

Confirmatur decretum Sacræ Congregationis Rituum in Mexicana Præcedentiæ factum 13. Martii hujus anni, partibus tam voce quam scripto acerrimè informantibus auditis. Decretum verò est, præcedentiam non solum in processionibus solitis, & sub propria cruce, sed etiam in con-

(a) *Decr. Auth. S. R. C. Notis illustr. Ed. Ven.* 1750. *num.* 928. & 1204.
(b) *Decr. auth. cit. num.* 957. *pag.* 217.

Digitized by Google

concionibus, disputationibus, concurrentia prælatorum, aliisque actibus, tam publicis, quam privatis, interveniente vel non interveniente familia de Observantia, competere Fratribus Minoribus Discalceatis supra Fratres S. Augustini. Extat in Bullar. Rom. tom. IX. C. 193. Innocentii XII. Incipit *Emanavit*.

ORDINATIO CDXLV.

Anno 1700. 20. Maji.

CONgregationem S. Hippolyti Mexicanam in religionem erigit Innocentius sub regula S. Augustini cum votis solemnibus castitatis, paupertatis, & obedientiæ, & hospitalitatis. Eamque suscipit sub immediata Sedis Apostolicæ subjectione, illiusque ecclesias, hospitalia, & personas: confirmatis privilegiis dummodo sint in usu, nec sint revocata, nec adversentur sacris canonibus, Concilii Tridentini decretis, & posterioribus constitutionibus apostolicis, vel regularibus dictæ religionis institutis. Extat ibid. C. 195. Incipit *Ex debito*. Ibidemque C. 197. confirmantur novæ religionis constitutiones.

ORDINATIO CDXLVI.

S. Congregatio in Mexicana Sacrorum Liminum interrogata, an provisores & vicarii generales à Capitulis sede vacante deputati dispensare valeant in gradibus prohibitis ad matrimonia contrahenda? Respondit Negativè. Sic refertur in Supplemento Lacroix (a) ex *Thesauro Resolutionum* S. Congregationis Concilii ab anno 1700. ad 1718. (b).

ADNOTATIONES.

Certum est, Vicarios id non posse per se, cum etiam Capituli, & Episcopi superet potestatem dispensatio in juris pontificii & communis impedimentis. Cum hoc tamen stat quod possint per accidens, vel concessione speciali; nam in facultatibus per decennia concedi solitis Episcopis Indiarum vigesima octava est: *Ut possint* eas facultates (quarum una est ad dispensandum in certis gradibus ad matrimonium) aliis delegare maximè tempore sui *obitus*. Possunt etiam juxta satis probatam doctrinam Capitula sede vacante & eorum Vicarii maximè si à Capitulis habeant delegationem specialem, quoad dispensationes ea quæ Episcopo competunt ex officio in remotissimis Novi Orbis partibus ratione distantiæ à Romana Curia, difficultate recursus, aut simili causa. Vide supra Ord. 95., & infra Ord. 599. Adnot. 5.

OR-

(a) *Suppl. Lacr. L. 6. P. 3, n. 888.* (b) *Tom. IX. Resol. pag. 42. Vide infra Ord. 561. anno 1743. 16. Febr.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDXLVII.
Anno 1701. 2. Apr.

FActa relatione, nonnullos ex presbyteris Societatis Jesu, & forsan nonnullos Indiarum ordinarios, quibus facultas dispensandi cum neophytis earumdem in quocumque seu quibusvis jure divino non prohibitis consanguinitatis aut affinitatis gradibus conjunctis seu se attinentibus, ad effectum contrahendi inter se matrimonium, seu in jam etiam scienter contractis remanendi, sub certis forma & modo tunc expressis concessa fuerat, vigore seu prætextu facultatis ejusmodi cum pluribus personis super prænarratis, bona quidem fide (I), sed nulliter, seu ex eo quod facultas expiraverat, seu quod facultate pro neophytis Indis concessa, etiam cum iis qui non erant originarii per omnes lineas, quive per unam tantùm partem originem trahebant, vulgo *quarterones* nuncupatis, vel qui octavam partem per proavum, vel proaviam habebant, vulgò *puchueles* vocatis usui fuerant, dispensasse, cum revera *quarterones* & *puchueles* ejusmodi Indorum neophytorum nomine non comprehendi Cardinales Generalis Inquisitionis responderint; ac proinde matrimonia prætextu dispensationum ejusmodi contracta nulla fuerint; motu proprio (II) ac de certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, si alias (III) ritè & legitimè contracta sint, talia matrimonia revalidantur. Declaraturque, illa ejusmodi revalidationis vigore vim & efficaciam validorum & legitimè contractorum habere, perinde ac si ab initio & in radice, & prævia dispensatione pontificia contracta fuissent: eosque qui dicta matrimonia contraxerunt, posse ac debere in illis remanere absque eo quod de novo contrahere (IV), seu novum consensum præstare debeant: prolesque susceptas & suscipiendas legitimas quoad utrumque forum censeri debere. Ex archivio Collegii Cordubensis, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania. Incipit *Apostolicæ*.

ADNOTATIONES.

(I) ***Bona fide***. Nempe fundata in concessione Pii IV., & aliorum Pontificum facta quoad forum conscientiæ cum expressa nota perpetuitatis, quæ in tunc ultima Alexandri VIII. prorogatione, non quidem revocata expresse, sed suppressa tantum erat. Et est doctrina plurium apud Card. de Lugo (*b*), quod concessio restricta posterior non tollit amplitudinem aut perpetuitatem anterioris, maximè cum posterior restrictio alias habet facultates ad quas referri possit, & in quarum temporilitate sua vis & efficacia stet concessionis restrictivæ significationi, qua privanda non est constitutio ne inutilis dicatur. Accedit quod constitutio Alexandri VIII. & aliæ, quibus antiquæ facultatis perpetuitas supprimitur, eatenus dicuntur

(a) *C. de Lugo, lib. 1. Resp. Mor. D. 24.*

Digitized by Google

tur restringere, quatenus continent sequentem clausulam: *Præsentibus* (nempe litteris ad viginti tantum annos *valituris*. Cum hoc tamen stat quod bona fide credi potuerit, non præsentes Alexandri litteras, sed præteritas & antiquas Pii IV. perpetuitatem exprimentes, non tantum ad viginti annos, sed perpetuò valituras esse. Vide Ord. 450.

(II) *Motu proprio ac de certa scientia*. Clausula *Ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine* significat, Pontificem in jure ordinario non insistere, ait Card. Petra (*a*). Unde non tollunt ejusmodi clausulæ quominus instantia præcesserit & supplicatio.

(III) *Si aliàs ritè contracta sint*. Nam si illegitima fuissent defectu consensus; vel alicujus jure divino, aut naturali requisiti, nec tantùm jure ecclesiastico, nulla Pontificis dispensatione revalidari possent, non renovato libere consensu, & ablato impedimento.

(IV) *Absque eo quod novum consensum*. Quod Papa dispensare possit in radice matrimonii contracti quoad aliquos effectus, v. g. ad legitimandam prolem, quin consensus renovetur, nullus dubitat, cum constet dispensationi hujusmodi esse locum etiam post mortem alterius conjugis, si dispensatio in vita petita fuit. Aliqui verò dubitant, imo & negant, dispensatione ulla in radice seu retroactiva fieri posse, ut absque novo consensu verum fiat matrimonium & sacramentum, quod ab initio nullum fuit. De quo vide P. Sanchez (*b*), & Pascucium (*c*).

Sed post præsentem constitutionem & similes alias quæ multæ sunt, dubitandum non est; in illa quippè duo distinguuntur dispensationis effectus, nempe prolis legitimatio, & contractûs revalidatio, per quam matrimonium absque novo consensu constitui in ratione talis patet, nam Pontifex decernit seu declarat, in ipso sic revalidato conjuges remanere posse ac debere. Quod perinde esset, si verum non existeret matrimonium, ac si decerneretur potestas & obligatio manendi in vero concubinatu. Et quomodo sic esset consultum, quod in textu constitutionis proprio ait Pontifex, per ejusmodi dispensationem aliter intellectam conscientiarum quieti?

Hanc sententiam tenuit Rota in una Hispalensi *Legitimitatis* relata à J. B. Pittoni (*d*) per hæc verba: *Matrimonium* nulliter contractum inter consanguineos, ubi à Papa est dispensatum in radice, non requirit novum consensum, sed sufficit ille primus cum effectu maritali præstitus. Ex quo solo cessante prohibitione juris communis, matrimonium verum & validum inducitur per textum in Cap. *Cum apud*, & *Cap. Tua*, *De Sponsal*. Quod si in hoc casu opus esset novo consensu, non daretur dispensatio in radice, neque quod Pontifex posset in illo dispensare, quod nefas est dicere. Nullitas enim prioris matrimonii non inducit mutationem animi, sed influit in matrimonium producendum à tali consensu, illud impediendo ne producatur. Unde dicta prohibitione semota, remanet.

(a) *C. Petra, tom. IV. ad C. 1. Eugen. IV. n. 5. p. 267.* (b) *Sanch. l. 8. de Matrim. D. 7.* (c) *Pascuc. in Compend. Pignat. V.* Matrimonium. (d) *Pittoni, CC. ad Matrim. 11. Maji 1615. n. 397.*

Digitized by Google

net prior consensus, quoad sui essentiam integer & habilis ad talem productionem taliter quod accedente dispensatione in radice, resultat matrimonium ex vi primi illius consensus validum ex tunc, non tamen ex alio consensu de novo *præstando*.

Dices 1. Nulla potentia fieri potest ut fuerit ab initio validum, quod revera fuit invalidum & nullum. 2. Non potest de novo esse sacramentum cum materia sacramenti non est. Nunc verò quando consensus non est præsens, sed præteritus; non est materia sacramenti, sed fuit. 3. Vel consensus constituit sacramentum quando existit, vel quando non existit. Primum dici nequit quia tunc non fuit constitutum sacramentum. Nec secundum, quia constitutivum, quod non existit, non constituit: maxime cum positivum illud est ut est consensus. 4. Quia alioquin posset etiam validare Pontifex matrimonium defectu consensus nullum.

Ad 1. Respondeo, per dispensationem in radice non fieri ut matrimonium fuerit validum ab initio, ad præteritum quippe non datur regressus. Sed fit ut tunc primo quando dispensatur, fiat validum, & sit deinceps, perinde ac si à principio dispensatum esset, & ab initio fuisset validum. Ad 2. Cum matrimonium in radice revalidatur, materia sacramenti existit moraliter sin minus physicè, quia actus voluntatis habent suapte natura perseverare donec retractentur, præsertim quando non tantùm res, sed rei perpetuitas eligitur & amatur, ut in consensu matrimonii fit, sive quando eligitur & amatur res perpetuitatem importans indole & natura sua. Certè cum absolutio profertur à confessario, jam est præterita pœnitentis confessio, jam esse desiit, & tamen cum absolutione sacramentum constituit.

Replicas: Nequit dari sacramentum novum sine materia nova. Negatur positio; nihil enim prohibet, aqua jam adhibita te baptizari, vel absolvi à peccatis jam in confessione præcedente expositis. Verum est quod materia proxima, ut ablutio in baptismo, & in pœnitentiæ sacramento confessio debet esse nova & distincta, quando prima jam fuit informata. Quodsi nondum informata unquam sit, ut in casu nostro, sufficit ea novitas qua moraliter perseveret ut censeatur attenta natura rei & institutione Christi unum constituere cum ultimo sacramenti complemento.

Ad 3. Facilè respondetur, constituere quando moraliter est, & physicè non est. Quod etiam patet in consensu cum ritè & canonicè ponitur, non enim consensus utriusque conjugis physicè coexistunt simul manifestati, sed manifestantur successivè, maximè cum à distantibus contrahitur per procuratorem. Res ergo sic habet secundum Rotæ Auditorum mentem supra: Consensus olim habitus & manifestatus permanet aptus quidem secundum se validum causare matrimonium, sed impeditus ne causet ob impedimentum dirimens, seu quod in idem recidit ob defectum essentialis requisiti quod est dispensatio impedimenti: qua expedita cessat impedimentum, & expeditur consensus, ut causet constituatve sacramentum in actu secundo numeris omnibus absolutum.

Ad

Digitized by Google

Ad 4. Negatur sequela, nam defectus consensus jure naturali & divino requisiti suppleri nequit humano jure vel dispositione. Unde dispensatio locum habet solum, cum impedimentum vel defectus est humani juris ecclesiastici aut saecularis.

ORDINATIO CDXLVIII.
Anno 1701. 15. Apr.

UT procuratores generales provinciarum S. Nicolai & Candelariæ, Philippinarum & Terræfirmæ Ordinis S. Augustini habeant vocem in Capitulo suarum provinciarum. Utque pro illarum qualibet eligatur unus definitor generalis prout in aliis provinciis Hispaniæ. Extat tom. X. Bullar. Rom. Part. I. Const. 16. Clementis XI. Incipit *Nuper*. Ibidemque Const. 17. decernitur, ut Commissarii Augustiniani earumdem provinciarum ad Hispaniam pro deducendis operariis missi vocem habeant in Capitulo suarum provinciarum, & Ex-provincialium privilegia; si tamen ad suas provincias congruo tempore expleto munere redierint.

ORDINATIO CDXLIX.
Anno 1701. 29. Apr.

COnfirmatur sequens decretum: Feria IV. die 2. Jul. 1698. in congregatione S. Romanæ Inquisitionis, relato supplici libello Catholici Regis petentis declarari infrascripta dubia super intelligentia Brevis Pii IV. 1. Jun. 1563., quo Societati Jesu concessa fuit facultas dispensandi cum neophytis Indiarum in quocumque seu quibusvis jure divino non prohibitis consanguinitatis aut affinitatis gradibus, vel aliàs conjunctis, ut matrimonium inter se contrahere, seu in jam scienter contractis remanere valeant. = Dubia autem sunt. 1. Quinam casus comprehensi sint verbis illis, *In quocumque*, &c., quinam excepti. 2. An verba illa, *Vel alias conjunctis* importent facultatem dispensandi in impedimento cognationis spiritualis. 3. An appellatione neophytorum Indi noviter conversi, an non etiam qui sunt originarii per omnes lineas, quive pro una tantum parte ab illis originem trahunt, vulgò *quarterones* appellati; & an comprehendantur qui octavam partem per proavum vel proaviam, & sive ab alterutro, sive ab utroque habent vulgò *puchueles* appellati. 4. An prædictæ facultates per Pium IV. concessæ perpetuæ fuerint, an ad tempus?

Ad 1. respondetur fuisse provisum per Breve Alexandri VIII., in quo duntaxat primus gradus consanguinitatis & affinitatis excluditur. Ad 2. affirmativè. Ad 3. non comprehendi quarterones, multo minus puchueles. Ad 4. non indigere declaratione, stantibus claris verbis Alexandri VIII., *Præsentibus* ad viginti annos tantum *valituris*. Extat in collectaneis M. S. P. Petri Lozano S. J. Meminitque Compendium Indicum V. *Matrimonium*. §. 2. Incipit *Alias*. Vide supra Ord. 447. & quæ modò immediatè sequitur. Vide etiam Ord. 437. 228. & 107., & infra Ord. 600. datam 27. Januar. 1757. Ex eo verò quod Rex Catholicus, tum

Digitized by Google

tum hîc, tum anno 1757. declarari petiverit dubia circa usum facultatum ejusmodi, quæ non solum Jesuitis, sed etiam Ordinariis collatæ à sæculo sunt, palam est, concessionem Pii IV. & ejus prorogationes vicennales eo sciente & volente in usum esse deductas, nec vitio clandestinitatis, quod aliquis haud ita pridem objecit, laborasse.

ORDINATIO CDL.
Anno 1701. 11. Jun.

RElata facultate in perpetuum concessa à Pio IV. 15. Jun. 1563., & concessa ab Alexandro VIII. ad vicennium: Relata etiam Sacræ Congregationis nupera responsione, pianam facultatem temporalizatam esse per posteriores Pontifices, tam provincialibus Societatis & presbyteris ab eis deputandis, quam locorum ordinariis cum neophytis Indiarum, aliarumque regionum orientalium in quocumque seu quibusvis, non tamen primo, consanguinitatis aut affinitatis gradibus, vel aliàs conjunctis seu se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant: Dictis quidem presbyteris in locis ubi ordinarii non adsunt, vel ultra duas dietas juxta constitutionem Pauli Tertii existunt; ipsis verò ordinariis in locis ubi presbyteri ipsi adsunt, vel eorum commodè haberi potest copia de eorumdem tanquam adjutorum & assessorum consilio, & cum illis; ubi autem non adsunt, neque eorum commodè haberi potest copia, etiam sine illis in utroque foro dispensandi: Et eos qui in prædictis gradibus contraxerint, ab excessibus & censuris in utroque foro absolvendi & prolem legitimam decernendi: Nec non eisdem Ordinariis & presbyteris, servatis locorum circunstantiis & limitationibus ejusmodi, cum neophytis eisdem in primo gradu etiam rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis se attingentibus, ut matrimonium quoque inter se contrahere, seu in etiam scienter contracto remanere valeant, in occultis tamen & in foro conscientiæ tantum, ac urgentibus causis dispensandi: Et eos qui sic in primo gradu contraxerint, absolvendi ab excessibus & censuris: Dictisquè Ordinariis alios presbyteros à se primum approbatos in locis ubi non adsunt missionarii similem facultatem habentes quoad præmissa in sui locum subdelegandi facultatem concedit. Derogat contrariis quibuscumque. Vicennium, quo tantùm erant valituræ præsentes litteræ, decernit esse computandum à die datæ; & uno eodemque tempore expiraturas quoad Societatem, & quoad Ordinarios. Extat in cit. P. Lozano collectaneis., & meminit Compendium Indicum V. *Matrimonium*. §. 5. Incipit *Cum dudum*. Et licèt tempus & concessio ejusmodi quoad Societatem extinctam non uno titulo expiraverint, facultates eædem vel suppares & Ordinariis & missionariis ultra mare concedi solent; in quarum usum circumfertur M. S. quædam explicatio, & quorumdam casuum resolutio ab aliis magni, ab aliis parvi habita. Eam dabo cum nonnullis animadversionibus intermixtis. Tu videris, an alicujus sit commodi vel usus.

Digitized by Google

EXPLICACION BREVE

De la facultad concedida por Clemente XI. para dispensar en los impedimentos del matrimonio.

PAra hablar con claridad en esta materia, advierto lo 1., que Pio IV. à 15. de Junio de 1563. concedio à la Compañia privilegio para dispensar perpetuamente con los neophitos *in foro conscientiæ tantum*, quando el impedimento fuera occulto, en todos los impedimentos fuera de los prohibidos por derecho divino. Lo mismo concedio Gregorio XIII. año de 1576. el dia 17. de Julio. Lo mismo fueron concediendo todos sus successores prorogando este privilegio sin que ninguno revocasse expressamente la facultad perpetua hastaque el año de 1701. à 2. de Abril, haviendose propuesto à Su Santidad, si era perpetuo este privilegio, respondio que no por haverlo revocado su antecessor en la Bulla que expidio año de 1690. à 30. de Marzo.

Advierto lo 2., que por este nombre de neophitos no solamente se entienden los Indios nuevamente convertidos, sino tambien los mestizos, y los que tuvieren alguna parte de Indios, excepto el quarteron y el puchuél. Assi lo declara Clemente XI. en la Bula dada à 22. de Sept. de 1708. (*a*). Las palabras de la Bula son estas: *Quin etiam* quia de mixtim progenitis, quos mixtos vocant, majus dubium esse accepimus, cum eisdem mixtis quo similiter ad hunc effectum pro neophytis habendos decernimus, in gradibus & matrimoniis contractis & contrahendis prædictis, gratis tamen, dummodo non ita facile fiat, dispensandi eisdem presbyteris facultatem concedimus *opportunam*.

Advierto lo 3., que hai dos lineas de consanguinidad y affinidad: una recta, y otra transversal. En la linea recta de consanguinidad está el padre con el hijo en primer grado, con el nieto en segundo, con el biznieto en tercero, &c. En la linea transversal estan los hermanos en primer grado, los primos-hermanos en segundo, los hijos de estos que son los primos segundos en tercero, &c. Esto es quando la linea transversal es igual; porque quando es desigual, se hace el computo de esta suerte: Los primos-hermanos estan en primero con segundo con su tia ò tio hermano de su padre, &c. Lease Thomas Sanchez lib. 7. De Matrim. D. 50.

Advierto lo 4., que la facultad dada à los Jesuitas para *dispensar in utroque foro* con los neophitos en los impedimentos del matrimonio, es estando distantes del Juez ordinario ecclesiastico dos dietas ò jornadas, que son catorce leguas (*b*); porque estando presente el ordinario, ò no distando dos dietas, solo se dio facultad al Jesuita para ser como assessor, y dar su consentimiento, paraque el ordinario dispensasse. Assi lo determino Clemente XI. en la Bula, que empieza *Cum dudum*.

Ad-

(a) *Eam vide infra Ord.* 474. (b) *Vide supra Ord.* 37. *Adnot.* 3.

Digitized by Google

Advierto lo 5., que por nombre de neophitos no se entienden los quarterones y puchueles. Consta del mismo Clemente en la Bula que empieza *Alias pro parte*. Quarteron se llama el hijo de Español y mestiza, ò de mestizo y Española. Puchuél se llama el hijo de Español y quarterona, ò de quarteron y Española. Con estos no pudieron dispensar en virtud de este privilegio, ni los Ordinarios ni los Jesuitas.

Esto supuesto digo lo 1., que el missionero, à quien el Provincial diera facultad de dispensar en los impedimentos del matrimonio, podria dispensar estando distante el Juez ordinario ecclesiastico en todos los impedimentos fuera del primer grado de consanguinidad ò affinidad, para que los neophitos contragessen matrimonio. V. g. en la linea de consanguinidad paraque el avuelo casasse con su nieta, porque estos estan en segundo grado. En los demas grados estan dispensados por Paulo Tercero. Y assi passado el segundo no es menester otra dispensacion. Y assi podria el bisavuelo sin ella casarse con su nieta. (*Hæc* non sunt usque adeo certa; sunt enim qui judicent, consanguinitatem in linea recta dirimere in quovis gradu, & in quovis esse jure divino prohibitum matrimonium. Id quod in legem abiit Juris *Hispani* (*a*): *En* los grados, que suben ò bajan derechamente nunca pueden casar quanto quier que sean *alongados*). En la linea transversal de consanguinidad no se pueden casar en primer grado v. g. hermano con hermana; pero se podria dispensar en el segundo, v. g. paraque casasse el primo con prima hermana. Los hijos è hijas de primos hermanos, que son primos segundos no han menester dispensacion, y assi libremente pueden casarse.

Digo lo 2., que en los impedimentos de affinidad contraìdos por copula licita, esto es porvia de matrimonio, no se podria en virtud de semejante privilegio dispensar en el primer grado de linea recta v. g. paraque el suegro casasse con la nuera, ò la suegra con su hierno, ni el entenado con su madrastra, ni el padrastro con su entenada. Ni tampoco se podra dispensar, paraque el cuñado case con su cuñada, esto es, para que el hermano pueda casar con la muger de su hermano diffunto, porque son impedimentos en primer grado de affinidad *ex copula licita*, en los quales prohibe dispensar Cleménte XI. en la Bula que empieza *Cum dudum*.

Digo lo 3., que so podra dispensar en segundo grado de esta affinidad para contraer matrimonio. V. gr. en linea recta paraque el avuelo case con la muger de su nieto diffunto, y la avuela con el marido de su nieta diffunta. Podrase dispensar en el segundo grado de affinidad por la linea transversal, paraque uno case con la prima hermana de su muger diffunta, ò con la tia hermana de su padre ò madre. La razon es porque solo se prohibe dispensar en el primer grado. Y como estos impedimentos *ex copula licita* sean ya del segundo, de aqui es que en todos estos nombrados tiene lugar la dispensacion.

Digo

(a) *Leg. 4. tit. 6. Partit. IV.*

Digitized by Google

Digo lo 4., que en los impedimentos contraidos *ex copula illicita* podra dispensarse en todos. Consta del mismo Clemente XI. en la Bula *Cum dudum*: *Cum eisdem* neophytis in primo gradu etiam rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis... in occultis tamen, & in foro conscientiæ tantùm, ac urgentibus causis *justis*. Y assi por virtud de est privilegio se podra dispensar, paraque Pedro v. g. que tuvo que ver con Juana, case con su madre; ò Juana que tuvo que ver con Pedro, case con el padre de este; o si Juan tuvo que ver con Antonia nieta de Maria, cáse con Maria, ò Maria con el avuelo de aquel con quien tuvo que ver.

Podra dispensarse en el primero ò segundo grado de affinidad *ex copula illicita* en la linea transversal. V. g. el que tuvo que ver con Antonia puede casar con hermana de esta. Si Juan tuvo que ver con Marria se puede casar con prima hermana de Maria. En los demas impedimentos ò grados assi de la linea recta como de la transversal, contraidos ex copula illicita ya no es menester dispensacion. V. g. si Juan tuvo quever con Juana, puede casar sin dispensacion con prima secunda de Juana.

Para usar de este privilegio se han de guardar necessariamente tres cosas. La primera, que se dê causa grave urgente entre aquellos con quienes se ha de dispensar. Consta de las palabras de la Bula: *Nonnisi* urgentibus justis *causis*. De suerte que si se dispensa en este impedimento sin que haja causa urgente, será nula la dispensacion y no quedaran casados. Qual sea causa urgente que baste, déjase à la prudencia del que dispensa. Lease à Montenegro en su Párroco: y adelante lo diremos. La segunda, que solo se puede dispensar en el fuero de la conciencia. En esto se distingue este privilegio de los que hai para dispensar en impedimentos de affinidad contraida *ex copula licita*, ò *ex matrimonio*, y de consanguinidad. Porque en estos se puede dispensar *in utroque foro*, esto es, en el fuero de la conciencia, y en el fuero externo judicial: Consta de las palabras de la Bula, *In utroque foro gratis dispensandi*. La tercera condicion es que el impedimento ha de ser oculto, paraque valga la dispensacion, porque si es publico, no valdria. Y quando se dira oculto el impedimento? Digo que aunque lo sepan quatro ò cinco personas, como sean de secreto, sera oculto. Assi Montenegro.

Digo lo 5., que puede dispensarse en el impedimento de cognacion espiritual, que se contrae en el bautismo solemne, y en la confirmacion. V. g. entre el padrino y madrina del bautizado. (*Exemplum* hoc, quod verbi gratiâ ponitur, deficit à vero, cum constet ex Tridentini *cap.* 2. *sess.* 24. *de Reform. Matrim.*, cognationem spiritualem tantùm contrahi inter patrinos & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, non inter susceptorem & susceptricem, seu inter patrinum & *matrinam*). Y el que bautizó, lo contrae tambien con la criatura bautizada, y con el padre y la madre de dicha criatura. Y assi se puede dispensar, paraque el padrino del bautismo solemne (Digo solemne, porque en el bautismo privado no se contrae este impedimento. *Et hoc sunt qui negant*.) se

cáse

Digitized by Google

cáſe con ſu ahijada ò con la madre de eſta, ò paraque el ahijado ſe caſe con la madrina, ò la madrina con ſu compadre. Conſta de la Bula que comienza *Alias pro parte* (Ord. 449.) ibi: *An ſupra dicta verba, Vel aliàs conjunctis, importent facultatem diſpenſandi in impedimento cognationis ſpiritualis?* R. *Affirmativè*.

Digo lo 6., que por virtud de ſemejante privilegio ſe podra diſpenſar con los neophitos en el impedimento de publica honeſtidad, y en el matrimonio rato no conſumado. Se eſtiende haſta el ſegundo grado incluſivè. (Hic eſt error manus, ſeu manuſcripti quo uſus ſum, legendumque: *Por virtud* de eſte privilegio ſe puede diſpenſar con los neophitos en el impedimento de publica honeſtidad, que reſulta de los deſpoſorios ò eſponſales, y del matrimonio rato no conſumado: y en los eſponſales eſtá reſtringido al primer grado, y en el matrimonio rato ſe eſtiende haſta el ſegundo grado *incluſivè*. *Exemplis*, quæ ſequuntur, palam fit eam fuiſſe ſcribentis, quiſque ille ſit, *mentem*). Eſto ſe entiende en los Indios, porque en los Eſpañoles ſe eſtiende haſta el quarto grado. V. g. Juan dio palabra de caſamiento à Maria: pues por virtud de eſta palabra contrae impedimento para caſarſe con hermana de Maria, y con ſu madre. Pero ſi ſe caſaron, y no ſe conſumó el matrimonio, dura el impedimento en los Indios haſta el ſegundo grado, en los Eſpañoles haſta el quarto. En eſte impedimento pues ſe podra diſpenſar, paraque Juan caſe con la hermana de Maria diffunta. Ita Montenegro.

Reſolucion de algunos caſos.

Pregúntaſe lo primero, ſi ſe puede diſpenſar por virtud de eſte privilegio, paraque un Eſpañol caſe con meſtiza prima hermana ſuia? Reſpondeo con Montenegro, que ſi, porque aunque el Eſpañol no ſea capaz de la diſpenſacion, lo es la meſtiza, y baſta diſpenſarſe en uno, para que ſe entienda diſpenſado en el otro, como lo defiende Montenegro y Sanchez. (*Sed contrarium* omnino tenendum eſt, nam facultas datur in privilegio præſente ad diſpenſandum cum neophytis ut contrahant *inter ſe*, ſcilicet neophytus cum neophyta. Et hoc *inter ſe* inculcatur ſæpius in litteris apoſtolicis, quibus hæc facultas continetur. Igitur ex ea nequit diſpenſari, ut neophyti contrahant cum iis qui neophyti nulla ratione ſunt. Doctrina Ill. Montenegro & P. Sanchez verum habeat, quando facultas fiat ad diſpenſandum cum neöphyto ut contrahat cum qualibet).

Pregúntaſe lo 2., ſi podra diſpenſarſe con un quarteron, paraque caſe con parienta en ſegundo grado hija de meſtizo y meſtiza? Eſte caſo es mui practico y dificultoſo, al qual reſpondo que puede diſpenſarſe. La razon es, porque eſſa parienta, con quien quiere caſar, no es eſpañola, ni quarterona, ni puchuela. Eſpañola no, como es cierto. Tampoco es quarterona, porque la quarterona ſolo tiene la quarta parte de Indios, y eſta tiene dos quartas partes. Tampoco es puchuela, porque la puchuela ſolo tiene de Indios la octava parte, y eſta tiene

mas.

Digitized by Google

mas. Conque vendra à ser mixta de una y otra sangre. Es assi que Clemente XI. solo manda que no se pueda dispensar con los quarterones y puchueles, para contraer matrimonio entre si, ò con Español. Luego no sciendo ésta, con quien se pide la dispensacion, ni española, ni quarterona, ni puchuela, licita y validamente se podra dispensar, paraque case con el español su pariente, ò con quarteron. Adviertase aqui, que con estas personas dice la Bula, que no se dispense tan facilmente. (*Valeat* hæc resolutio, dum contrahere volunt sponsus & sponsa quorum pater & mater mixtindi sunt. Cum verò sermo sit de sponso quarterone, dispensari posse negandum est ut ad 1. quæsitum; nam quartero sicut & puchuelis & hispanus neophytus *non est*.)

Pregúntase lo 3., si se podra dispensar, paraque un Español ò quarteron case con una mulata hija de hermano, ò de cuñada suja? Para responder à esta pregunta, es menester advertir con Montenegro, si essa mulata fue hija de negra, ò de otra mulata. Si fue hija de negra y de español ò quarteron, cabe bien la dispensacion; pero si fue hija de otra mulata, y de español ò quarteron, no cabe; porque la mulata hija de español y de mulata es quarterona: y no puede dispensarse, paraque case con español la quarterona. (Et hîc & in sequentibus habenda est præ oculis animadversio primi & secundi quæsiti.) Assi Montenegro, cujas son [illegible] palabras siguientes: *La razon* es, porque esta mixtura de español y [illegible]egra en cada generacion va perdiendo la mitad de lo que tiene de t[illegible]smarinos, à quienes se concede este privilegio: y assi no es mucho q[illegible] à pocas generaciones vengan à tener tan poco de transmarinos, y tanto de europeos, que ya no se reputen por transmarinos, por no ser considerable lo que les queda de indio ò negro. Hasta aqui Montenegro l. 3. tr. 10. s. 7. n. 2. p. 4. (*Qui* dum ait, in singulis generationibus amitti medietatem sanguinis transmarini, intelligendus, dum in omnibus genitorum alter est europæus. De reliquo est falsa positio, ut patet in casu quæsiti secundi, in qua nata ex mixto & mixta nihil amittit de qualitate mixtindæ.).

Pregúntase lo 4. si puede dispensarse, paraque un indio ò mestizo case con hija de su sobrina carnal? (Hic legendum: *Si un* indio ò mestizo se entiende estar ya dispensado para casar con su sobrina *carnal*?) V. gr. Si el tio de Maria havra menester dispensacion para casar con hija de Maria? R. Que ya se supone dispensado, aunque la hija de Maria sea española. La razon es, porque este tio está con la hija de su sobrina en segundo con tercero grado de consanguinidad, de suerte que ya passa de segundo puro. Es assi que en los neophitos en passando del segundo grado por algun ramo, aunque por el otro esten dentro del segundo, se entienden ya dispensados por Paulo Tercero. Assi en terminos Thomas Sanchez (*a*), Veracruz, y otros que cita. Iten, Montenegro (*b*). (*Facultas* hîc memorata, qua licet Indis contrahere in tertio gradu, non requi-

(a) *Sanch. l. 8. De Matr. D. 21. n. 15.* (b) *Monten. l. 5. tr. 1. s. 12. §. 5. fin.*

Digitized by Google

requirit quod contractus fiat à neophytis inter se. Unde resolutio hac partè rectè habet, non obstante animadversione primi quæsiti. Et quòd gradus remotior solum computari debeat, vide supra Ord. 95. Adnot. 3.).

Pregúntase lo 5., si uno que tiene alguna mezcla de Indio, v. g. porque su bisavuelo fue Indio, se podra dispensar, paraque case con mestiza ò India hija de su hermano ò cuñado? Respondo que si; porque este tal que tiene ramo de Indio por su bisavuelo, se llama *puchuél*, y el puchél puede casarse con India ò mestiza parienta suia mediante la dispensacion. Porque la prohibicion de Clemente XI. solo es para que los puchueles y quarterones no se dispensen entre si; pero nô, quando el uno es puchuel y el otro neophito. (*Imo* Clementis concessio solum est ut neophyti inter se ad contrahendum per dispensationem habilitentur.)

Pregúntase lo 6., si uno que es hijo de mestiza, y no se sabe quien es su padre, podra dispensarse paraque case con su sobrina hija de su hermano, ò con la hija de su cuñada? La razon de dudar es, porque puede ser que su padre fuesse español, y siendo el padre español, el es quarteron. Con que no se puede dispensar paraque case con su sobrina española. No obstante digo, que podra dispensarse, porque *In dubio melior est conditio possidentis*. Y si el se tiene por mestizo, no hai razon, paraque no goze los privilegios de tal. Lo mismo se ha de decir de un hijo de mulata, cuio padre no se conoce; que se puede dispensar paraque case con parienta suia española. (Ratio pro hac resolutione adhibita est parum firma, si enim proloquium illud *In dubio melior est conditio possidentis*, trahere licèt invitum à possessione civili ad analogicam, potiori titulo dici ex illo potest ac debet, standum in dubio à communi lege, quæ in possiessione est obligandi eum qui se non probaverit exemptum. Nec præsumitur quis privilegiatus, nisi probet. Et ad pejora fiet illatio, si ut gaudeat quispiam mixtindorum privilegiis, sat est opinio privata, vel sine opinione simulatio, qua se pro mixtindo gerat.

Pregúntase lo 7., que causas seran bastantes para dispensar con los neophitos, para contraer matrimonio? Responde Montenegro, que los Indios no han menester tan riguroso examen de las causas en quanto à las dispensaciones que hacen los religiosos, supuesto que Paulo Tercero las halló tan bastantes y generales en todos, que les dispensa en el tercero y quarto grado de consanguinidad y affinidad. Essas mismas pueden servir para los demas grados è impedimentos que no son de derecho divino. Pero porque para los grados mas propinquos se requieren majores causas, el confessor vea si considerando el tiempo, lugar, y personas, se offrecen algunas que obliguen à la dispensacion del primero y segundo grado de affinidad, y segundo de consanguinidad. Assi Montenegro. Y entre otras causas, añade, ajudara el ver que alguno peligra de prevaricar en la fe por el amor que tiene à alguna parienta, ò porque hai probable riesgo de incontinencia, ò por la paz de algunas familias encontradas, y tambien quando de dispensarse se espera que cobrarán

mas

mas affecto y amor al miniſtro evangelico, y ſera medio paraque reciban mejor la lei de Dios. Haſta aqui Montenegro.

Pregúntaſe lo 8., ſi haviendo diſpenſado en el impedimento de affinidad *ex copula illicita*, *in foro conſcientiæ tantùm*, deſpues de caſados ſe hace publico eſte impedimento, que ſe havra de hacer? Pongo el caſo: Vino Pedro à pedir diſpenſacion para caſarſe con Juana, porque havia tenido que ver con ſu hermana ò madre de Juana. Dixo, que el impedimento era oculto, y en eſta fe ſe diſpensó, y luego ſe casó. Deſpues de algun tiempo ſe publico, que havia tenido que ver con la hermana ò con la madre de ſu muger. Qué ſe hara en eſte caſo? El P. Thomas Sanchez dice (*a*), que el tal matrimonio es nullo en el fuero externo, porque la diſpenſacion fue ſolo para el interno. Y aſſi el juez eccleſiaſtico los debe aptar haſta que ſe les diſpenſe en el fuero externo. Y quien podra dar eſta diſpenſacion? Lo cierto es que por eſte privilegio ni el Ordinario, ni otro alguno puede. *An verò* ratione alterius privilegii Ordinarius diſpenſare poſſit, ipſe viderit. Certiſſimum eſt, virtute Bullæ Cruciatæ non poſſe (*b*) ut conſtat ex verbis Bullæ, & evidenter demonſtrat Mendo, & Bardi in Bullam *Cruciatæ*.

Pregúntaſe lo 9., ſi ſe podría diſpenſar en el fuero externó en los impedimentos de conſanguinidad y affinidad *ex matrimonio*, en virtud de eſtas facultades? V. g. para que uno ſe caſe con ſu parienta en grado prohibido por la igleſia. Reſpondo, que sî, porque aſſi lo dice la Bulla de Clemente XI.: *In utroque foro gratis diſpenſandi*. (*Et hinc* patet, non fuiſſe Jeſuitas, ut ex lege quadam vulgus accepit (*c*), incapaces ratione profeſſionis & proprii inſtituti omnis exercitii juriſdictionis externæ. Incapaces erant quidem exercendæ juriſdictionis externæ ex officio cui eſſet addicta juriſdictio, non ex commiſſione cum opere tranſitura & deambulatoria; ut in præſenti privilegio ipſis & cumulativè & privativè reſpectu Ordinariorum *collato*.)

Pregúntaſe lo 10., ſi para dar eſta diſpenſacion en el fuero externo, es meneſter que ſe dê ante el notario eccleſiaſtico y ante teſtigos? R. Que no, porque nada de eſto pide el privilegio que lo concede; aunque por la publicidad bueno fuera que la diſpenſacion ſe diera delante de algunos que la oieſſen dandola por eſcrito al neophito, paraque en ningun tiempo puedan moleſtar a quien aſſi ſe caſe. (Vide Ord. 600.)

Pregúntaſe lo 11., qual ſera la forma de eſta diſpenſacion que ſe da por eſcrito? R. Que la ſiguiente. = Yo N. N. por virtud del privilegio concedido por la Santidad de N. N. y comunicado à mi, hê diſpenſado con N. N. neophito, paraque contraiga matrimonio con N. N. en tal ò tal impedimento que me conſta ſer publico. Y paraque conſte, y no ſe le ſiga en algun tiempo detrimento alguno al dicho N., con quien tengo diſpenſado, le di eſta firmada de mi nombre à tantos de tal mes, año, &c.

OR-

(a) *Sanch. l. 3. De Matrim. d. 25. n. 25.* (b) *Vide infra Ord. 594.*
(c) *Vide Ord. 522. Adnot. VIII.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDLI.
Anno 1701. 25. Jun.

OMnia privilegia spiritualia & temporalia qualiacumque sint, dummodo (I) sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, aut sacris canonibus, aut Concilii Tridentini decretis, aut apostolicis constitutionibus, aut ordinationibus, aut regularibus institutis non adversentur, Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Regulari Ministrantium infirmis concessa & concedenda, ad Congregationem Regularem S. Hippolyti Mexicanensis extenduntur perpetuo (II) & communicantur. Ex Bullar. Rom. tom. X. C. 22. Clementis XI. Incipit *Injuncti*.

ADNOTATIONES.

(I) *Dummodo*. Notat Fr. Dominicus Lossada (*a*), Clementem VIII. & Paulum V. fuisse primos; qui clausula *Dummodo non sint revocata* usi sunt. Sed P. Suarez nominat ante Clementem VIII. Gregorium XIII. & Sixtum V. eas clausulas omnes, *Dummodo sub nullis revocationibus sint comprehensa*, *Dummodo Concilio Tridentino contraria non sint*, in privilegiorum confirmationibus adhibentes. Et Fr. Gabriel de Guillistegui postea Episcopus Paraguayensis ait (*b*), Julium Tertium induxisse stylum confirmationes modificandi, *Quatenus* privilegia sint in usu, & sacris canonibus & Concilii (sermo erit de Tridentino jam aperto, nondum confirmato) decretis non *adversentur*. Et quidem Const. 14. hujus Pontificis (*c*) fit mentio Concilii Tridentini; sed fit illa ut dispositio quædam obtineret sine præjudicio indultorum *ante Concilium tamen Tridentinum concessorum*. Expressius Pius IV. postquam Concilium Tridentinum confirmaverat, eam formulam adhibere cœpit, & sanctam esse voluit, ut patet ex ejus Const. 110. §. 177. ibi (*d*): *Dummodo Concilio Tridentino non repugnent*.

(II) *Communicantur*. Quamvis clausula, de qua nuper, non esset apposita, communicationem non extendi ad Tridentino contraria, scripsit Card. Petra (*e*). Oppositum contingit in prima concessione, ad cujus efficaciam non est opus expresse derogare decretis Tridentini, quæ forte contraria sint ex declaratione Sacræ Congregationis apud eumdem (*f*).

Sed dupliciter adversari possunt privilegia Tridentino, nempe materialiter & formaliter sive Tridentino non habenti, & habenti clausulas contrariorum derogatorias, ut post alios notat P. Forti (*g*), qui simul explicat clausulas, de quibus Adnotatio præcedens. *Sensus*, inquit, clausulæ *quatenus sint in usu* ex Pellizzario (*b*) est, si adhuc sunt in usu, seu si con-

(a) *Chronol. Privil. Ind.* (b) *Guillig. Apol. Ord. Pœnit. P. 6. §. 4. n. 8.* (c) *Tom. IV. Bullar. Rom.* (d) *Tom. eod. P. 2.* (e) *Petra, t. IV. ad C. 2. Urb. V. n. 24.* (f) *Id. t. III. ad C. 18. Innoc. IV. n. 20.* (g) *Forti, Art. 22. De Conserv. Reg. n. 218.* (h) *Pellizz. tr. 8. Man. Reg. c. 1. s. 2. n. 28.*

Digitized by Google

si contra ea non est sufficienter præscriptum, aut eo modo quo sunt in usu, ita ut si pars tantùm sit in usu, secundum eam tantùm privilegia confraternitatibus competant... Sensus clausulæ, *Quatenus* decretis Concilii Tridentini, aut Constitutionibus apostolicis non adversentur ex Lezana est, *Si decretis* Concilii Tridentini habentibus clausulas derogatorias privilegiorum non adversentur. Enim vero possunt privilegia adversari Concilio, ubi clausulas derogatorias habet, & ubi non. Primi generis jam non valent; secundi generis privilegia adhuc subsistunt. Quod probabile putat Rodriguez, Portel, Suarez, Cespedes. Hæc habet Forti citatus.

ORDINATIO CDLII.
Anno 1701. 25. Jun.

UT decedente in aliquo hospitali S. Hippolyti Fratre presbytero, alius ad minores ordines unica die, ad sacros tribus, non continuis, sed aliquo temporis intervallo arbitrio Ordinarii definiendo interpolatis, etiam extra tempora & interstitiis non servatis, promoveri valeat. Ex Bullario Romano C. 23. Clem. XI. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CDLIII.
Anno 1702. 17. Jun.

UT Fratres Bethleemitæ processionibus publicis interesse non teneantur. Extat ibid. C. 34. Incipit *Solicitudo*.

ORDINATIO CDLIV.
Anno 1702. 4. Jul.

CArolus Patriarcha Antiochenus constituitur commissarius apostolicus & Sinarum visitator, aliarumque regionum orientalium. Meminit Clemens XI. C. *Cum Nos*. 95. tom. X. Bullar. Rom. Part. 1.

ORDINATIO CDLV.
Anno 1702. 24. Nov.

COnstitutio Innocentii XII. pro primatu provinciæ S. Didaci Minorum Discalceatorum in Indiis contra Eremitas S. Augustini provinciæ Nominis Jesu confirmatur, deputatis in executionem etiam Inquisitoribus fidei. Extat ibid. C. 43. Incipit *Aliàs*.

ORDINATIO CDLVI.
Anno 1703. 3. Maji.

CUm Episcopus Quebec significasset, barbarorum aliquos etiam militiæ christianæ adscriptos nullum religionis specimen exhibere; hoc enim habent

Digitized by Google

habent in more positum, ut statim ac filius nascitur, eum christianis offerant baptizandum, is verò ut adolevit à religionis nostræ sanctimonia abhorret, parentum scilicet exemplo edoctus: Cumque postulasset Episcopus, iis ne infantibus sacramentum baptismatis esset conferendum, in Congregatione Sancti officii responsum fuit (I), baptismum conferre infantibus non licere, qui filii infidelium essent, & in eorum potestate mansuri (II). Hoc tamen decretum eos excepit pueros, qui gravissimè ægrotantes vita periclitarentur: *Non licere si sint filii infidelium, & in potestate eorum relinquendi, secluso tamen mortis imminentis periculo.* Licere autem si filii barbarorum sint, sed jam Christi militum, dum tamen aut à viris apostolicis ibi degentibus, aut ab ipsis parentibus de sanctæ religionis præceptis ac mysteriis edoceantur cum adoleverint: *Licere vero si sint filii barbarorum baptizatorum; curandum tamen per missionarios, ac per ipsosmet eorum parentes, ut cum ad annos discretionis pervenerint, à se vel ab aliis instruantur præsertim in illis regionibus si non prævideatur in promptu adfuturos ministros evangelicos, qui in hoc parentum commodè supplere possint defectum.*

Dubium aliud sive quæstio ab Episcopo Quebec S. Officii Congregationi proposita est, & definita eodem die 3. Maji 1703.: *Utrum* antequam adulto conferatur baptisma, minister teneatur explicare ei omnia fidei mysteria, præsertim si est moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius; an non sufficeret si moribundus promitteret fore, ut ubi è morbo convalesceret, instruendum se curet, ut in praxim redigat quod ei præscriptum fuerit? Respondetur, non sufficere promissionem, sed missionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non sit, explicare mysteria fidei quæ sunt necessaria necessitate medii, ut sunt præcipuè mysteria Trinitatis & *Incarnationis*. Ita ad verbum habetur in Epistola Benedicti XIV. ad suum in Urbe Vicarium Archiepiscopum Tharsensem, tom. 2. Bullar. Bened. data 28. Febr. 1747. num. 23. & 41. pag. 201. & 218. Edit. Rom. 1749.

ADNOTATIONES.

(I) *Responsum fuit.* Sæpe aliàs, ut 16. Febr. 1639. responderat Sacra Congregatio apud Pittoni (*a*), quod *filii* judæorum non sunt invitis parentibus baptizandi, donec veniant ad ætatem legitimam, & tunc si ipsi filii consentiant. Ætas verò legitima regulariter censetur expleto *sexennio*. Et Julius Tertius imposuit pœnam suspensionis baptizantibus filios hæbreorum (Non infidelium, ut habet P. Marin (*b*); quamquam in pluribus decretis, quæ de judæis sunt, ii generali nomine infidelium appellantur, & intelliguntur, ibi maximè ubi infideles alii non sunt, ut Romæ, præter judæos). Julii decretum vide apud Pignatelli (*c*).

Sed

(a) *Pittoni, CC. ad Paroch. sub eo die & anno.* (b) *Marin, D. 2. De Bapt. sect. 4.* (c) *Pignat. tom. IV. C. 192. n. 51.*

Digitized by Google

Sed an alia ſit habenda ratio de infidelibus paganis, præſertim americanis, dubitaverit quis ex eo quod notat Gloſſa marginalis in can. 10. 28. q. 1. ibi: *Pagani* citius trahuntur ad fidem quam *judæi*. Et Gloſſa etiam marginalis ante can. 1. ibid.: *Judæi* faciliùs fallunt animas quam *pagani*. Odium quoque judæorum in chriſtianorum nomen, fidem, & baptiſmum rabidius eſt: ex quo majora mala eſſent timenda, ſi filii invitorum & repugnantium baptizarentur, ut patet ex eo quod in Hiſtoria Eccleſiaſtica ad annum 1496. memoriâ proditur, quando Joannes Secundus Portugalliæ Rex hæbreorum filios quatuordecim annorum ætate minores à parentibus invitis abduci fecit baptizandos, nempè plures proprios filios, ne baptizarentur, in puteos præcipitaſſe, & alios præ dolore & rabie ſibimet intuliſſe manus.

Idem ferè quod de judæis, cenſeri poteſt de ſaracenis, ſeu mahumetanis, de quibus alii ſunt textus, & quorum averſio à baptiſmo major eſt quam paganorum, Novi præſertim Orbis, qui quo magis aſſimilantur brutis plus habent de infidelitate negativa, & quos turmatim ad baptiſmum etiam iteratum adduxeris oblato tantùm aquæ-vitæ vitro.

In præſente verò Sacræ Congregationis reſponſione ad Americanum Antiſtitem directa dubitandum non eſt, quin ſermo ſit de paganis etiam, & infidelibus americanis, ut erant Iroques, Hurones, Abenaquiſii, & ſimiles, quos tantum fert illa Quebec regio, qui cum judæis & ſaracenis nihil habent commune. Eſſet tamen opus hanc reſponſionem in concordiam redigere cum Brevi, de quo ſupra Ord. 20., ſi conſtaret datum illud eſſe ad baptizandos omnes Indorum filios vel invitorum. Et videtur ad hoc eſſe datum, ad baptizandos quippe filios Indorum, his volentibus nullo Brevi erat opus. Vide Ord. 463.

(11) *Manſuri in eorum poteſtate*. Igitur ſi filii in poteſtate parentum infidelium manſuri non ſint, præſens oraculum, quidquid de aliis ſit, non obſtat quominus baptizentur. At de quolibet infante americano probabilius eſt non permanſurum in poteſtate parentum, nec apud infideles poſt infantiam, quia videlicet probabilius eſt, non eo perventurum ut infantiam excedat, & diſcretionis pertingat annos. Conſtat teſtimonio medicorum apud Laiman & Gobat (*a*), vix tertiam infantium partem ad ætatem diſcretionis pervenire. Et quod in pluribus contingit, probabilius eſt fore ut cuilibet contingat particulari. Imò eſt certum ea morali certitudine, de qua D. Thomas (*b*) loquitur, qui cum ſibi objeciſſet quòd regula morum debet eſſe certiſſime, reſpondet, *Quòd* non eſt eadem certitudo quærenda in omnibus, ut in 1. Ethic. (lect. 3.) dicitur. Unde in rebus contingentibus, ut ſunt naturalia & res humanæ, ſufficit talis certitudo, ut aliquid ſit verum ut in pluribus, licet interdum deficiat in *paucioribus*.

Quodſi periculum non perveniendi ad annos diſcretionis ex ea qualiquali certitudine grave eſt in infantibus quibuſcumque, etiam iis qui nutrium-

(a) *Gobat, tom. 1. tr. 2. n. 324.* (b) *D. Th. 1. 2. q. 96. a. 1.*

triuntur in croceis, de quibus indiscriminatim loquuntur authores & medici, gravissimum esse in Indis Americanis suadent sequentes rationes. 1. Frequentes inter illos epidemiæ, quæ tenerioribus ætate magis exitiales sunt. 2. Sylvatica vivendi ratio sine foco, sine tecto, quo à climatum intemperie tuti sint. 3. Barbara matrum, & nutricum incuria, quas etiam postquam christianæ sunt, necesse est aliquando verberibus adigere ad lactandos filios. 4. Earumdem matrum non unius regionis dira pietas, quæ ut filias adultas à vivorum acerbitate liberent, clam sepeliunt vivas in infantia. 5. Tygridum & viperarum morsus & plaga læthalis sævientium passim in adultos, multo magis in ætate inermes, & cavendi nescios. 6. Quod hæc & alia pericula infantibus imminentia sunt plura quo latiùs infantia protenditur, ut in Indis Americanis contingit, quibus illucescere seriùs quam aliis rationis usum, notum est & scripsit Avendaño (*a*). 7. Quod infantium americanorum cladem, & puerorum oportet esse maximam, quandoquidem gens de cœlibatu parum solicita vel prorsus ignara, in dies numero cadit, ut notum etiam est, tam in regionibus Americæ borealis prope Quebec, de quo pluribus in locis testatur Charlevoix (*b*), quam in partibus Americæ meridionalis.

Eadem ratione periculum subversionis in infante baptizato non est tam propinquum & imminens ut aliàs, quatenus pauciores sunt qui infantiam excedant, & ad ætatem perveniant subversionis capacem. Minus certè non est subversionis & à fide suscepta defectionis periculum in americano adulto caput è sylvis extrahente & offerente ad baptismum, attenta gentis & genii instabilitate. Nec minus est periculum in filiis hæreticorum, ut à parentibus subvertantur. Et tamen illos baptizare praxis est a viris piis & doctis per Germaniam observata, ut testatur Gobat & Laiman (*c*). Idem periculum subversionis est in filiis barbarorum, de quibus Episcopus Quebec ad Sacram Congregationem retulit, esse quidem per baptismum adscriptos militiæ christianæ, nullum tamen religionis assumptæ præbere specimen, nec imbuere filios nisi illius horrore, etiamsi baptizandos obtulerint. Et tamen S. Congregatio in præsenti Ordinatione respondit licere filios tales baptizare, dummodò curetur qua fieri possit, ut ritè instruantur adulti.

Quodsi ad baptizandos infidelium filios, necessarium esset illos abstrahere; quamvis abstinendum sit ob incommoda rei christianæ imminentia; abstractio tamen causâ spiritualis filiorum salutis facta non videtur fore parentibus injuriosa; quatenus inquam necessarium sit ad aperiendam eorum filiis salutis viam, quam ut obstruant parentes nullum jus, potestatem nullam habent à natura. Fr. Martinus à Torrecilla (*d*) refert Capuccinos suos in Benin, Sierraleona, Caracas, & Missionibus aliis solitos esse filios infidelium invitis parentibus baptizare. Quorum praxis si approbetur, ad decreta quæ possunt objici præsenti resolutioni conformia, dicen-

(a) *Avend. P. X. Auctar. n. 223.* (b) *Charlev. Hist. de la N. Fr. tom. 2. l. 7. p. 66., & l. 8. pag. 107.* (c) *Laim. cap. 6. De Bapt. n. 12.* (d) *Torrec. tom. 2. Consult. tr. 4. cap. 4.*

Digitized by Google

dicendum, esse facta, & prohibitum filios invitis parentibus baptizare, non quia hoc sit intrinsecè malum & per se illicitum, sed quia est malum & illicitum ob incommoda, mala, & pericula inde in rem christianam imminentia. Unde si aliquando periculum absit hoc, præsertim si circumstantiæ tales sint, in quibus non tantùm negativè absit periculum, sed contrariè; hoc est, quando & periculum abest, quia parvulus v. g. baptizatur clam, & aliunde in eo quod baptizetur tunc, nec differatur occasio, vertitur, infantis salus baptizari poterit ac debebit, invitis etiam parentibus, saltem ibi ubi speciale periculum est, ne moriatur infans in infantia, & adhibita cura possibili, si supervivat, ut christiana educatione donetur.

De S. Pio V. dicitur in Historia Societatis Jesu (*a*): *Hæc erat Pontificis sententia, ubi sacerdotes deessent, per quos baptizati in religione continerentur, modum tingendis hominibus adhibendum.* Modus autem hic pertinet ad curam supra demandatam à S. Congregatione, ut scilicet sacerdotum defectus quorumlibet aliorum ministerio suppleatur, ne baptizatis capacibus desit instructio necessaria. Quo modo adhibito, & parvulorum vita in discrimen conjecta, atque incommodis malisque quo ad ejus fieri possit devitatis, licet invitis parentibus filios infidelium paganorum, præsertim barbarorum Novi Orbis baptizare. Etiam de Saracenis id tradunt Canonistæ plures cum Picler in libr. V. Decretal. tit. 6. *De Jud. Sarac. & eor. servis*.

Ex dictis collige, quid sentiendum in facto sequente: Sunt in finibus Paraguayi Chiriguani barbari olim baptizati sub cura & doctrina PP. Dominicanorum, sed percussis religiosissimis pastoribus, dispersi in fidem christianorum & hispanorum rebellarunt. Regressi tamen post magna promissa vitam agunt apostatarum, quos tolerare malum est necessarium. At filios baptizari non renuunt: imo ultro offerunt baptizandos. Dubium est an baptizari possint, an debeant. P. Joannes Pastor olim Paraguariæ Provinciæ missionarius & Provinciales S. J. (*b*) quemdam in casu simili commonefecit, ne properaret conferre baptismum infantibus Matararum gentis, donec in ea firmaretur exercitium christianæ religionis. Idque tenendum, nisi parvulus dilato baptismo de salute periclitetur. Illud est certum, infantem validè baptizari, qualiscumque sit parentum voluntas, vel fides, aut infidelitas.

ORDINATIO CDLVII.

Anno 1703. 23. Jun.

PErpetuò conceditur facultas applicandi quasdam indulgentias defunctis per modum suffragii confraternitati B. M. Virginis immaculatè conceptæ in ecclesiis Fratrum de Mercede Mexici. Ex Bullar. Rom. C. 50. Clem. XI. Incipit *Cum sicut*.

OR-

(a) *Hist. Soc. P. 3. lib. 4. n. 273. circa ann. 1568.* (b) *Apud Charlev. Hist. del Parag. lib. 9. pag. 467.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDLVIII.
Anno 1704.

UT missionarii reformati Ordinis Minorum post ministerium duodecim annorum præstitum in Æthiopia Sacræ Congregationi de Propaganda, si in suas provincias redire voluerint, gaudeant Ex-provincialium privilegiis. Ibid. C. 54. Incipit *Justitiæ*.

ORDINATIO CDLIX.
Anno 1704. 13. Febr.

UT Rectores Provinciales Discalceatorum Ordinis S. Augustini Congregationis Hispaniæ & Indiarum ob renuntiationem & privationem assumpti gaudeant eisdem privilegiis quibus Provinciales absoluti. Ib. C. 57. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO CDLX.
Anno 1704. 20. Nov.

COnfirmantur decreta seu responsa S. Congregationis ad quæsita seu excerpta ex mandato D. Caroli Maigrot circa ritus sinenses. Ibid. C. 68.

ORDINATIO CDLXI.
Anno 1704.

AD triginta annos decrevit Clemens XI., ut vacantibus in Philippinis Ecclesiis Zebuana, Segobiensi, & Cacerensi, quæ Capitulo carent, administratio esset penes Episcopum viciniorem. Qua ratione in administratione Ecclesiæ Zebuanæ succedet Episcopus Cacerensis, Archiepiscopus in Cacerensem, & Segobiensem. Ita habet P. Eugenius Lopez in M. S. Estque ordinatio conformis factæ ut vacantem Ecclesiam Goanam administret Episcopus Goccinensis, de qua supra Ord. 137. 232. & 389.

ADNOTATIONES.

Eamdem viguisse disciplinam antiquitùs constat ex Concilio Rhegiensi, vel potiùs Rigensi, aut Regenensi in Gallia Narbonensi celebrato anno 439. cujus canon 5. sic habet (a): *Stabili* definitione consultum est, ut de cætero observaretur, nequis ad eam Ecclesiam quæ Episcopum perdidisset, nisi vicinæ Ecclesiæ Episcopus exequiarum tempore accederet: qui tamen Ecclesiæ ipsius curam districtissimè gereret, nequid ante ordina-

(a) *C. Rheg. apud Bail. in Summa Concilior. tom. 1. pag. 141.*

nationem discordantium in novitatibus clericorum subversione liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio, recensioque rerum mandatur.

Sed quid fiet ubi Papa de administratore substituendo non providit, & non est Capitulum, cujus negligentiam suppleat Metropolitanus, aut suffraganeus antiquior, aut vicinior juxta Tridentinum (*a*), & *cap. fin. De suppl. negl. Præl. in 6.*? Casus contigit aliquando in Ecclesia Tucumanensi, ubi Capitulum quatuor aut quinque præbendatis constans modò, quando hæc scribuntur, totum est in uno, & olim redactum est ad nullum, mortuo etiam qui Vicarium agebat Capitularem. P. Petrus Lozano in M. S. (*b*) inquit: *Respondieron* del Peru lo que es llano en derecho, que podian (los quatro Beneficiados no prebendados de la Cathedral) proceder à eleccion de Vicario *General*.

Videndus tamen Benedictus XIV. (*c*), qui postquam tradiderat, Capitulo Vicarium eligere negligente, electionem in Ecclesia suffraganea ad Metropolitanum, in Metropolitana ad antiquiorem, in exempta ad propinquiorem pertinere, subdit: *Idem* juris est, si ecclesia vacans careat Capitulo, à quo Vicarius constitui queat. Si tamen contingat vacare Ecclesiam suffraganeam carentem Capitulo tempore quo etiam Metropolitana est suo pastore viduata, in hoc casu electionem Vicarii non expectare ad antiquiorem ex suffraganeis, ut nonnulli opinabantur, sed ad Capitulum vacantis Ecclesiæ Metropolitanæ, censuit Sacra Congregatio Concilii, à qua cum quæsitum fuisset 1. An vacante Ecclesia suffraganea Capitulo carente, illius administratio, & Vicarii sede vacante deputatio spectet ad Metropolitanum, & quatenus Ecclesia Metropolitana pastore careat? 2. An spectet ad Capitulum ejusdem Ecclesiæ Metropolitanæ, vel potiùs ad antiquiorem suffraganeum Episcopum? Eadem die 28. Aug. 1683. ad 1. respondit affirmativè. Ad 2. spectare ad Capitulum Metropolitanæ. Idemque responsum dedit 14. Aprilis 1685. Hucusque Summus Author.

ORDINATIO CDLXII.
Anno 1705. 30. Jan.

DEcernitur ac declaratur, jus (I) visitandi regulares in iis quæ concernunt curam animarum (II), ac sacramentorum administrationem, Archiepiscopo Manilano, aliisque Episcopis in Insulis Philippinis (III) competere: neque eosdem regulares parochias seu doctrinas, sub censurarum aliisque pœnis dimittere posse. Quia scilicet dicti doctrinarii protestati erant, se potiùs velle parochias deserere, quam visitationi subesse. Ex Bullar. Rom. C. 71. Incipit *Cum sicut*.

AD-

(a) *Trid. s. 24. c. 16.* (b) *Lozano, Conq. del Parag. &c. Tucuman. cap. 13.*
(c) *B. XIV. lib. 2. De Synod. Diæc. c. 9. n. 1. pag. 54.*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Decernitur ac declaratur*. Id ipsum decretum declaratumque fuit 6. Febr. 1627. cum expressa derogatione Pii V., quo nitebatur doctrinariorum regularium exemptio. Et à S. Rota decisum est 10. Mart. 1700. apud Pittonum (*a*), quod jurisdictio visitandi parochos, & ecclesias regulares curatas, erectas ex alterius territorio, & potestas (fortè positas) in sua diœcesi spectat ad Episcopum, tam ex dispositione juris communis, quam Concilii Tridentini; nam concors est & pacificus Canonistarum consensus, quòd semel ac ecclesiæ monasteriorum habeant annexam curam animarum, & regularibus committitur eadem cura, semper in iis quæ concernunt dictam curam & administrationem sacramentorum, de jure communi subjiciuntur Episcopis, non suffragante quacumque exemptione eis concessa, quia ista exemptio non comprehendit curam animarum, nec presbyterum illam regentem. In quorum executionem Jus Indico-Hispanicum sic habet (*b*): *Estando* assentado por derecho, y declarado por la Congregacion de EE. CC. del Concilio de Trento, que los curas religiosos deben ser visitados en todas las cosas que son en *officio officiando*... conforme à esta regla deben proceder los Arzobispos y Obispos en las visitas castigando, reformando, y removiendo todo lo que fuere justo, guardando el Santo Concilio de Trento en las *appellaciones*. Vide supra Ord. 197. & infra Ord. 596.

(II) *Curam animarum*. Quænam sint quæ animarum curam concernunt & officium parochiale, explicat cit. lex indica ibi: *Puedan* visitar Iglesias, el Santissimo Sacramento, crisma, confradias, limosnas de ellas.... todas las cosas que no pudieran hacer, ni pudieran ser obedecidos ni tuvieran execucion, sino fueran tales *curas*. Quodsi contingat complicari, quod officium parochiale concernit cum pertinentibus ad disciplinam regularem, corrigendus erit parochus quoad primum per Episcopum admonito Prælato regulari quoad reliqua. Quodsi negligat Prælatus regularis, poterit Episcopus ipse ea ratione & modo corrigere quo tamquam Sedis Apostolicæ delegatus potest animadvertere in exemptos non parochos, ut lex citata prosequitur.

(III) *In Philippinis*. Postquam schedulæ regiæ, de quibus nuper, executioni datæ sunt in Peruvio & Mexico, Ill. Poblete Archiepiscopus Manilanus easdem denuntiari fecit in Philippinis circa annum 1655., ut ibi jus idem obtineret; sed reclamarunt religiones recursu ad Principem facto, ut Brevis Piani favorem tueretur ibi ubi tantus erat parochorum sæcularium defectus, nec post duodecim annos à throno prodierat responsio, continuato interea functionum parochialium usu per regulares independenter à Diœcesano, ut refert P. Hieronymus Ortega in *Defensione Provinciæ Philippinarum*. Et specialis ratio in illis partibus militans à rarita-
te

(a) *Pittoni, CC. ad Regul. n. 4110.* (b) *Leg. 28. tit. 15. lib. 1. Recop. Ind.*

Digitized by Google

te parochorum petita necessariam fecit præsentem declarationem ad illas determinatam.

ORDINATIO CDLXIII.
Anno 1705. 18. Febr.

S. Inquisitionis Congregatio ad quæsitum Ill. Maigrot Episcopi Canonensis, & Apostolici per orientem Commissarii, An filii infidelium possint invitis parentibus baptizari? respondit audito voto consultorum, non licere nisi in articulo mortis. Refert Benedictus XIV. in epistola supra 3. Maji 1703. laudata, ubi disserit, an contingere unquam possit occasio, in qua filios reluctante parentum arbitrio baptizare liceat, & conveniat. Subjungitque: Si puer projectus esset, omnium sententia est, pluribusque confirmata judiciis, eum baptizari oportere, reclamantibus etiam, repetentibusque parentibus. Et inferius deducit, conferendum esse baptismum, sed absque violentia, & omni injustitia seposita.... quamvis mater filios sui juris non habeat, si ad fidem accedat, filiumque ad baptismum offerat baptizandum, quamvis pater reclamet... Conferendum esse baptismum infantibus christianorum Turcis nuptarum, si constet mortem oblato puero imminere..... Quodsi nullum adsit vitæ periculum, oportet omnes expendere circumstantias. Refert ibidem, Sanctissimum, auditis votis Cardinalium S. Inquisitionis decrevisse baptismum duorum infantium patris judæi, qui eos primum obtulit, sed quem facti deinde pœnituit. Et tandem quod rei difficultas in causa fuit, cur missionariis responsio cathegorica sit negata enixè postulantibus, an liceret baptismum conferre infantibus oblatis ex cupiditate.

ORDINATIO CDLXIV.
Anno 1705. 8. Maji.

UT in ecclesiis Excalceatorum S. Francisci Mexicanæ Provinciæ, quolibet sabbato non impedito officio duplici primæ, aut secundæ classis, exceptis sabbato sancto, & sabbatis infra octavas Resurrectionis, & Pentecostes, Vigiliaque Nativitatis si in sabbatum inciderit, non omissa conventuali, unica missa votiva de B. Maria Virgine celebrari possit. Extat cit. tom. X. Bullar. Roman. C. 74. Clem. Incipit *Emanavit*. Simile quid haud ita pridem sine limitatione ad Mexicum concessum esse vulgò fertur à Clemente XIV. (*a*), ut scilicet Minores de observantia omni sabbato, festo duplici 1. aut 2. classis non impedito, possint missam de Immaculata Conceptione cantare, non omissa conventuali.

OR-

(a) *Notizie del Mondo*, *Martedì* 21. *Ag.* 1770. Roma.

ORDINATIO CDLXV.
Anno 1705. 15. Sept.

COnfirmatur Manuale ceremoniarum provinciæ S. Evangelii de Mexico per Fr. Isidorum de Castañeira Ordinis S. Francisci de observantia. Ibid. C. 77.

ORDINATIO CDLXVI.
Anno 1705. 12. Dec.

NE Minister Provincialis Discalceatorum S. Francisci provinciæ S. Didaci Mexicanæ possit sine consensu Definitorii & Discretorii cedere juri præcedendi Eremitanos S. Augustini. Ex eod. Bullar. C. 80. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO CDLXVII.
Anno 1706. 15. Januar.

NE ad Ordinem Prædicatorum in Provincia Angelopolitana admittatur quicumque illegitimus, ex soluto etiam & soluta ortus, absque licentia in scriptis Magistri Generalis. Extat ibid. C. 84. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDLXVIII.
Anno 1706. 19. Jan.

CAusam inter Episcopum Carthaginensem in Indiis occidentalibus ex una, & Inquisitorem ac Ministros Curiæ laïcalis, nec non Archiepiscopum S. Fidei & Episcopum Sanctæ Marthæ ex altera parte vertentem dirimere volens Clemens XI., de Congregationis specialiter deputatæ consilio, omnia acta per Episcopum Carthaginensem esse rite & bene gesta, & contra eum gesta esse nulla & attentata declaravit, & ad majorem cautelam illa revocat. Præfatum Archiepiscopum & Episcopum S. Marthæ, cæterosque nominatos monet, ut consulant conscientiæ suæ. Quoad alios ecclesiasticos etiam regulares delinquentes Episcopus procedat, & excommunicati curent sibi ab eo absolutionem concedi, qui prævio edicto illam offerat comparentibus intra terminum præfigendum, excepto quodam Canonico, cui Episcopus injungat ut Romam adeat, firmis remanentibus privatione canonicatûs, aliisque pœnis per Episcopum inflictis. Præterea decernit, Inquisitionis Tribunal Carthagine removendum. Quoad adhærentes Episcopo declarat, omnia illis damna esse reficienda. Subjectionem monasterii Sanctæ Claræ eidem Episcopo cum privatione officiorum, vocisque activæ & passivæ fratrum qui complices de commissis contra monasterium & moniales reperti fuerint, confirmat. Omnia alia monasteria exceptis Augustinianis à jurisdictione religiosorum eximit, & Episcopo subdit, cujus commendatur zelus. Extat ibid. C. 85. Incipit *Ex Commissi*.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

De eadem causa videtur loqui Card. Petra (a) dum ait: *His addendum censui casum, qui evenit anno 1686. circiter in Indiis cum Episcopo Carthaginensi. Cum enim iste fuisset declaratus publicè excommunicatus ab Inquisitore, censuras nullas fuisse declaravit Innocentius XI., ut constat ex epistola Cardinalis Cybo tunc ministri primi ex oraculo, ut moris est, Papæ. Quæ epistola fuit data Romæ 24. Januarii 1687. directa eidem Episcopo, in qua adsunt inter cætera hæc verba: Dichiarando di già la Santità Sua nulle le scommuniche degl' Inquisitori contro di lei, per non haver il Tribunale dell'Inquisizione autorità sopra i Vescovi se non in materia di fede, e ricercandosi anco in questo caso speziale commessione segnata dal Sommo Pontefice, e valide le fulminate da V. S. I. contro l'Inquisitore *stesso*.

Imo cum dissensiones illæ fuerint relatæ in Consilio Supremo Indiarum apud Regem Catholicum, hæc consultatio providit, in qua post enuntiatam exemptionem Episcoporum ab Inquisitione Generali, fundatam in legibus, conciliis, & bullis apostolicis, & communi doctorum censura adsunt hæc verba: *Ed in quello* che riguarda che la Maestà Vostra interponga la sua Reale Autorità e regia protezione acciò che venga sospesa l'esecuzione di quello che è stato ordinato dalla S. S. per esser contrario alle Bolle Apostoliche, ed a' privilegii dell'Inquisizione, le di cui cause non possono portarsi a Roma, dice il Consiglio dell'Indie non esser di parere che habbia alcuna ragione in questa istanza il Consiglio dell'Inquisizione, e non esser questo un caso nel quale la Vostra Maestà deve interporre la sua Regia Auttorità, stante non esser commessa all'Inquisizione la cognizione delle cause de'Vescovi, ed esser questa riservata alla S. S., e toccar alla V. M. la prottezione de' Vescovi mediante la disposizione del Concilio di *Trento*. Hucusque Emin. Petra. Et quoad remotionem Tribunalis Inquisitionis à Civitate Carthagine, quidquid de aliis sit, executione caruit; nam hodiedum ibi permanet, ut in suo Dictionario testatur P. Colletti V. *Cartagena*.

ORDINATIO CDLXIX.

Anno 1706. 1. Febr.

UT Eremitæ S. Augustini, qui in Congregatione Indiarum orientalium Vicarii Provincialis munere functi sunt, Ex-provincialium postquam in provinciam Portugalliæ reversi fuerint, gaudeant privilegiis. Extat in cit. Bullar. C. 87.

OR-

(a) *Petra, tom. 2. ad C. 2. Leonis IX. sect. 1. num. 73. pag. 240.*

Digitized by Google

ORDINATIO CDLXX.
Anno 1707. 1. Jan.

DEclaratur nullum edictum Ill. Augustini de Annuntiatione Archiepiscopi Goani contra jurisdictionem Commissarii & Visitatoris Apostolici. Ibid. C. 95.

ORDINATIO CDLXXI.
Anno 1707. 5. Jan.

PEtito pallio pro parte Archiepiscopi Cranganoris, & concesso prævis litteris apostolicis, ut antequam possessionem ecclesiæ adipisceretur, professionem fidei, in manibus Episcoporum Malacensis & Coccinensis, seu alicujus eorum emitteret, atque fidei juramentum Summo Pontifici ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ debitum præstaret, & ab eisdem pallium reciperet, & consecrationis munus à quocumque maluisset catholico Antistite infra tempus à jure statutum obtineret. Cumque idem Archiepiscopus mandatis apostolicis quâ potuit obtemperasset, fideique professionem in manibus Episcopi Coccinensis emisisset, pallium ob quædam impedimenta & causas ab Archiepiscopo Goensi Indiarum orientalium primate recepit; à quo pariter munus consecrationis ultra tamen tempus sex mensium in litteris præfatis, & Tridentini *sess.* 23. *cap.* 2. *De Reform.* indicatum, præstito fidelitatis juramento obtinuit. Subinde in reditu Archiepiscopi Cranganoris in Malabariam quædam insurrexerunt dubia, tum circa validitatem receptionis pallii ab alio quam à designato, tum etiam circa pœnam amissionis ecclesiæ ob dilatam receptionem consecrationis. Deputata est pro resolutione quædam Congregatio specialis, in qua Vincentius Petra, postea Cardinalis, qui hæc refert (*a*), dixit quod cum debita probatio impedimentorum & causarum non concurrat in casu, intrat pœna amissionis ecclesiæ ob non receptam consecrationem intra sex menses. Sed opus est sententia declaratoria saltem facti, quod non receperit justo impedimento non concurrente. At in foro conscientiæ videtur dicta pœna statim ante sententiam declaratoriam incursa. Cum verò consecratio dicti Archiepiscopi jam esset peracta, visum fuit posse indulgeri per Sanctissimum pro rehabilitatione, & revalidatione tituli cum condonatione fructuum, & convalidatione omnium gestorum. Et quoad pallium receptionem fuisse nullam; sed posse concedi per Sanctissimum *perinde valere*. Et Sanctissimus per litteras approbavit. Ita C. Petra loc. cit. addens: *Et licet* Solorzanus (*b*) conetur defendere in parte Indiarum validitatem præstationis juramenti, & emissionis fidei professionis alteri quam Antistiti designato ex causa, compellitur asserere quod in similibus casibus

(a) *C. Petra, tom. V. ad C. Triumphans 3. Pii II. sect. un. num. 12. pag. 208.*
(b) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. lib. 3. cap. 6. & Politica vulgar. lib. 4. cap. 6.*

bus semper fuerit impetrata gratia revalidatoria nuncupata *Perinde valere* à Sede Apostolica.

ADNOTATIONES.

Longe aliud est quod habet Solorzanus in loco citato Politicæ, qui citato à Cardinali ex Opere latino respondet, scilicet, facta ad Sanctissimum relatione, ut si esset opus gratiam revalidaret, respondisse non esse opus revalidato. Verba Solorzani sunt: *Estos ultimos* (fundamentos con que se tuvo por licito y valido occurrir para que reciba la profession y juramento, à qualquier Prelàdo que se hallasse presente ò mas cercano, quando sucediesse haver muerto ò estar en partes mui remotas los que en las Bulas viniessen nombrados) parecieron tan efficaces y substanciales, que en los casos que he referido se conformaron con ellos todos los Theologos y Juristas de Lima. Y lo que mas es haviendose dado cuenta de ellos al Summo Pontifice, para pedirle un *Perindè valere*, si fuesse necessario, declaró que no lo era y que el parecer referido era mui conforme à su intencion y *dictamen*. Neque aliud habet Solorzanus in Opere latino, quam quod retulimus ex vulgari. Sed declaratio pontificia, quæ apud Solorzanum est, rectè convenit cum oraculo pontificio, cujus fides est apud C. Petram circa Archiepiscopum Cranganoris, quod erat de casu *in quo probatio* impedimentorum & causarum non *concurrit*, cum in illa alia declaratione supponatur esse causam & impedimentum probatum, vel sine probatione notum aut notorium, nempe absentiam vel obitum *ejus*, qui in litteris apostolicis nominabatur.

ORDINATIO CDLXXII.
Anno 1707. 28. Jul.

PRivilegia, dummodo sint in usu, & non sint revocata, ac sacris canonibus, Concilio Tridentino, ordinationibus apostolicis, regularibusque institutis non adversentur, Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum ministrantium infirmis concessa & concedenda extenduntur, communicantur, & de novo conceduntur Bethlehemitis. Extat in Bullar. Rom. C. 103. Incipit *Injuncti*. Vide supra Ord. 451.

ORDINATIO CDLXXIII.
Anno 1708. 14. Aug.

REvocatur Alternativa in provincia B. Mariæ de Gratia Ordinis S. Augustini in Indiis occidentalibus. Extat idid. C. 118. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDLXXIV.
Anno 1708. 22. Sept.

AD ulterius vicennium prorogatæ sunt facultates indicæ Soc. Jesu. Extat in archivio Collegii Cordubensis in Tucumania, quod fuit ex-

Digitized by Google

extinctæ Societatis. Neque tenor differt à constitutione prorogatoria Benedicti XIII. anno 1729. 12. Dec. referenda: neque à concessione vicennii præcedentis facta ab Alexandro VIII. & in Bullarium commune relata, nisi quoad explicationem dubiorum & vocum aliquarum anno 1701. relatis Sacræ Congregationis declarationibus conformem.

ORDINATIO CDLXXV.
Anno 1710. 3. April.

COngregationem regularem Bethlehemitarum in Indiis occidentalibus erigit in veram religionem cum votis solemnibus, etiam ab iis qui prius vota emisissent, ex integro emittendis. Ita tamen, ut nova vota emittentes de inefficacia præcedentium ad constituendos veros religiosos certiorentur. Ex cit. Bullar. 140. Incipit *Ex debito*.

ORDINATIO CDLXXVI.
Anno 1710. 20. Maji.

UT senarius magistrorum numerus in provincia Chilensi Ordinis S. Augustini ad duodenarium augeri possit. Extat ibid. C. 142. Incipit *Ex injuncto*. Et C. 164. duodenarius numerus ad octodenarium extenditur pro Limana Provincia.

ORDINATIO CDLXXVII.
Anno 1710. 25. Sept.

IDem Pontifex confirmavit decreta anni 1704, quæ de sinensibus ritibus erant. Præcepitque, nequis auderet scripta de hoc argumento edere sine licentia Sanctæ Inquisitionis sub excommunicatione latæ sententiæ contra quosvis, & contra regulares sub pœna etiam privationis vocis activæ & passivæ. Scriptaque voluit esse prohibita absque alia declaratione sub pœnis in Indice contentis. Mentio fit in Const. *Ex quo*. Benedicti XIV. anni 1742. 11. Jul.

ORDINATIO CDLXXVIII.
Anno 1711. 15. Mart.

DEcretum Card. de Turnon, ut quicumque missionarius sæcularis, aut regularis sine ejus licentia munus obire, aut recedere præsumeret, esset suspensus à divinis: utque nullus assumeret sine ejus licentia superioratum in Sinis, confirmatur. Declaraturque, similem licentiam requirendam à prædicti Cardinalis successoribus in munere Commissarii Apostolici & Visitatoris. Dictamque licentiam non præstandam nisi facto juramento de observando decreto circa sinenses ritus edito 25. 1710. Sept. Ex cit. Bullar. C. 152. Incipit *Cum sicut*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO CDLXXIX.
Anno 1711. 15. Mart.

ACta Episcopi Macaonensis contra Visitatorem Apostolicum annullantur. Extat ibid. C. 153. Incipit *Ad Apostolatus*.

ORDINATIO CDLXXX.
Anno 1711. 24. Jul.

COmmunicantur Bethlehemitis privilegia Ordinum Mendicantium, & Clericorum ministrantium infirmis. Extat ibid. C. 155. Incipit *Injuncti*. Neque differt hæc constitutio à supra posita 28. Jun. 1707., nisi quod illa dirigitur ad Congregationem, hæc ad Religionem Bethlehemitarum.

ORDINATIO CDLXXXI.
Anno 1712. 2. Jul.

UT non obstantibus litteris (I) Pauli V., & aliis quibuscumque, domus seu conventus provinciarum S. Antonii & Sanctæ Crucis Ordinis Prædicatorum in Indiis occidentalibus, tametsi numerus octo religiosorum non alatur, in pristino statu conserventur. Utque hujusmodi domorum priores & vicarii voce in electione Provincialis gaudere debeant: ita ut electiones juxta tenorem constitutionum Clementis (II), Pauli Tertii (III), Gregorii (IV), & Alexandri (V) pro validis habeantur. Extat ibid. C. 172. Incipit *Nuper*.

ADNOTATIONES.

(I) *Pauli V.* Statuerat hic Pontifex, ut conventus qui numerum octo religiosorum alere non possunt, supprimi deberent. Si verò illud executioni mandari non posset, regulares ad alios conventus transferrentur: ita ut in partibus Indiarum non esset monasterium, quod non incolerent saltem octo religiosi. At hæc constitutio usu caruit in Indiis. Vide Ord. 531. & 540. Et ea, qua Innocentius X. numerum duodecim incolarum ut minimum cuique monasterio præfigit, data est pro Italia & Insulis adjacentibus.

(II) *Clementis*. Nempe Septimi, qui litteris 11. Jul. 1533. *datis* approbavit praxim in quibusdam Ordinis Prædicatorum provinciis inconcussam, ut licet ab earum conventibus numerus duorum, trium, vel quatuor religiosorum aleretur tantùm, & in aliqua domo unus tantùm habitaret nomine Prioris, eo quòd aliquæ ex dictis domibus pro doctrinis seu parochiis ad instructionem populorum destinatæ erant; nihilominus dicti Priores suffragium semper in Capitulis Provinciarum ferrent.

(III) *Pauli Tertii*. Qui per binas litteras datas 10. April. 1540. & 1. Januar.

nuar. 1546., decreverat ut Priores conventuum non habentium nisi quatuor, ac ne quatuor quidem habentium, vocem haberent in capitulo.

(IV) *Gregorii*. Nempe Decimi Tertii qui id ipsum nominatim pro S. Antonini provincia Novi Regni Granatensis decreverat 15. Jul. 1580.

(V) *Alexandri*. Septimi, qui 8. Nov. 1664. idem suffragii jus asserit Prioribus dictis, sive in capitulo, sive extra capitulum electis à Provinciali cum duodecim aliis religiosis. Vide Ord. 483.

ORDINATIO CDLXXXII.
Anno 1713. 25. Febr.

Conceditur Ordini Prædicatorum facultas erigendi duas confraternitates apud Sinas eodem loco, aliam pro fæminis, pro viris aliam. Ex Bullar. Rom. C. 179. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDLXXXIII.
Anno 1713. 16. Jun.

Ut quod ad favorem provinciarum Floridæ, & de *Buenos ayres* Ordinis S. Francisci, nec non Sanctæ Crucis, & S. Antonini Ordinis Prædicatorum in eisdem Indiis 21. Nov. 1708., & 2. Jul. 1712. rescriptum fuerat, suffragetur Franciscanis ubique Indiarum, nempe ut non obstantibus litteris Pauli V., quæ testante Archiepiscopo S. Fidei executore, executione caruerunt, Guardiani & Superiores Franciscani in provinciis omnibus Indiarum, etiamsi in domo tres, duo, vel unus tantùm reperiretur, gauderent voce in capitulo. Extat ibid. C. 183. Incipit Nuper. = Et 21. Jun. hujus anni ampliatum est decretum idem in favorem provinciarum indicarum S. Augustini. = Et 11. Octobris ad omnes provincias pariter indicanas extensum est, tam quoad permanentiam parvorum conventuum, quam quoad jus suffragium ferendi in Capitulo. Vide supra Ord. 481. & infra Ord. 540.

ORDINATIO CDLXXXIV.
Anno 1715. 19. Mart.

Ut observentur omnia Sedis Apostolicæ decreta supra sinenses ritus rejectis excusationibus, & præscripto juramento à missionariis præstando. Extat in Bullar. Luxemburg. C. 78. Clementis XI. Incipit *Ex illa die*.

ORDINATIO CDLXXXV.
Anno 1715. 10. Octobr.

Aboletur Alternativa in electione Provincialis in provincia S. Antonini Novi Regni Granatensis Ordinis Prædicatorum. Extat in Bullar. Rom. C. 223.

Digitized by Google

ORDINATIO CDLXXXVI.
Anno 1715. 22. Dec.

REvocantur decreta Capituli Generalis Bethlehemitarum contraria constitutionibus à Sede Apostolica approbatis. Et Congregationi confirmatur qualitas religionis. Ex Bullar. Rom. C. 212. Incipit *Alias*.

ORDINATIO CDLXXXVII.
Anno 1716. 16. Maji.

UT in provincia Paraguariæ Soc. Jesu posset in mense recitari semel de S. Josepho. Constat ex testimonio P. Horatii Oliveri Assistentis Italiæ in Collectaneis P. Petri Lozano, & in archivio Collegii Bonaerensis S. Ignacii, quod fuit Soc. Jesu.

ADNOTATIONES.

Quid Clementem XI. impulerit ad concedendum Paraguariæ hoc privilegium, præter procuratoris in Curiam ejus nominis preces, & ipsius Pontificis devotionem ad promovendum ubique terrarum cultum, & obsequia Sanctissimo Patriarchæ præstanda propensam, non liquet, nam falsum est, & incertum cujus authoris fide à P. Joanne Dirkink (a) scriptum sit: *Tanta* in Paraquariensi Provincia erga Divi Josephi nomen veneratio est, ut tota illa è gentilitate ad fidem orthodoxam traducta provincia *Sancti Josephi Colonia* nominetur. Duobus saltem de Societate, qui ejus provinciæ historiæ concinnandæ diu operam contulerunt, interrogatis nomen hoc novum est visum & penitus ignotum. Nec aliud nomen habuit provincia quàm vulgare *del Paraguay*.

Solis in ea tribus neophytorum oppidis fuit titulus Sancti Josephi nomen, alteri Guaraniorum, Chiquitorum alteri, tertio Vilelarum. Per occasionem malorum quondam illius provinciæ missionibus imminentium, per nonnullarum devotionum praxim, sub tanti protectoris umbra positæ sunt, sine mutatione tamen quoad nomen, donec interdictis etiam nominibus hispaniensem redolentibus ditionem, deportata provincia Sancti Josephi nomen sibi ascivit avida patrocinii: sub quo tandem occubuit.

Simile privilegium recitandi per menses singulos de S. Josepho annuntiatum invenio sine limitatione ad provinciam unam in Codice quodam continente officia sanctorum cum octavariis pro iis qui ea ex privilegio recitare solent, typis ut in fronte habet neapolitanis edito pag. 443. ibi: *Officium* S. Josephi juxta indultum concessum sacerdotibus Societatis Jesu provinciarum Indiarum recitandi illud, & celebrandi missam ritu semiduplici semel in mense, die non impedita festo duplici vel semiduplici exceptis feriis adventus & *quadragesimæ*. Vide Ord. 528.

OR-

(a) *Dircbink, Exhort. 2. pro festo S. Joseph.*

ORDINATIO CDLXXXVIII.
Anno 1716. 16. Maji.

UT Indi omnes ad catholicam fidem, opera & labore missionariorum Soc. Jesu provinciæ Paraquariæ conversi, semel in mense quolibet, indulgentiam plenariam lucrari possint, eamque applicabilem animabus purgatorii. Utque ea concessio valeat absque expeditione Brevis. Constat ex testimonio ejusdem P. Oliverii extantis in nominato archivio Bonaerensis Collegii. Estque sicut præcedens vivæ vocis oraculum, sed ab oraculorum revocatione, quippe posterius immune: est etiam Societati extinctæ privilegium superstes, quia concessum non sociis conversoribus, sed conversis Indis.

Ex hac concessione fortè occasio fuit errori, qui aliquandiu increbuit apud paucos, Clementem XI. Indis Paraquariis concessisse posse indulgentias lucrari sine Bulla Cruciatæ: quod longe aliud est à privilegio revera concesso lucrandi indulgentiam sine expeditione Brevis.

ORDINATIO CDLXXXIX.
Anno 1716. 3. Junii.

EXposito per procuratorem generalem Ordinis Prædicatorum in Peruvio, Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium declarasse 7. Dec. 1640., parochos accipere non posse majorem eleemosynam pro defunctis, qui in ecclesiis dictorum Fratrum sepeliebantur, quam pro iis qui in parochiis: & 31. Aug. 1658. functiones postquam ad ecclesias regulares pervenissent, ad eosdem regulares, non ad parochos pertinere: & 16. Dec. 1661., parochis non licere occasione funerum ecclesias regularium intrare, sed a januis dare ultimum *vale*: & 6. Maji 1672., eas declarationes omnino servandas esse in ecclesiis Societatis Jesu Hispaniæ & Indiarum. Exposito etiam, parochos Regni Peruani prætensiones dictis decretis contrarias habere in ecclesiis provinciæ S. Joannis Baptistæ Ordinis Prædicatorum, maximè oppidi de Potosi, & Chuquisacæ, & decreta præmissa ad dictas ecclesias extensa esse, decretum præinsertum approbatur. Ex Bullar. Rom. C. 228. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO CDXC.
Anno 1717. 25. Jan.

AD parcendum expensis, ne admittatur in Provincia Chilensi Ordinis Minorum Visitator, qui non sit de provincia Assumptionis B. Mariæ de Tucumania. Ibid. C. 239.

Digitized by Google

ORDINATIO CDXCI.
Anno 1717. 7. Sept.

UT definitores provinciæ Fluminis Januarii Ordinis S. Francisci possint proponere tres religiosos in eadem provincia, ex quibus Minister vel Commissarius Generalis unum eligat in Visitatorem. Extat ibid. C. 250. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDXCII.
Anno 1718. 20. Aug.

CLemens XI. vestigiis insistens Urbani VIII. & Clementis X. omnia privilegia personalia fratribus provinciarum S. Antonii & Immaculatæ Conceptionis in Brasilia concessa contra & præter instituta regularia revocat. Decernitque esse nulla si à Nuntio Apostolico in Portugallia deinceps concedantur. Extat ibid. C. 258. Incipit *Admonet*. = Et anno sequente 1719. 1. Dec. per C. in eod. Bullario 263. revocata sunt omnia indulta religiosis personis concessa à Nuntio Apostolico in regnis Portugalliæ & Algarbiorum, ac in eorum regnorum insulis & Indiis orientalibus & ultramarinis regionibus.

ORDINATIO CDXCIII.
Anno 1719. 1. Dec.

COnfirmatur Constitutio *Decet* (I) Gregorii XIII. data 9. Kal. Octobr. 1579., ut in Indiis tam orientalibus quam occidentalibus, aliisque regionibus extra Europam (II), nullus de Societate Jesu absque Sedis Apostolicæ, Præpositi Generalis, aut ab eo deputandi licentia in scriptis, sub apostasiæ & infamiæ perpetuæ nota, nec non excommunicationis latæ sententiæ pœnis (à quibus, secluso mortis articulo si in eo illos decedere contingat tantùm, non nisi per Romanum Pontificem, aut Præpositum Generalem, aut ab eo deputandum absolvi posset) exire (III), nec se ad alium etiam Carthusiensium Ordinem (IV) transferre auderet. Et quia aliquis de Societate in Indiis haud ita pridem asseruerat, Gregorii litteris per non usum derogatum fuisse, neque Juri Communi, aut Bullario, aut Societatis Instituto insertas reperiri, Jus Commune *Cap. Licet*, *De Regular.* prævalere debere, neque posse derogare privilegio aliis Ordinibus concesso admittendi alterius Ordinis professores, ac tandem justas appellationes Gregorii litteris non prohiberi, sed frivolas; ejusmodi effugia, prætextus, falsæ interpretationes submoventur. Extat ibid. C. 264. Incipit *Sacri apostolatus*.

ADNOTATIONES.

(I) Constitutio *Decet*. In ea relatis litteris *Licet debitum* Pauli Tertii, & *Æquum reputamus* Pii V. extantibus in Bullario Societatis, decernit

nit Gregorius quod supra. Prohibetque transitum, etiam perfectioris ac melioris vitæ præsumptione, ac strictioris Ordinis prætextu, seu contemplatione, aut alia etiam justa & probabili, vel legitima causa. Conceditque superioribus Societatis, ut contra tales sic effugientes quibusvis juris & facti remediis, per se vel manu sæcularium, absque appellationis, quæ irrita declaratur admissione, procedere valerent.

(II) *Extra Europam*. Et intra Europam post Gregorium concessum est à Paulo V. Carmelitanis Discalceatis privilegium, in quo & Societas communicabat, nequis absque licentia Generalis transire possit etiam ad Carthusianos sub excommunicatione ipso facto incurrenda. Idemque aliis Constitutionibus decretum est, relatis in Compendio Communi Privil. Soc. V. *Apostata* §. 10.

(III) *Exire*. Exitum intellige si fiat non redeundi animo, qualem præsefert qui alium Ordinem cogitat; alioquin fuga erit, non apostasia, nec apostatarum pœnis punienda, quantum ex jure communi est. Quodsi fuga fiat habitu temerè dimisso, incurritur ipso facto excommunicatio ex *cap. Ut periculosa, Ne cler. vel mon.* Quo jure negarunt aliqui, comprehensos fuisse religiosos Societatis, eo quòd uterentur habitu, non speciali, sed clericorum communi. At hæc ratio solùm probat, non fuisse comprehensos deponentes habitum specialem quo carebant; comprehensos tamen eos, sicut alios, dum habitum clericorum communem, quo utebantur, temerè dimitterent. Et hæc fuit Castropalai (*a*) sententia.

Quodsi absentia fugitivi sit diuturna, apostasiæ damnatur à P. Suarez (*b*) contra communiorem sententiam, quam probat Castropalaus loc. cit. & Sanchez (*c*). Illud est certius ex declaratione S. Congregationis Episcoporum & Regularium sub die 27. Jul. 1698. (*d*), ut refert Pittoni, *Quod* recurrentes recto tramite regulares ad Urbem à gravaminibus suorum superiorum, non incurrunt pœnas apostasiæ ex quo discesserint sine eorum licentia, dummodò non vagentur & se præsentent Secretario Congregationis: nec ideo molestandi *sunt*.

(IV) *Ad alium Ordinem*. Sententia fuit P. Sanchez contra P. Suarez, non esse strictè apostatam, nec apostatarum pœnis obnoxium, qui sine legitima licentia transfert se ad religionem laxiorem, quamvis talis in ea professio sit invalida. Sed jam oppositum tenendum est ex declaratione S. Congregationis 20. Januar. 1651. ut refert Cardinalis Petra (*e*): *Subinde* Ordinum quorumcumque superioribus mandatur, ut in posterum à receptione similium (transire volentium ad laxiorem) omnino abstineant sub pœnis privationis officii, ac vocis activæ & passivæ, ac aliis contra receptores apostatarum emanatis. Eisdemque afficiuntur pœnis professi, qui contra hujus decreti formam ad præfatas religiones se transferre *præsumpserint*. Eisdemque afficiebantur non professi de Societate, qui

post

(a) *Castrop. tr. 16. d. 4. P. 6.* (b) *Suar. tom. 4. De Rel. lib. 3. cap. 1. Et D. 31. de Censur. sect. 6.* (c) *Sanch. l. 6. Decalog. cap. 8.* (d) *Pittoni, CC. ad Regular. n. 4071.*
(e) *Petra, tom. IV. ad C. 8. Eug. IV. n. 19.*

Digitized by Google

post nuncupata biennii vota deficerent, tum ex præsente constitutione, tum ex alia Gregorii XIII. quæ incipit *Ascendente Domino*.

ORDINATIO CDXCIV.
Anno 1720. 4. Mart.

OPpidum S. Mariæ *de Belén de Paraiba* erigitur in civitatem episcopalem in Brasilia, ex diœcesi S. Ludovici *del Maragnon* dismembratum, erecta in cathedralem ecclesia S. Mariæ de Gratia. Ita habet D. Emmanuel de Faria & Sousa in Additionibus ad Historiam Portugalliæ. Fr. Dominicus Texeira Augustinianus (*a*) nominat civitatem *de Belen no Gran Pará* in episcopalem erectam ad instantiam Joannis V. circa tempus quo scribebat, anno 1724. Videturque eadem cum nominata per errorem *de Paraiba*: qui locus signatur in tabulis Chiquetianis prope Caput à S. Augustino, non longe à Pernambuco. Etiam appellant Lusitani Paraiba Flumen Magnum dictum aliàs à S. Petro, quod ad boream Fluminis Argentei Oceanum influit circa trigesimum austr. lat. gradum.

ORDINATIO CDXCV.
Anno 1720. 20. April.

ERiguntur in provincias binæ Vicariæ Bahiæ & Fluminis Januarii in Brasilia Ordinis Fratrum Carmelitarum antiquæ observantiæ. Extat in Bullar. Rom. C. 270. Clem. XI. Incipit *Sacrosanctum*.

ORDINATIO CDXCVI.
Anno 1720. 20. Octob.

NUmerus octodecim magistrorum in provincia Peruana Ordinis S. Augustini extenditur ad viginti quatuor. Ibid. C. 278. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO CDXCVII.
Anno 1722. 27. Jan.

UT festum S. Antonii *de Padua* in America etiam Hispaniensi servetur tanquam de præcepto. Extat in Bullar. Romano. C. 19. Innocentii XIII. Et servatur etiam in Philippinis, ut supponit Murillo in Cursu Can. tit. *De Feriis*, num. 78.

ORDINATIO CDXCVIII.
Anno 1722. 24. April.

UT provinciæ Mexicanæ Ordinis S. Augustini superaddantur octo gradus magisterii: nempe quatuor pro lectoribus, & totidem pro concionatoribus

(a) *Tex. Vida de D. Gomez P. 2. lib. 3. num. 52.*

Digitized by Google

cionatoribus. Extat ibid. C. 23. = Et C. 24. additur Provinciæ de Mechoacan par numerus graduum. = Et pro concionatoribus totidem Provinciæ. Chilensi per Const. 38.

ORDINATIO CDCXIX.
Anno 1722. 7. Aug.

CОnfirmandi quædam Congregationis in religionem erectæ S. Hippolyti Mexicanensis statuta, facultas datur Archiepiscopo Mexicano. Ex Bullar. Rom. C. 29. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO D.
Anno 1722. 19. Aug.

COllegium S. Jacobi *de Leon de Caracas* in universitatem erigitur ad instar & cum privilegiis jam erectæ in Insula S. Dominici. Et conceditur, ut in ea aggregari queant professores cum retentione eorumdem graduum quos alibi receperint. Extat ibid. C. 30. Incipit *Inscrutabili*.

ADNOTATIONES.

In hujus Bullæ precum expositione §. 1. dicitur: Exponi nuper fecerunt Venerabilis Frater modernus Episcopus & Gubernator civitatis S. Jacobi *de Leon de Caracas*, quod Caracas populi sunt Americæ Meridionalis in parte australi Regni Peruani versus Mare Pacificum & Regnum Chilense intra *montes*. Episcopi & Gubernatoris procurator in Romana Curia non rectè exposuit illorum mandata dum Carácas locat in parte australi Peruvii versus Mare Pacificum & Chilem, & intra montes, quibus Perù & Chile disterminantur. Sed parum id refert ad constitutionis summam, quæ vitio caret.

Longe aliter eam civitatem describit Colleti, si tamen de eadem loquitur, dum ait (*a*): *Caracas* (Caracasia, Leopolis) Città detta ancora S. *Giovanni di Leon* con Vescovo suffraganeo di *S. Fè di Bagotà*. E' capitale della Provincia dello stesso nome nella *Venezuela*, e giace in una pianura assai deliziosa e fertile. La presero e saccheggiarono i Francesi nel 1679. La *Guairà* è il suo Porto sul *Mar del Nord*. Vi risiede un Governatore con presidio Spagnuolo, ed è sufficientemente difesa dalle Fortificazioni che ha nel Porto... Stà Caracas in 9. gr. 41. min. di lat. bor.

Vicinam aliam non à *S. Joanne*, sed à *S. Jacobo* nominatam, notam alibi facit (*b*): *Leon* (Legium Novum) Piccola Città col titolo di *S. Giacomo* nella Provincia di Caracas in un'amena pianura. E' distante 7. leghe dal *Mar del Nord*, 3. da Carvalleda al Mezzodì, e 70. da Coro.

(a) *Coleti*, *Diccion*. *V*. Carácas. (b) *Idem ibid*. *V*. Leon.

Digitized by Google

10. La distrussero gl' Inglesi nel 1595. E' povera assai ed il suo clima caldo. Sta in 9. gr. 52. m. 20. s. di lat. bor.

Qui Romæ preces interposuit Episcopi & Gubernatoris Leopolitani, videtur similitudine vocis deceptus accepisse *Charcas* pro *Caracas*. Sed nec Charcarum provinciæ conveniunt notæ in precum expositione contentæ; quamvis non tam longe discrepent quam à provincia & civitate Caracarum, cujus verum nomen est, non *à S. Joanne*, ut vult Coleti, sed à *S. Jacobo*. Nec est de provincia Sanctæ fidei de *Bogotá*; sed Sancti Dominici *de la Española*.

ORDINATIO DI.
Anno 1723. 23. Dec.

UT Carmelitæ provinciæ Bahiæ in Brasilia possint lauream doctoratus suscipere à Provinciali. Extat ibid. C. 42. Incipit *Exponi*. = Et C. 43. id ipsum conceditur Carmelitis provinciæ Fluminis Januarii.

ORDINATIO DII.
Anno 1724. 20. Dec.

UT stante summa egestate provinciæ Tucumanensis S. Francisci de Observantia, quando Indiarum Commissarius per se ipsum non vult, aut non potest ad capitulum celebrandum accedere, ex eadem provincia Commissarium Visitatorem debeat assignare. Et ad hunc effectum opportunè Provincialis & definitorium teneantur, ad Commissarium Indiarum notulam religiosorum dare, qui eo munere digni sunt. Extat ibid. C. 43. Benedicti XIII. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO DIII.
Anno 1725. 22. Febr.

IN specimen decennalium facultatum, quæ concedi solent Indiarum Episcopis, & à P. Murillo (*a*) *solitæ* vocantur, sint sequentes Episcopo S. Sebastiani Fluminis Januarii in Brasilia hoc anno & die expeditæ. 1. Conferendi ordines extra tempora, & interstitiis non servatis usque ad presbyteratum inclusive, si sacerdotum necessitas fuerit. 2. Dispensandi in irregularitatibus quibuscumque, excepta quæ ex bigamia vera, & ex homicidio voluntario procedit; & in his etiam si præcisa necessitas operariorum fuerit, & quoad homicidium voluntarium absfuerit scandalum (*b*). 3. Dispensandi super defectu ætatis unius anni (1) ob penuriam ad sacerdotium. 4. Dispensandi & commutandi vota simplicia, & ex rationabili causa in votis castitatis & religionis simplicibus. 5. Absolvendi & dispensandi in quacumque simonia (*c*), & in reali dimissis bene-

(a) *Murillo, in tit. De Off. Jud. Ord. n. 336.* (b) *Vide supra Ord. 84. & 95.*
(c) *Vide Ord. 135.*

Digitized by Google

beneficiis, & super fructibus male perceptis injuncta pœnitentia salutari vel eleemosyna: vel etiam retentis beneficiis, si fuerint parochialia, & non sint alii qui parochiis præficiantur. 6. Dispensandi in tertio & quarto gradu consanguinitatis & affinitatis simplici & mixto (II), & in secundo, tertio, & quarto mixtis, non tamen in secundo solo quoad futura matrimonia; quoad verò præterita etiam in secundo solo, dummodò non attingat primum cum iis (III), qui ab hæresi vel infidelitate convertuntur, & in præfatis casibus prolem declarandi legitimam. 7. Dispensandi super impedimento publicæ honestatis (*a*) justis ex sponsalibus proveniente. 8. Dispensandi super impedimento criminis neutro conjugum machinante, & restituendi jus debitum petendi amissum. 9. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, præterquam inter levantem & levatum. 10. Hæ dispensationes matrimoniales videlicet 6. 7. 8. & 9., non concedantur nisi cum clausula, *Dummodo* mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non *existat*. Et in dispensatione tenor ejusmodi inseratur cum expressione temporis ad quod fuerint concessæ. 11. Dispensandi cum gentilibus & infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem & baptismum, quam maluerint, retinere possint, nisi prima voluerit converti. 12. Conficiendi olea sacra cum sacerdotibus quos potuerit habere (*b*): & in necessitate extra diem Cœnæ Domini. 13. Delegandi simplici sacerdoti facultatem benedicendi paramenta sacra, & utensilia ad sacrificium missæ necessaria, ubi non intervenit unctio sacra, & reconciliandi ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta (IV), & in necessitate etiam non benedicta ab Episcopo. 14. Largiendi ter in anno indulgentiam plenariam contritis, confessis, & communione refectis. 15. Absolvendi ab hæresi (V) & apostasia à fide quoscumque etiam ecclesiasticos, tam regulares, quam sæculares, non tamen qui ex locis fuerint in quibus Sanctum Officium exercetur (VI), nisi in locis missionum in quibus impunè grassantur hæreses delinquant, nec illos qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint ubi impunè grassantur hæreses, & post judicialem abjurationem fuerint relapsi, & hos in foro conscientiæ tantum. 16. Absolvendi etiam à contentis in Bulla Cœnæ (VII). 17. Concedendi indulgentiam plenariam hæreticis conversis, atque etiam fidelibus contritis qui confiteri non possint, in articulo mortis. 18. Concedendi indulgentiam plenariam in quadraginta horarum oratione ter indicenda diebus Episcopo bene visis, contritis, confessis, & communione refectis, si non sit suspicio sacrilegii ex concursu populi, & expositione SS. Sacramenti. 19. Lucrandi sibi easdem indulgentias. 20. Feriis secundis non impeditis officio novem lectionum, vel impeditis, die sequenti, celebrando de *Requiem* liberandi animam. 21. Tenendi & legendi, non tamen aliis concedendi libros hæreticorum vel infidelium, de eorum religione tra-

(a) *Vide Ord. 450. in Explic. facult. §. Digo lo 6.* (b) *Vide Ord. 105. Et Cavalieri tom. IV. Oper. liturg. c. 26. D. 3., ibi ex Pontificali requirit assistentes præter Episcopi ministros 12. presbyteros, 7. diaconos, & 7. subdiaconos.*

tractantes ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos præter opera Caroli Molinæi, Nicolai Machiaveli, & libros de astrologia judiciaria, principaliter, vel incidenter, vel quovis modo de ea tractantes. 22. Præficiendi parochiis regulares in defectu sæcularium de consensu superiorum. 23. Celebrandi bis in necessitate, per horam ante auroram, & aliam post meridiem, sine ministro, & sub dio, & sub terra, in loco tamen decente, etiam altari fracto, sine reliquiis, & præsentibus hæreticis, schismaticis, infidelibus, excommunicatis, si aliter celebrari non possit. Quodsi facultatem communicaverit, non nisi ubi gravis necessitas fuerit, & ad breve tempus. 24. Deferendi & retinendi Sanctissimum sine lumine pro infirmis, si ab infidelibus sit periculum sacrilegii. 25. Induendi vestes sæculares in necessitate. 26. Recitandi rosarium vel alias preces, si divinum officium recitari non possit. 27. Dispensandi, quando expedire videbitur super usu (VIII) carnium, ovorum, & lacticiniorum. 28. Prædictas facultates communicandi, non tamen quæ requirunt ordinem episcopalem, vel non sine usu sacrorum oleorum exercentur, præsertim tempore sui obitus. Delegatis conceditur tempore sedis vacantis in necessitate facultas consecrandi calices, patenas, & altaria portatilia sacris oleis ab Episcopo tamen benedicendis. 29. Prædictæ facultates gratis exerceantur, & ad decem annos concessæ intelligantur: neque illis uti possint extra fines suæ diœcesis. Concessæ dicuntur à Benedicto XIII. in Congregatione S. Inquisitionis. Extantque apud P. Simonem Marquez, qui & integro in-folio, cui titulus *Brasilia Pontificia*, has omnes facultates explicando percurrit. Similes refert sine explicatione P. Murillo loc. cit. neque absimiles Episcopis Germaniæ concedi solitas habet Lacroix (*a*).

ADNOTATIONES.

(I) *Unius anni*. Marquez loc. cit. eos, inquit, qui aliunde privilegiati sunt, ut uno ante ætatem legitimam anno ordinari possint, posse per præsentem facultatem dispensari, ut altero ante anno ordinentur. 1. Quia privilegiatus per duas ante auroram horas ad celebrandum, potest etiam per tres, si aliunde concedatur celebrare ante horam. 2. Quia privilegium aliquid debet operari. 3. Quia privilegia in favorem publicum concessa debent favorabiliter explicari.

His tamen mihi persuaderi non potest ea privilegii extensio. 1. Quia eadem ratione posset quis quatuor, quinque, aut eo amplius *annis* ante vigesimum quintum sacris initiari; si nempe quatuor, quinque, aut plura privilegia similia occurrerent. 2. Quia facultas ordines conferendi aut suscipiendi ante canonicam ætatem, quo plus hæc distat ab anno vigesimo quinto, eo rarius ac difficilius concedi solet; ea verò quæ difficilius conceduntur, non intelliguntur comprehensa in generali concessione

(a) *Lacr. lib. 6. P. 3. n. 846. Et L. 2. P. 2. n. 1598.*

Digitized by Google

ne sub facilioribus, sed debent specialiter significari & exprimi: at non satis exprimitur duorum annorum concessio, per concessionem repetitam unius anni.

Nec obstat prima in contrarium ratio, quia sine fundamento ponitur, & probat incertum per id quod facile negaveris. Sed nec est tam rarum ac difficile horas una plures ante auroram ad celebrandum concedere, quàm plures annos ad ordines anticipandos. Non est potior secunda ratio, nam privilegium præsens id operatur, ut etiam deficiente aliunde privilegio quod nec semper nec ubique adest, possit quis ordinari uno ante canonicum tempus anno. Nec est necessarium, quod privilegia in omni hypothesi aliquid operentur. Satis est, ne dicantur inutilia, quòd aliquid operentur præter commune jus, quod tantùm, & non jus particulare, præsumitur Pontifex dum privilegia dispensat habere in sacrario mentis ex notatis supra Ord. 67. Vide P. Henao (*a*).

Ad 3. rationem: Privilegia utcumque favorabilia ita explicari debent, ut terminos concessionis, aut concedentis voluntatem non excedat explicatio. Excedit tamen si concessio unius anni ad plures extendatur annos. Præterquam quod explicationis favor conciliandus est cum debito strictè explicandi privilegia quæ juri communi adversantur.

(II) *Simplici & mixto*. Simplex nimirum gradus dicitur, cum contrahentium aut contrahere amantium uterque æqualiter distat à communi stipite; mixtus verò cum alter altero minus distat. Vide Ord. 95.

(III) *Cum iis qui*. Declaratum est à S. Congregatione de Propaganda 11. Jul. 1711. apud cit. Marquez (*b*) quod *Restrictio* Cum iis qui ab hæresi vel infidelitate convertuntur, *refertur* tantùm ad dispensationem in secundo gradu simplici; non autem ad reliqua verba *Dispensandi* in secundo, tertio, & quarto gradu *mixtis*.

(IV) *Ab Episcopo benedicta*. Imo etiam a qua per eos benedicta possunt qui in Ordine Minorum de Observantia superiores sunt, & cum eis communicantes, præsertim in locis remotis, ubi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non possunt, libere & licite reconciliare proprias Ecclesias, cœmeteria, & oratoria, & eorum quodlibet, sanguinis seu seminis effusione, seu alias quomodolibet pollutas, seu polluta quoties opus fuerit; ut concessum esse à Leone X. per Const. 6. *Religionis honestas*, ex Bullar. Regularium dicitur in Compendio Privileg. Soc. V. *Ecclesia*. §. 2.

(V) *Absolvendi ab hæresi*. Permissum erat à Concilio Tridentino (*c*) Episcopis ab occulta hæresi absolvere in foro conscientiæ. Sed ablata est hæc facultas per annuam Bullæ Cœnæ promulgationem, ut 28. Febr. 1602. declaravit S. Congregatio apud Card. Petra (*d*). Cui declarationi tres alias conformes adjungit Gallemart (*e*). Ex quibus elucet quænam fuerit mens Alexandri VII. damnantis eam propositionem: *Sententia* asserens

Bul-

(a) *Henao, D. 21. De Sacrif. Miss. s. 1. n. 17.* (b) *Marq. lib. 2. d. 4. s. 1.*
(c) *C. Trid. sess. 24. cap. 6.* (d) *C. Petra, tom. 3. ad C. 18. Innoc. IV. num. 19.*
(e) *Gallem. in loc. Trid. cit. V.* Idem.

Digitized by Google

Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Jul. in conſiſtorio S. Congregationis EE. CC. viſa & *tolerata eſt*. Nempe damnat non tantùm facti aſſertionem quòd illa ſententia viſa & tolerata eſt, ſed quòd tolerabilis non ſit viſa tacitè affirmat.

(VI) *Ubi Sanctum Officium exercetur*. Quærit Pignatelli apud abbreviatorem Paſcuccium (*a*), utrum in Inſulis in quibus etſi per commiſſarios exerceatur S. Inquiſitionis Officium, quia tamen non exercetur per Inquiſitorum Tribunal, quod reſidet in civitate & inſula Canariæ, reſpectu hujus alterius diœceſis poſſit Epiſcopus abſolvere in utroque foro, aut ſaltem in ſolo exteriore, hæreticos, ſchiſmaticos, apoſtatas, prout in dicto num. 15. continetur? Reſpondet negativè, quia talis poteſtas exercetur per Inquiſitores vel eorum commiſſarios ad hunc effectum deputatos.

E regione P. Marquez (*b*) inquit, per commiſſariorum munus, in Braſilia v. g., non impediri hujus facultatis uſum, eo quòd Inquiſitionis officium per commiſſarios exercetur, non in foro conſcientiæ & gratioſo, ſed in contentioſo. Quod, inquit, perinde eſt ac ſi non exerceretur omnino, quando de abſolutione agitur in foro conſcientiæ. Verùm Inquiſitionis officium à nullo & nullibi, etiam in civitatibus ubi Tribunal reſidet, exercetur aliter quam in foro contentioſo; nam licet Inquiſitores alicubi, ut in Hiſpania, vel Inquiſitorum aliquis abſolvat, imo & facultatem abſolvendi concedat in foro conſcientiæ ex privilegio & conceſſione ſpeciali, ex officio tamen Inquiſitorum quà talium abſolvere nequeunt ullibi etiam per ſe ipſos, niſi in foro contentioſo, quod tamen ſimul pro foro interno ſuffragatur.

Clemens quidem VII. Conſt. *Cum ſicut* concedit quidem Inquiſitoribus facultatem abſolvendi extrajudicialiter; hoc tamen non denotat forum internum, ſed tantùm ſignificat, quod poſſit in abſolutione præſtanda omitti ſolemnis judicii forma, ut explicat Card. Petra (*c*), quem vide. Ne igitur dicatur illa exceptio *Ubi S. Officium exercetur*, poſita eſſe incaſſum, dicendum eſt facultatem abſolvendi ab hæreſi, de qua in præſenti, ceſſare, vel non concedi in locis ubi etiam per commiſſarios exercetur, ut rectè docuit Pignatelli.

(VII) *A contentis in Bulla Cœnæ*. Huic facultati intra ſuum decennium non derogatur per annuam Bullæ Cœnæ promulgationem, ſicut derogatur ei quæ per Concilium Tridentinum conceditur, de qua nuper. Ratio eſt quia alioquin fruſtra concederetur, cum Bulla quotannis ordinariè promulgetur, & facultati ut ad Indias perducatur vix ſufficiat annus. Accedit ſimilitudo hujus facultatis cum concedi ſolita miſſionariis, de qua declaratum eſt, per Bullæ Cœnæ promulgationem non revocari. Vide Ord. 206.

(VIII)

(a) *Paſcucc. tit. De Diſpenſ. q. 4. pag. 141.* (b) *Marq. lib. 3. d. 4. ſ. 11. n. 266.* (c) *Petra, loc. cit. num. 28. & 29.*

(VIII) *Super usu ovorum*. Similis facultas concessa fuit præfectis missionum Hispaniolæ, ubi Episcopi non sunt, scilicet in parte ditionis Gallicæ, anno 1742. 12. April., ut nempe in casu veræ & ineluctabilis necessitatis, & tantùm de anno in annum, possint, cum populis eorum curæ commissis dispensare super esu ovorum, lacticiniorum, & carnium tempore quadragesimæ, indicta simul observantia jejunii per unicam comestionem. Refert ipse qui concessit Benedictus XIV. Const. *Si fraternitas*. 10. Jun. 1745.

Dixi *Ubi episcopi non sunt*. Sed an sint Episcopi in ditionis Gallicæ missionibus insulanis, sive an alicujus diœcesis sint, vel hucusque fuerint, dubitaverit quispiam. Authores Encyclopediæ (*a*) ajunt: *Il y a* des pais qui ne sont d'aucun Eveché, tels que la Martinique, la Guadaloupe, la Cayenne, Marigaland, S. Domingue, & autres Iles Françoises dell'Amerique, qui sont administres pour le spirituel par plusieurs religieux de divers corps, qui en sont les pasteurs, & qui prennent leurs pouvoirs du Siege ou del Archeveque de St. Domingue, ville qui est situé dans la partie qui est aux *Espagnols*. At si pastores ditionis Gallicæ Insularum facultates in spiritualibus accipiunt, tanquam ab Ordinario, ab Archiepiscopo Hispaniolæ, illius utique diœcesis sunt.

Quidquid de hoc sit, vel hucusque fuerit, fama est (*b*), hoc anno decurrente missos ad eas partes seu regiones cum novis pastoribus novos etiam episcopos. Sic enim in publicis novis vulgatum est: Il ministero di Francia attende à far passare nelle colonie di Sto Domenico & della Martinica alcuni sacerdoti secolari per occupare i posti delle cure che vi possedevano i Domenicani, i Capuccini, ed altri religiosi, che si richiamano in Francia. Il Sr Abbate Perrault passa à la Martinica col titolo di Vescovo; siccome il P. la Roche à S. Domenico. La rendita assegnata à ciaschedun di loro 24. mille lire.

ORDINATIO DIV.
Anno 1725. 2. Mart.

DEclaratur, facultates missionariorum, qui à Sede Apostolica deputati fuerint, non comprehendi generali suspensione indulgentiarum facta occasione jubilæi hoc anno promulgati. Ex Bullar. Rom. C. 46. Benedicti XIII. Incipit *Decet*.

ORDINATIO DV.
Anno 1725. 4. Maji.

COnfirmantur quædam resolutiones Capituli Generalis Bethlehemitarum. Ibid. C. 63.

OR.

(a) *Encycloped. Edit. Liburn. V.* Eveché. (b) *Notiz. del Mond.* 25. *Magg.* 1773. Parigi.

ORDINATIO DVI.
Anno 1726. 13. Maji.

VIsitantibus ecclesias Augustinianorum in regno Tunkini in festo titulari, conceditur indulgentia plenaria. Extat ibid. C. 123. Incipit *Ad augendam*.

ORDINATIO DVII.
Anno 1726. 17. Jul.

UT presbyteri Ordinis S. Joannis de Deo in America Meridionali & Martinica existentes neophytis eorum ecclesias frequentantibus sacramenta non parochialia absque ulla missionariorum dependentia, non tamen in paschate administrare possint. Ibid. C. 153. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DVIII.
Anno 1726. 23. Sept.

AD capellam B. Mariæ Virginis Lauretanæ in Collegio S. Gregorii Mexicano, quod erat Societatis Jesu, peregrinantibus indulgentia perpetua semel in anno cum solitis requisitis conceditur. Ibid. C. 149. Incipit *Ad augendam*.

ORDINATIO DIX.
Anno 1726. 10. Dec.

S. Thuribius Archiepiscopus Limanus, quem Innocentius XI. anno 1679. 28. Jun., facta Limanæ Diœcesi de eo recitandi & missam celebrandi potestate, beatificaverat, canoni Sanctorum inscriptus est, colendus die translationis 27. Aprilis. Extat ibid. C. 153.

ADNOTATIONES.

In hac Constitutione dicitur multa concilia diœcesana, & provincialia habuisse *Sedis Apostolicæ munimine roborata*. Quod præter vel contra vulgarem opinionem est, qua creditur ex conciliis à S. Thuribio celebratis solum Primum Provinciale, quod est Tertium Limense pontificia confirmatione munitum esse. D. Franciscus-Antonius Montalbo (*a*) ait, à Gregorio XIV. Breve 1591. 17. Martii expeditum esse pro remuneranda vel commendanda solicitudine S. Thuribii in synodis celebrandis, quarum jam plures coegerat. Nec est alia, quod sciam, apostolica Thuribianorum Conciliorum confirmatio. Vel fortè dicuntur confirmata concilia etiam

(a) *Montalbo*, Sol del N. Mundo.

Digitized by Google

etiam primo posteriora, quatenus primi quod certò confirmatum est executionem ut plurimum urgent & hac ratione primi approbati & confirmati sunt appendix & complementum.

De Secundo Concilio Limano, quod tamen ante S. Thuribium celebratum est, eatenus dici potest esse confirmatum, quatenus in Tertio (Act. 2. c. 1.) à Sede Apostolica approbato dicitur fuisse legitimum & observandum. Hac ratione & sensu intelligenda est Septima Synodus Diœcesana (a) dum ait: *Per Concilium Provinciale anni 1567.* (quod est Secundum) *à Sede Apostolica approbatum...*; ut ex Antonio Leon notavit Haroldus (b).

De Diœcesanis usque ad terdecim vel quatuordecim à solo S. Thuribio celebratis juxta Pinellum (c) Prima Synodus habita anno 1582. 10. Martii non tantum viam fecit, sed materiæ fuit præparatoria ad Primum Provinciale Concilium S. Thuribii, ut conferenti manifestum est, & notavit laudatus Haroldus (d). In quo sensu Primi approbationem participasse dici potest.

ORDINATIO DX.
Anno 1726. 27. Dec.

SAnctorum canoni inscribitur S. Franciscus Solanus (I) de quo supra Ord. 369., quotannis celebrandus 14. Julii (II) ab universali ecclesia, & concessis anno & quadragena remissionis accedentibus Limæ ad venerandas sacras illius exuvias. Ib. C. 158. Incipit *Ad fidelium*.

ADNOTATIONES.

(I) *S. Franciscus Solanus*. Vulgò audit Sanctus hic Tucumaniæ, ubi hæc scribi cœpta sunt, Apostolus. Estque solus de relatis in sanctorum & beatorum canonem, qui regiones hasce calcaverit, si vulgaritas adventus S. Thomæ Apostoli despiciatur.

(II) *Decima quarta Julii*. Concurrente verò S. Bonaventuræ festo, ad diem 24. ejusdem mensis translata est celebritas, quæ nondum obtinuit usu in universali, pro qua indicta est, ecclesia. Et hac die 24. scribitur ejus Vita in Bolandianis Sanctorum Actis, ubi dum mentio incidit Socotonii & Magdalenæ oppidorum, quorum doctrinam rexisse dicitur S. Franciscus, annotat P. Cuperus frustra quæsivisse se nomina hæc in tabulis geographicis. Socotonium situm habuit inter Estecum & Conceptionem Hispanorum colonias destructas, secus flumen quoddam in Salatum influens. Ibique ponitur à D. Anville Regio Geographo in Charta Paraguariæ. A Magdalena nomen habet doctrina quædam Patribus Dominicanis commissa in Diœcesi Guamangæ Superioris Peruvii, quod etiam apo-

(a) *Synod. VII. Lim. cap. 12.* (b) *Harold. Lima lim. pag. 311.*
(c) *Pinell. apud Haroldum in Notis ante Synod. IX. p. 344.* (d) *Harold. Syn. 1. p. 191.*

Digitized by Google

apostolicis S. Francisci excursionibus lustratum est. De illa fit mentio in Synodo Guamangæ anni 1672. (a): quamvis eum esse locum Solani ministerio decoratum, affirmare non ausim.

In præsenti Constitutione §. 3. dicitur: *Limam* missus (Franciscus) incolarum animos ad pœnitentiam cohortatus, ni agant, alter Jonas extremam cladem interminatur. Nec mora, omnes ad seriam criminum pœnitentiam agendam *perduxit*. Unde collige, quid censendum de famosa S. Solani seu prophetia, seu comminatione, ad quam hoc loco respicitur. Scilicet, repente se conspiciendum præbuit frequenti populo: cœpitque ex loco eminente prophetæ similis voce tonare Limæ subversionem, tanto civium motu ut nox proxima diei ultimi referret speciem præ confusione & pavore. Et quia non templorum, non sacerdotum suffecit copia, palàm per vicos & plateas evulgabantur arcana conscientiarum. Elapso tempore prænuntiatæ desolationis, in urbe incolumi respiraverunt cives. Et S. Thuribius, qui tunc Limensem regebat Ecclesiam, Proregis nutu rem totam in causam deducere suscepit. Solanum coram testibus interrogat, quæ verba & unde protulerit pro concione. Repetentis sermo non sine scribentis horrore exceptus est: ac de causa se nihil aliud quam obediisset divino mandato: quod dignum fide fecit viri sanctitas. Licet verò ipse testatus sit, nihil nisi ruinam civitatis spiritualem cogitasse, exemplo tamen memorato Jonæ censeri potest, indita divinitus verba temporalem etiam subversionem portendisse, futuram nisi Deus pœnitentia placaretur, ut significatur in relatis constitutionis verbis.

ORDINATIO DXI.
Anno 1727. 15. Febr.

UT officium proprium & respectivè missa de Translatione Domus Lauretanæ ab universo clero sæculari & regulari utriusque sexus civitatis Limanæ recitari & celebrari posset. Ex decreto S. Rit. Congregationis, quod deinceps toti Hispaniæ, & regionibus commune factum est.

ORDINATIO DXII.
Anno 1727. 3. April.

UT Provinciales Indiarum tam orientalium quam occidentalium Ordinis Minorum Discalceatorum de Observantia, ad erectionem collegiorum seu seminariorum pro missionariis juxta formam & privilegia contenta in Brevibus Innocentii XI. expeditis pro seminariis in Hispania devenire possint: reservata jurisdictione, & novitiorum receptione Ministris & Definitoriis Provincialibus. Ex cit. Bullar. C. 174. Incipit *Nuper*. Vide Ord. 398. 410. 537.

OR-

(a) *Synod. de Guam. cap. 29. n. 9.*

Digitized by Google

ORDINATIO DXIII.
Anno 1727. 25. Jun.

UT Carmelitæ Vicariæ Maragnonis in Brasilia à Generali Ordinis ad magisterium Sacræ Theologiæ promoti, lauream doctoratus a Provinciali suscipere possint. Extat ibid. C. 187. Incipit *Exponi*. Vid. Ord. 501.

ORDINATIO DXIV.
Anno 1727. 15. Jul.

UT Excalceati Augustiniani Congregationis Hispaniæ & Indiarum uti possint saudaliis ex pelle nigra, eorum loco & figura quibus utebantur ex corda, seu cannabe. Extat ib. C. 190. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXV.
Anno 1727. 20. Aug.

PRæcipitur, ut nullum testamentum in partibus Indiarum confici valeat sive testator sit laicus sive ecclesiasticus, quin per ipsos aliqua eleemosyna arbitrio eorum & devotione, monti pietatis, de quo in expositione fit mentio relinquatur. Extat ib. C. 198. Incipit *Alias*. = Mons verò erectus est Matriti eo fructu ut anno 1723. octoginta millia circiter, & sequenti anno septuaginta millia ducatorum distributa sint. Et ex eadem Montis erectione centum-triginta-septem-millecentum-viginti-tres missæ pro animarum purgantium suffragio cælebratæ. Vide Ord. 605.

ORDINATIO DXVI.
Anno 1727. 12. Dec.

DEcretum Card. Turnonii observari præcepit Benedictus, decretumque de ministrando sacramenta moribundis infimæ conditionis. Mentio fit in Const. *Omnium solicitudinum*. Benedicti XIV. anni 1744. 12. Sept.

ORDINATIO DXVII.
Anno 1728. 26. Jan.

UT Procurator Generalis & Superior Manilensis Ordinis S. Augustini suffragium ferat in capitulo provinciali. Extat in cit. Bullar. C. 213. Benedicti XIII. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXVIII.
Anno 1728. 9. Apr.

UT Præfectus Generalis Bethlehemitarum jus habeat convocandi vocales ad capitulum generale, & in eo præsidendi. Extat ib. C. 220.

Digitized by Google

Incipit *Cum sicut*. = Et C. 236. 13. Septembris hujus anni confirmata sunt alia ejusdem Ordinis statuta. In iis, ut capellani, sive sæculares à superioribus Bethlehemiticis electi, vel sacerdotes ex eadem religione, vel ex quacumque alia assumendi, tam illis qui infirmis & convalescentibus inserviunt, quam omnibus aliis hospitalium servitio addictis, etiam in paschate, pœnitentiæ, eucharistiæ, & extremæ unctionis sacramenta ministrare possint; dummodò pro pœnitentia administranda, mortis articulo excepto, ab Ordinario loci, qui actu suam ecclesiam gubernat, licentiam habeant.

Item, ut possint fundari hospitalia pro curandis mulieribus, dummodò non sint ulla ex parte contigua, ac dummodò nonnisi religiosus sexagennarius pro rectore, & unus vel duo sacerdotes ætate provecti, pro administrandis sacramentis constituantur. Quodsi aliter fiat, ipso facto, domus vel hospitale subsit visitationi Ordinarii loci. Extat ibid. Incipitque *Aliàs*. Hinc apparet, fundationem monialium hujus Ordinis, de qua supra Ord. 337. effectu caruisse, pronum quippe erat, ut fœminarum ægrotantium cura fœminis ejusdem instituti, si essent, potius quam viris committeretur. Vide Ord. 368. 411. 475. 480. 486. 534.

ORDINATIO DXIX.
Anno 1729. 30. Sept.

UT vocales discalceati S. Francisci Indiarum occidentalium fruantur privilegiis Patrum Provinciæ, sicut ii qui de observantia sunt. Ibid. C. 287. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXX.
Anno 1729. 30. Sept.

UT possit præfectus Bethlehemitarum cum definitorio recipere aliquos presbyteros sæculares ad habitum & professionem. Ibid. C. 288. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO DXXI.
Eodem die & anno.

PRæcluditur aditus dignitatum presbyteris S. Hippolyti Mexicanensis. Mentio fit in Constitutione, de qua infra 19. Apr. 1731.

ORDINATIO DXXII.
Anno 1729. 12. Dec.

FAcultates vicennales Societati Jesu in Indiis concessas ad ulterius vicennium prorogavit Benedictus XIII. Et quia tenor & valor hujus Constitutionis nulla ferè mutatione facta, dum hæc scribebantur, vigebat ex prorogatione Benedicti XIV. data 1748. 17. Jul. paulo fusius enuntianda est: operâ inutili ad praxim, utili ad doctrinam & eruditionem, exem-

exemplumque juxta ea quæ prælibantur in prologo, & quia similes facultates concedi solent petentibus missionariis cujuslibet instituti, & Episcopis.. = Conceditur fidelibus in quibuscumque Oceani Indiis, aut Sinarum regione & Brasilia constitutis, pœnitentibus, confessis, & sacra communione refectis, quoties aliquem ex infidelitate reduxerint, indulgentia plenaria.. = Eisdem S. Thomæ Apostoli, vel aliquam ex ecclesiis domorum, collegiorum (I), vel residentiarum Societatis, distantium inter se per centum milliaria, singulis annis quatuor festis per Præpositum Generalem designandis, visitantibus, & ibi sacram eucharistiam sumentibus, & pro infidelium conversione orantibus, plenaria. = Omnibus de Societate quibus in qualibet Indiarum regione, vel in navigatione mori contigerit, contritis, & confessis, si communicare non possint, plenaria. = Scholaribus confraternitati B. Mariæ Virginis ibi (II) canonicè institutæ adscriptis, qui in Annuntiationis & Assumptionis festis communicaverint, & tertiam rosarii partem recitaverint, nec non utriusque sexus fidelibus (III) aliquam ex confraternitatibus ingressis, qui in festo Corporis Christi, & illius octava communicaverint, & in eorum mortis articulo, plenaria. = Insuper prædictis scholaribus prædicta peragentibus in festis singulis B. Mariæ Virginis, & in festo Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, indulgentia conceditur decem annorum. = Interessentibus diebus Veneris quadragesimalibus processionibus ibi institutis ad orandum pro infidelibus, indulgentia trium annorum; reliquis verò præsentibus, contritis, & confessis, unius anni. = Confessis & communicantibus, qui tertiam rosarii partem pro morientibus in navigatione inita pro negotio fidei recitaverint, ut animam de purgatorio liberare possint. = Scholas Societatis frequentantibus, & de eadem Societate presbyteris illis præsentibus, januis clausis, & non pulsatis campanis, dummodò ipsi causam interdicto non dederint, interdictis, excommunicatisque exclusis, ut missas & divina officia audire, & celebrare respectivè possint. = Insuper omnibus contritis & confessis visitantibus ecclesiam vel capellam ibi Societatis opera erectam, & orantibus ut supra, quadraginta dierum, & semel quolibet anno die per Provincialem assignato, septem annorum & totidem quadragenarum. = Et visitantibus in diebus stationum, harum indulgentiæ conceduntur. = Visitantibus in prima quaque sexta feria cujusque mensis, & ibi quinquies recitantibus orationem dominicam & salutationem angelicam, septem annorum; in festis verò titularibus decem annorum: visitantibus post communionem, viginti annorum. = Interessentibus processionibus ritè de Ordinariorum licentia instituendis, & precibus Indorum Æthiopum, seu quorumvis aliorum neophytorum, & aliorum christianorum, illasque associantibus: christianam doctrinam cum Societatis presbyteris, vel ab eis deputatis recitantibus, vel privatim docentibus, quoties id egerint, septem annorum, & totidem quadragenarum. = Invisentibus infirmos, viginti quinque annorum; & apud eos pernoctantibus quinquaginta. = Recitantibus coram imagine B. Mariæ Roma ad Collegium Limense, ut asseritur delata, tertiam rosarii partem, centum dierum indulgentia conceditur. =

Digitized by Google

Præterea Provincialibus, & ab eis deputatis presbyteris, cum neophytis earum partium, in quibus fideles inter infideles existunt (IV) & non adsunt Ordinarii (V) similem (VI) facultatem habentes, vel ultra duas dietas juxta constitutionem Pauli Tertii existunt, in quocumque seu quibusvis, non tamen primo, consanguinitatis aut affinitatis gradibus vel aliàs conjunctis seu se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto manere valeant in foro conscientiæ (VII) dispensandi facultas conceditur. = Et locorum Ordinariis, ut de presbyterorum eorumdem consilio, & cum illis etiam in judiciali foro; in provinciis verò Ordinariorum præsentia destitutis, vel ultra duas dietas non minus biscentum milliaribus remotis (VIII) in utroque foro dispensandi: & eos qui in gradibus hujusmodi prohibitis contraxerint, ab excessibus, censuris, & pœnis ecclesiasticis absolvendi, & prolem legitimam decernendi. = Ipsis presbyteris, quibus eucharistiæ fragmenta intercíderint, peracto sacrificio sumendi. = Missis à Præposito Generali in infidelium terras, & alias utriusque Indiæ, ac provincias remotissimas (IX) ubi non est Inquisitio, & fideles inter infideles degunt, neque Ordinarii ejusmodi facultatem habentes existunt saltem intra duas dietas, christianos ibi commorantes ab omnibus peccatis & censuris, etiam in Bulla Cœnæ contentis (X) & reservatis facultas conceditur absolvendi. = Utque semel ab aliquo illarum partium Episcopo approbati ad prædicandum, confessiones audiendas, & missas celebrandas in ecclesiis & oratoriis Societatis (XI) licentiam ab aliis Episcopis, quatenus distent ultra duas dietas, pro ministeriorum ejusmodi exercitio, petere non teneantur. = Possint etiam extra ecclesias super altari portatili, in loco tamen decente ubi non est commoditas ecclesiarum, & in casu necessitatis tantùm (XII) etiam per horam ante lucem (XIII), vel etiam post meridiem celebrare. = Et in locis à quibus valde remoti sunt Episcopi, oleis sanctis (XIV), etiam per quatuor annos ante consecratis uti. = Ut qui de Societate in singulis ecclesiis ad altare semel à superiore deputandum pro animabus defunctorum celebraverint, eisdem animabus prosint. =

Postremo à Præposito Generali deputandis conceditur facultas in locis præfatis, in quibus fideles cum infidelibus vivunt, & non adsunt Ordinarii qui ejusmodi facultatem habeant, qui distant ultra duas dietas cum neophytis aliisque ad fidem reductis ex rationabili causa super voto castitatis simplici, & super matrimonio contracto quovis occulto impedimento præter primi gradus in foro conscientiæ dispensandi, dum sine scandalo separari non possint. = Ac super bonis incertarum personarum male acquisitis componendi ad pia opera, vel remittendi si ipsi neophyti indigeant. = Cum Indis in foro conscientiæ, & cum neophytis in utroque foro dispensandi super jejuniis. = Ab onere petitionis debiti matrimonialis liberandi. = Legendi libros (XV) quomodolibet prohibitos, & concedendi facultatem legendi ad effectum impugnandi errores, & quousque lectio fuerit necessaria. = Missas per horam ante auroram celebrare possint. = Et cum suis regularibus dispensare, ut ad sacros etiam presbyteratus ordines per annum ante legitimam ætatem promoveri possint. =

Insu-

Digitized by Google

Insuper decernitur ac declaratur, omnes oriundos seu naturales (XVI) dictarum partium, imo etiamsi Æthiopes, Angolani, vel quarumvis aliarum transmarinarum regionum, etiamsi christianorum filii, & in infantia baptizati, vel etiam inter se vel cum Europæis mixtim progeniti sint, ad concessionis hujusmodi effectum esse neophytos (XVII). = Dictosque presbyteros cum ejusmodi, ut matrimonio conjungi valeant, & alias ut præfertur, dispensare posse. = Quin etiam cum mixtis (XVIII), quos ad hunc effectum neophytos esse decernimus, in gradibus & matrimoniis contractis & contrahendis præfatis, dummodò non ita id facile fiat, dispensare posse concedimus. Præsentibus ad viginti tantum annos valituris. Extat apud P. Murillo tom. 1. Curs. Canon. lib. 3. tit. 31. n. 306. Incipit *Animarum saluti*.

ADNOTATIONES.

(I) *Residentiarum*. Hoc nomine intelligebant etiam Doctrinas Jesuitæ, ex decr. 51. Congr. Gen. VIII. ibi: *Ex omnibus* superioribus residentiarum, quas alicubi vocant *doctrinas*. Doctrinæ vero in Indiis appellantur Indorum parochiæ, in quibus unus, duo, vel plures resident sacerdotes sæculares vel regulares cum animarum cura. Doctrinæ, inquam, appellantur post decem à reductione annos quæ prius missiones vel reductiones vocabantur. Vulgare tamen est alicubi parochias hasce *doctrinas missiones*, *reductiones* indiscriminatim appellare, ut testis est Ill. D. Fr. Josephus de Palos olim Episcopus Paraguariæ, qui in informatione quadam ad Regem Catholicum, cujus initium est *Por Cedula de V. M.*, & finis *Para vuestro real obsequio y servicio*, facta mense Majo 1733. inquit: *Como* quiera que acá entendamos comunmente lo mismo por missiones, que por pueblos, reducciones, ò *doctrinas*, &c. Ad manum etiam sunt regia quædam rescripta, in quibus missionum & reductionum nomine appellantur Indorum oppida antiqua. Servata tamen vocum proprietate & rigore doctrinæ à missionibus differunt. Residentiæ verò dicuntur non solùm in abrogato jure jesuitico, sed etiam in ordinationibus apostolicis, ut vide infra Ord. 571. anno 1744. 26. Nov.

(II) *Canonicè instituta*. Idest legitima authoritate, ita ut institutio peracta sit *sine ulla pravitate*. Sic enim adverbium *canonicè* interpretatur Glossa in cap. *Si postquam*, *De Elect. in 6. Verbo Canonicè*.

(III) *Utriusque sexus*. D. Franciscus Xarque (a) loquens de duabus congregationibus erectis in singulis Guaraniorum doctrinis, ait: *En ambas* reciben tambien mugeres segun el especial privilegio, que la Santa Sede concede cada veinte años à todas las congregaciones de Indias, que estan à cargo de los *Jesuitas*. Privilegium hoc & vicennale & speciale pro Indiis ad admittendum fœminas in congregationes, in quas extra Indias admitti non possint, non novi, nisi in præsente clausula hujus constitutionis contineatur.

Six-

(a) *Xarque, Missioneros del Parag. lib. 3. cap. 15. pag. 340.*

Digitized by Google

Sixtus V. in Constit. *Superna dispositione*, data Nonis Januarii 1586. concessit Præposito Generali, ut in quibusvis Societatis ecclesiis, quasvis sive scholarium sive aliorum Christi fidelium tantùm, sive utrorumque simul sub quovis titulo & invocatione congregationes, unam vel plures pro personarum frequentia vel qualitate erigere, vel erectas romanæ aggregare posset. In hoc tamen privilegio nulla de utroque sexu mentio, nulla exclusio, nihil de vicennio, aut de Indiis speciale, sed concessio generalis, & tempore non definita.

P. Joannes-Paulus Oliva Præpositus Generalis Societatis in responsione ad memoriale quoddam P. Christophori Altamarino Paraguariæ Provinciæ Procuratoris ait: *Ya hé concedido* patente de aggregacion à todas (las congregaciones de todas las doctrinas, quæ por los años de 1663. tenia la Provincia del Paraguay), y à la de estudiantes *de Buenos aires*. Hæc tamen responsio data, & aggregatio congregationum omnium in doctrinis erectarum facta esse videtur à credente eas non esse utriusque sexus; nam diu post circa annum 1750., cum postulata esset aggregatio novæ cujusdam utriusque sexus congregationis, respondit P. Franciscus Retz Præpositus Generalis: *No puedo* agregarla à la Annunciada de Roma. Agregaréla si se pide, y se remite la advocacion à la de la *Buena Muerte*. Biennio tamen post à Benedicto XIV. facta est potestas P. Ignacio Vicecomiti aggregandi Annuntiatæ Romanæ congregationes omnes utriusque etiam sexus, ut constat ex hujus litteris datis 15. Jan. 1752. Omnesque de facto in Paraguaria erectæ aggregatæ fuerunt. Hæc aggregandi facultas continetur in C. *Quo tibi*. Data 8. Sept. 1751.

Quidquid de aggregatione sit vel fuerit, & de indulgentiarum communicatione, speciali concessione non erat opus ad erigendas in doctrinis congregationes fidelium utriusque sexus quales erectæ sunt; carent enim redditibus, eleemosynis; loco, & habitu propriis. Etsi sodalium grex in albo describi sinat nomen singulorum, inducto more frequentius communicandi, & opera quædam pia exercendi, congregationem epiceniam perfecisti, quales erant illæ, æquè facile dissolvendam. Ill. D. Emmanuel Antonius de la Torre Episcopus Paraguayensis, dum diœcesim anno 1759. lustraret, ad visitandas ejusmodi confraternitates in doctrinis Jesuitarum erectas intendit animum. Sed post impertitam propria manu nonnullis sodalium centuriis communionem sacram, non habuit ultra quod visitaret.

(IV) *Fideles inter infideles*. P. Avendaño (a) numerat Peruvium & Novam Hispaniam inter provincias, in quibus non verificatur ad usum præsentis aut similis privilegii quod fideles inter infideles *vivant*. Peruvium tamen & Novam Hispaniam strictè accipit, nam quà latè patent hæc regna Proregum gubernationi subdita, multa proculdubio sunt in Peruvio & Nova Hispania loca, in quibus fideles inter infideles degunt. An verò ad effectum hujus concessionis requiratur fidelium & infidelium coexisten-

(a) *Avend.* tit. 12. *Thes. Ind.* n. 292.

ſtentia in eodem oppido, an ſufficiat in eadem regione, & quam latè poſſit hæc accipi, mihi dubium eſt. Illud videtur certum, quod in locis & regionibus ubi non eſt communis fidelibus & infidelibus incolatus, eſt tamen utrorumque frequentia & concurſus, locus eſt privilegio præſenti. Vide Ord. 600. Adnot. 2.

(V) *Ordinarii*. Quamvis Summus Pontifex ſit Ordinarius Ordinariorum, *juxta uſum* juris nomine Ordinarii non comprehenditur prout eſt Summus Paſtor, ut conſtat ex toto titulo *De Officio Ordinarii*, & ex aliis juribus paſſim, & præcipuè ex variis locis *Tridentini*: ut ſunt verba P. Suarez (*a*) Hoc tamen non eſt univerſaliter accipiendum, ſed juxta materiam & adjuncta penſandum; nam ſi Ordinarius non ſubſtantivè ſumatur, ſed adjectivè pro judice qui poteſtatem habet ordinariam, eo nomine ſine dubio comprehenditur Pontifex.

Ordinarius etiam eſt Legatus à latere in provincia ſuæ legationis. Sed hæc Legati poteſtas quoad Indias non habet uſum, ut tradit Solorzanus (*b*). De quo vide ſupra Ord. 84. Adnot. 1. Ordinarius eſt Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganea; ſed in caſu tantum appellationis & viſitationis. In diœceſi tamen propria ordinarius eſt ſicut Epiſcopi. Ordinariam habet poteſtatem Capitulum ſede vacante; & ſede etiam plena Proviſor ſeu Vicarius Generalis, non tamen Foraneus, ut notum eſt apud Solorzanum (*c*).

(VI) *Similem facultatem habentes*. Similem facultatem habent Indiarum Epiſcopi in ſolitis decennalibus, eſtque numero ſexta, quam cum reliquis vide ſupra Ord. 703. Sed paſſim fit, ut expleto decennio prorogatio deſideretur.

(VII) *Diſpenſandi*. Diſpenſationes haſce intellige juxta declarationes, de quibus ſupra 2. & 29. April., & 11. Jun. 1701., quarum executio indicta eſt à Rege Catholico, per cedulam datam 30. Januar. 1703. relatam in alia data 10. Jul. 1728., quæ inſeritur in quadam Auditorii Platenſis proviſione régia anni 1744. 19. Sept. In illa dicitur: *Tuve* por bien ſe propuſieſſen las dudas.... Se reſolvieron, y Su Santidad expidio tres Breves de 2. y 29. de Abril, y 11. de Junio de 1701. confirmatorios de dicho decreto (de la Inquiſicion Romana).. y haviendoſe viſto en mi Conſejo, tuve por bien el dar el *paſſe*.

(VIII) *Non minus bis-centum milliaribus*. Fuit qui putaret, per hæc computari diſtantia quantitas & menſura duarum dietarum quoad Indias; falſo tamen & ſine fundamento cum ex tenore ipſo palam ſit, non hìc definiri duarum dietarum diſtantiam aut latitudinem, ſed quanto ultra duas dietas ſpatio diſtare debeant miſſionarii, ut per ſe ſolos & ſine Ordinariis diſpenſare in utroque foro poſſint.

Obiter etiam hìc nota, quod jam alibi obſervatum eſt, nullam fuiſſe Jeſuitis in capacitatem, ſive ex voto, ſive ex inſtituto exercendi juriſ-

(a) *Suar. D. 4. De Cenſur. ſect. 9. n. 9.* (b) *Solorz. lib. 4. Polit. cap. 2.*
(c) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 3. c. 4. n. 47.*

Digitized by Google

risdictionem fori externi, quandoquidem non agitur de jurisdictione ex officio exercenda, vel dignitati affecta, sed ex commissione & delegatione. Ex commissione potest exerceri jurisdictio cum eo qui non sit subditus, & à ministro subditos non habente: & hac ratione poterat à Jesuitis salvo eorum voto & instituto, ex quibus tenebantur solùm non admittere præter dignitates & prælaturas, *quæcumque officia*, quorum officiales jurisdictionem ecclesiasticam vel laïcalem de jure, usu, vel consuetudine habent, seu quomodolibet extra ipsam Societatem *exercent*; ut habet Urbanus VIII. in C. *Vota quæ*, data 25. Jan. 1631. Vide P. Sanchez (a), ubi ait: *Nomine* prælationis extra Societatem intelligitur Episcopatus, Abbatia habens jurisdictionem quasi episcopalem, & quodcumque aliud officium jurisdictionem in foro externo habens in sibi subditos, ut Vicarius Generalis Episcopi & his *similia*.

(IX) *Provincias remotissimas*. Quanta debeat distantia provinciæ alicujus ut remotissima esse dicatur, collige ex doctrina tradita à Traguriensi Episcopo Pax-jordano (b), qui loquens de privilegio administrandi ecclesiam ante electionis confirmationem extra Italiam, & in locis valde remotis, ait: *Prædicta* Glossa inquit, non sufficere distantiam duarum dietarum aut trium, sed standum esse consuetudini. Unde cum Dalmatia sit extra Italiam, & distet ab ea pro latitudine Sinus Adriatici ultra centum milliaria, potest censeri longe distare, & concurrentibus cæteris requisitis, tali privilegio *frui*.

Ibidem. *Ubi non est Inquisitio*. Idest extra loca *ubi Inquisitionis* Sancti Officii authoritas *viget*: ut sunt verba Innocentii XII. in Constitutione data 3. Sept. 1692. apud J. B. Pittoni (c), quibus confirmantur dicta supra Ord. 503. Adnot. 5.

(X) *In Bulla Cœna*. Cum Pontifex sciens Bullæ hujus promulgationem quotannis regulariter iterari, præsentem facultatem concedit ad vicennium, omni dubio procul esse videtur, præsentis perennitati usque ad vicennium concessionis non obstare annuam illam promulgationem. Vide supra Ord. 504. & 206.

(XI) *In ecclesiis & oratoriis*. P. Bartholomæus Tafur S. J. è Provincia Limana in M. S. putat, per hanc clausulam prohibitos fuisse Jesuitas, ne confessiones audirent vel prædicarent extra ecclesias & oratoria Societatis; solumque fuisse concessum approbatis ab aliquo illarum partium Episcopo, hæc obire munera in propria ecclesia: & consequenter non suffragari pro missionibus vivis & itineribus hanc concessionem, seu facultatem. E regione concessio hæc sic enuntiabatur in Compendio Indico (d), quasi esset indefinita. Dicitur enim ibi: *Possunt* nostri missionarii in utraque India semel approbati... ab aliquo Episcopo, verbum Dei prædicare, confessiones audire, & missas celebrare, quin ulterius licentiam aut approbationem ab aliis Episcopis, quatenus distent ultra duas die-

(a) *Sanch. l. 6. Decal. c. 18. num. 28.* (b) *Paxjord. tom. 2. Eluc. lib. 8. tit. 2. n. 19. Et Glossa, quam citat, est in C.* Nihil, De elect. (c) *Pitt. CC. ad Confess. n. 1290.*
(d) *Comp. Ind. anni 1736. V.* Confessarius.

dietas, petere seu habere teneantur..... Prorogatum à Benedicto XIII. usque ad annum 1750. per cit. Bullam *Animarum saluti*. Ubi nulla fit mentio restrictionis illius, *In ecclesiis & oratoriis Societatis*, quae in Bulla continetur. Nec exprimitur, ut opus erat quod Episcopus approbans debeat esse illarum partium, quin sufficiat approbatum esse in Europa. Ut omittam additionem ex antiquis & antiquatis facultatibus desumptam à moderno collectore præter præsentis Bullæ tenorem. Additur enim in Compendio: *Approbati* à Præposito Generali, vel ab aliquo *Episcopo*; cum constitutionis textus recens habeat sine disjunctiva: *Ab aliquo* illarum partium Episcopo *approbati*.

Equidem si gramaticen spectes to In ecclesiis & oratoriis Societatis commode referri potest ad antecedentia, quo sit indefinita concessio sequens. Si tamen referatur ad antecedentia; approbatio Episcopi, quæ pro conditione requiritur, devenit exotica & præter morem; nam licentiam concedere solent Episcopi regularibus ad confessiones audiendas aliquando limitatam ad certum tempus, vel personarum genus, vel sexum; licentiam tamen concedi per Episcopos ad confessiones audiendas, ad prædicandum, & celebrandum *in ecclesiis tantum Ordinis*, insolitum est. Pronius ergo videtur, ut secundùm sententiam P. Tafur dicta clausula referatur ad sequentia, ut qui de Societate facultatem haberet ab aliquo Indiarum Episcopo ad audiendas confessiones, prædicandum, & celebrandum, is posset in alia diœcesi, in duarum dietarum distantia, ea obire ministeria *in ecclesiis & oratoriis* Ordinis. Quodsi extra ea vellet prædictis ministeriis sive in missionibus, sive in itinere operam dare, requirenda quantum est ex præsente privilegio, & habenda prius erat licentia Diœcesani, ut de communi jure est; atque requirenda erat & habenda etiam pro obeundis ministeriis prædictis etiam intra ecclesias Ordinis ubi & quando præsens concessio, vel expirasset, vel non suffragaretur.

(XII) *In casu necessitatis tantum*. Sufficiens ad usum præsentis privilegii necessitas creditur, si ad devotionem accedat, quod longa peregrinatio, v. g. per mensem, ineunda sit per loca infidelibus infestata, ut inquit Reissenstuel (*a*). Et tunc aliqui apud Card. Petram (*b*), quod dietim celebrari possit judicant. Alii, ut liberentur scrupulo, missionum ritu, quarum favore facta erat amplior concessio, itinera obibant habita per dies catechesi & exhortatione ad vectores & rusticos circum morantes, de quibus in tanta locorum distantia numerus competens convenire solet. Et fuit de Societate viator, cui numerus octo animarum pro concione habenda sat erat.

Verùm dubitabis etiam hic, ut in præcedente Adnotatione, num clausula *In casu necessitatis tantum*, ad antecedentia, an ad subsequentia referri debeat. Si enim ad sequentia referatur, & usus altaris gestatorii concedatur præcisim ubi non sit commoditas ecclesiarum, absque ulteriore necessitatis requisito, multo amplior devenit concessio, in certis regioni-

(a) *Reiff. in 3. Decretal. tit. 41.* (b) *Petra, tom. IV. ad C. 2. Urbani II.*

Digitized by Google

gionibus præsertim ubi rara sunt extra civitates distantissimas templa & oratoria, decentia rarior, commoditas ad celebrandum rarissima.

Tenor constitutionis, & comatum distributio, seu punctuatio, prout extat in authentico exemplari litterarum Alexandri VIII. in archivio Collegii Cordubensis, quod fuit Societatis Jesu in Tucumania est sequens: *Possint* etiam extra ecclesias consecratas super altaribus portatilibus, in loco tamen decenti, ubi non est commoditas ecclesiarum, & in casu necessitatis tantùm, etiam per horam ante lucem, vel etiam post meridiem in eisdem regionibus, cum opus fuerit, *celebrare*. In quo textu videtur referenda clausula quæ necessitatem requirit, ad antecedens privilegium de usu altaris portatilis, ne in sequente privilegio celebrandi ante lucem & post meridiem duplex clausula *In casu necessitatis*, & alia *Cum opus fuerit*, idem significans frustra conveniat.

Sed & potest in relatis verbis triplex distingui concessio, *Celebrandi in portatili extra ecclesias*, *Celebrandi ante lucem*, & *Celebrandi post meridiem*. Qua distinctione facta, frustra non est quod clausulæ distinguantur, ita ut celebrari detur in portatili extra ecclesias *ubi non est commoditas ecclesiarum*; celebrari ante lucem *in casu necessitatis tantum*; & celebrari post meridiem *ubi opus fuerit*.

(XIII) *Per horam*. Vide supra dicta Ord. 148.

(XIV) *Etiam per quatuor annos*. Et ultra quatuor annos poterunt adhiberi olea antiqua, si necessitas annorum quatuor spatium excedat. Facitque declaratio Sacræ Congregationis 20. Martii 1570. apud Dicastillo (*a*), qui addit: *Necessitas* autem erit, si non possit aliud commodè haberi maxime sine periculo quod ægrotus decedat sine *unctione*. Idem habet Laiman (*b*) inquiens: *Id verò* rectè fatetur Zambranus, posse parochos vetere oleo morituros ungere usque dum novum ipsis ab Episcopo *transmissum sit*. Quodsi transmissum non credatur suffecturum, possunt antiqua incombusta conservari, non obstante comburendi præcepto, ut inquit cit. Dicastillo.

(XV) *Legendi libros probibitos*. Ubi non est Inquisitio, additur in Compendio Indico V. *Libri probibiti*, licet in hac concessione non exprimatur; sed est additio menti Societatis conformis manifestatæ in Decreto 21. Congr. Gen. V. ibi citato.

(XVI) *Naturales supradictarum partium*. Quamvis hujus vocis littera & sono comprehendantur Hispano Americani, vulgò *Criollos* appellati, qui in America nati sunt, semper tamen illos exclusit consuetudo praxisque, & à significatione hujus vocis, & à præsentis concessionis usu. Imò indici sanguinis quartam tantùm partem habentes per avum vel aviam *quarteronesque* dicuntur, & potiori titulo *puchueles*, qui per proavum vel proaviam octavam hauriunt, excludi voluit Clemens XI. supra Ord. 449.

P. Bartholomæus Navarro Studii Cordubensis in Tucumania initio labentis sæculi professor testatur in M. S., Archiepiscopum tunc Platensem

(a) *Dicast. tr. 7. De Extr. Unct. D. 1. d. 5.* (b) *Laim. tr. 8. De Sacram. cap. 2. num. 4.*

Digitized by Google

sem supplicationem ad Sanctissimum interposuisse pro suspensione hujus Clementinæ. Et ipse Archiepiscopus litteris ad P. Laurum Nuñez S. J. datis anno 1704. (*a*) conqueritur in dubio Summo Pontifici super hac re proposito nec mentionem esse factam de praxi resolutioni contraria in toto Peruvio vigente, & innixa, ait, privilegiis apostolicis. III. Mercadillo Tucumaniæ eo tempore præsul constitutionem Clementis obviis ulnis exceptam continuò publicari fecit. Neque Platensis supplicationi minimum delatum esse videtur, cum ipse Clemens & successores etiam circa mixtindos, in quibus tantum de indico quantum de europæo sanguine est, difficiliores se præbuerint. Et Auditorium Platense in regia, de qua nuper Adnot. 7., provisione, inserta regia ejusdem argumenti cedula executionem urgeat prædictæ Clementinæ.

(XVII) *Ad hujus concessionis effectum*. Quod non ad omnes effectus veniant Indi neöphytorum appellatione, constat ex hac eadem constitutione paulo superius, ubi dicitur: *Cum Indis* in foro conscientiæ tantum, & cum neöphytis in utroque foro super jejuniis *dispensandi*. Vide supra Ord. 107. & 450.

(XVIII) *Cum mixtis*. Quamvis mixtindi pro Indis neophytisque ex præsente declaratione habendi sint ad effectum dispensationum, manet dubium, an habentes sanguinem indicum & hispanicum ex æquo mixtum sint quoad alios effectus, ubi non sunt expressi, reputandi pro hispanis, an pro Indis? Sive an uti possint aliis v. g. circa jejunia & festa privilegiis Indorum propriis?

Negat Cardinalis de Lugo (*b*), Solorzanus (*c*), Montenegro (*d*), Fr. Joannes Baptista (*e*), & supponit Marquez (*f*). E contra Quintanadueñas (*g*) affirmat, & Murillo loquens de festorum observantia (*h*). Fr. Ludovicus Miranda (*i*) citatur etiam pro hac sententia, qui tamen non affirmat absolutè, sed ait: *Idem dico* de aliis filiis hispanorum & indicarum fœminarum, seu è contra qui dicuntur *mestizi*, quod virtute privilegii Pauli Tertii per supradictos religiosos baptizari possunt, nam in materia larga sub simplicibus veniunt etiam intelligenda mixta, ut dicit Silvester (*k*), quamvis in rigore loquendo sub simplicibus mixta non comprehendantur ut plurimum nisi ex æquitate & *benignitate*.

Duorum Studii Neo-Cordubensis in Tucumania antiquiorum professorum alter putans utramque sententiam esse probabilem, testatur affirmativam se vidisse à viris doctis practicatam; alter testatur de consuetudine qua mixti pro Indis habentur, & pro neöphytis ea ratione qua Indi quoad usum privilegiorum quoad jejunia & festa: & quoad judices ecclesiastici illam consuetudinem optime norunt quin reprobent vel corrigant. Ejusdem consuetudinis & praxis in diœcesi Bonaerensi vigentis testis

(a) *Extant in cit. Archiv. Neo-Cordub.* (b) *C. de Lug. lib. 6. Resp. Mor. dub. 5. n. 4.*
(c) *Solorz. tom. 2. De Ind. Jur. l. 2. c. 28. n. 51.* (d) *Monten. l. 1. tr. 1. s. 10. num. 28.*
(e) *Fr. J. Bapt.* Advert. *V.* Mestizos. *n.* 245. (f) *Marq. l. 2. Bref. Pont. d. 4. s. 15. ad 3.*
(g) *Quintan. tom. 2. tr. 6. s. 6. n. 6.* (h) *Murillo l. 2. Curs. Can. tit. 9. num. 78.*
(i) *Miranda, tom. 1. Man. q. 43. §.* Præterea. *art. 2.* (k) *Silvest. V.* Dispensatio. *num. 3.*

Digitized by Google

ſtis mihi fuit ſacerdos diu ibi commoratus. Et favet quod nuper Ad. not. 16. de litteris & ſupplicatione Archiepiſcopi Platenſis relatum eſt.

Alii diſtinguunt. P. Mendo (*a*) Indis accenſet ortum indo patre, matre hiſpana, ut pro habenda bulla Cruciatæ ſufficiat illum erogare eleemoſynam pro Indis taxatam. Alii apud Montenegro (*b*) Indum reputant à contrario natum matre inda patre hiſpano. P. Avendaño (*c*) inquit, natum ex hiſpano & inda, vel ex indo & hiſpana (Hiſpanorum nomine appellantur Europæi omnes), quoad effectum minorem pro bulla taxam erogandi, eſſe Indum.

Nec deſunt pro utraque parte textuum allegationes. Pro ſententia negativa facit, quod *magis dignum trahit ad ſe minus dignum*, ut firmat Antonius Leon Pinelo (*d*). Quamquam in hoc proloquio, niſi adhibeatur gloſſa, difficile ſcitu eſt quænam ſit perſona agens, quænam patiens; ſive an magis dignum à minus digno, an è converſo à magis digno minus dignum trahatur, vel denominetur.

Pro ſententia affirmativa facere poteſt, quod mixtindus eſt (ſicut hermaphroditus) *ſanguine concretus*, *ſed non perfectus utroque*: ſanguine videlicet hiſpano & indico. At in concretis, ajunt, *denominatio* ſequitur debiliorem partem: & Indus reputatur pars debilior.

Sed quia mixtindorum aliqui hiſpaniſmum affectant, ideſt, herilem conditionem; alii ſunt in quibus Indorum prævalet, ideſt ſervilis conditio, ſententiæ contrariæ conciliari fortè poſſunt, ita ut prævalentem conditionem jure ſequantur. Id quod ſuaderi poteſt nupera hermaphroditi ſimilitudine, & lege *Quæritur*. *ff. De Stat. hom.* ibi: *Quæritur*, hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto, ejus ſexum æſtimandum, qui in eo *prævalet*. Cui ſimilis eſt lex *Reputandarum*. *ff. De teſtibus*, ubi deciditur, jura hujus concreti, ut poſſit vel non in teſtimonium adhiberi determinanda eſſe ſecundum partem, quæ prævalet.

Ad extremum nota, in litterarum exemplari quo ſum uſus, & in aliis etiam authenticis facultatem concedi *Ab onere* petitionis debiti matrimonialis liberandi, quando non eſſet licitum illud petere, ratione voti caſtitatis, vel alia *de cauſa*. Ubi non nemo curialis, deſiderata negatione inter *onere & petitionis*, litteris apoſtolicis vitium affingere ſe poſſe cenſuit, ne valerent, cum debiti petitio non ſit onus, à quo liberetur quis per privilegium. Sed ſenſus eſt idem & utrobique rectus utcumque enuntietur facultas; onus quippe à quo liberandi ſit poteſtas, eſt pœna circa debiti petitionem incurſa; hæc tamen pœna non aliud eſt quam petitionis privatio ſeu negatio, quæ per verbum *onere* ſatis ſignificatur, & à qua non inepte quis dicitur per diſpenſationem liberari.

OR-

(a) *Mendo, D. 36. De Bull. Cruc. num. 8.* (b) *Monten. loc. cit. num. 26.*
(c) *Avend. tit. 5. Theſaur. num. 240.* (d) *Pinell. Quæſt. Mor. del Chocolate, pag. 62. num. 2.*

Digitized by Google

ORDINATIO DXXIII.
Anno 1730. 13. Jan.

UT provinciæ Mexicanensi Discalceatorum S. Francisci plures sint vocales. Extat in Bullar. Rom. C. 295. Benedicti XIII. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO DXXIV.
Anno 1730. 25. Jan.

COnstitutiones Pauli V. 19. Aprilis 1618., quarum initium est *Alias* & *Dudum*, super erectione provinciæ Mexicanensis S. Didaci Discalceatorum S. Francisci, privilegiis, & statutis fratrum dicti Ordinis: Et Constitutio Urbani VIII. 22. Sept. 1642. incipiens *Alias*, qua ejusmodi privilegia confirmantur: Clementis X. 19. Jun. 1674. incipiens *Nuper*: Clementis XI. 24. Nov. 1702. incipiens *Alias*, circa præcedentiam, aliasque controversias, à Benedicto confirmantur. Ibid. C. 297. Incipit *Debitum*.

ORDINATIO DXXV.
Anno 1730. 14. Febr.

ALternativa inducta in provinciam Philippinarum & tres hispanienses Ordinis S. Augustini Discalceatorum reducitur ad hispanienses. Ib. C. 299. Incipit *Ea quæ*.

ORDINATIO DXXVI.
Anno 1731. 19. April.

NE Sacerdotes Ordinis Hospitalarii S. Hippolyti Mexicanensis prælaturas Ordinis obtinere possint, aut in Assistentes eligi, nisi cum apostolica dispensatione, juxta decretum S. Congregationis 30. Sept. 1729. Ex Bullar. tom. 13. Const. 30. Clem. XII.

ORDINATIO DXXVII.
Anno 1731. 28. April.

SAcra Rituum Congregatio ad preces Cleri sæcularis & regularis civitatis & diœcesis Limanæ concessit, ut officium & Missa Sanguinis D. N. J. C. prout in Ecclesia Valentina peragitur, ab eodem clero sæculari & regulari utriusque sexus respective recitari & celebrari possit. Ex decreto S. Congregationis, quod biennio post ad preces P. Sebastiani de San-Martin S. J. provinciæ Paraguayi procuratoris extensum est ad diœceses Sanctæ Crucis de Monte, & Tucumaniæ.

Digitized by Google

ORDINATIO DXXVIII.

EX indulto, quod à Sacra Rituum Congregatione sub Clemente XII. emanavit, omnes Sacerdotes Societatis Jesu provinciarum Indiarum poterant facere commemorationem S. Josephi in officio & missa Desponsationis B. Mariæ Virginis die 26. Novembris ante alias commemorationes, sicut fit in commemoratione SS. Petri & Pauli. Similiter commemorationem B. M. Virginis facere poterant in officio & missa S. Josephi semel in mense, quando hujusmodi officium fieret ex indulto supra relato Ord. 487. Ita habetur in Codice officiorum ibi citato.

ORDINATIO DXXIX.
Anno 1731. 29. Maji.

UT discalceati S. Francisci, qui Lusitanam, Hispanam, vel Indicam provinciam saltem per biennium gubernarunt ut Vicarii Provinciales, *Patres Provinciæ* appellari possint cum prærogativis quibus isti gaudent. Ex Bullar. Rom. C. 98. Clementis XII. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXXX.
Anno 1731. 12. Jul.

MOderato Benedicti XIII. mandato conceditur Minoribus excalceatis Indiarum & Hispaniarum cantu simplici, dummodò in tota provincia sit uniformis, non gregoriano uti. Extat ibid. C. 40. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXXXI.
Anno 1731. 24. Aug.

EXposito per procuratorem provinciæ S. Gregorii in Philippinis Ordinis Minorum discalceatorum, quod tametsi domus illius provinciæ amplas haberent ecclesias, & curam animarum, & capaces forent sustentandi amplam familiam, ob deficientiam religiosorum non amplius quatuor aut quinque, imò tres duo aut unus (I) duntaxat Fratrum in unaquaque residebant, decernitur in domibus religiosis (II) dictæ provinciæ servandam esse clausuram, utque gaudeant privilegiis conventuum; *sine præjudicio tamen jurium Episcoporum, Parochorum, & aliorum regularium, atque constitutionum apostolicarum*. Extat ibid. C. 45. Incipit *Nuper*.

ADNOTATIONES.

(I) *Unus, duntaxat*. De jure civili tres requiruntur, ut fiat communitas seu collegium ex lege *Neratius ff. De verb. signif.*, ubi dicitur *Neratius* Priscus tres existimat facere collegium, & hoc magis sequendum

est.

Digitized by Google

est. Et Glossa ibi, quod unus sufficit ex tribus, ut collegium conservetur. Aristoteles apud Trevultianos (a), ut familia numero absolutà sit, requirit tria saltem capita: quamquam Bodinus duo ultra desiderat (b). Vide Ord. 481. 483. 540.

(II) *Domibus religiosis*. Nam de domibus sæcularibus, in quibus videlicet unus vel duo regulares commorantur, aliter decretum est in Constitutione data occasione causæ angelopolitanæ Resol. 15., nempe ut non gaudeant privilegiis collegiorum seu conventuum.

ORDINATIO DXXXII.
Anno 1731. 21. Nov.

SUpplicantibus Clementi XII. missionariis de Societate in India orientali (I) quatenns ipsis concederet facultatem recitandi semel in hebdomada etiam intra adventum & quadragesimam diebus non impeditis ritu duplici aut semiduplici officium SS. Ignacii & Xaverii: Sua Sanctitas indulsit. Refert P. Simon Marquez lib. 3. Brasiliæ Pontificiæ Disp. 1. sect. 1.

ADNOTATIONES.

(I) *In India orientali*. Hinc inferebat quidam contra scrupulosos, ut ajebat ipse, usum hujus facultatis licere etiam missionariis in India occidentali, hoc syllogismo: Quidquid Indiæ orientali conceditur, ita communicatur occidentali, ut religiosis de Societate æqualiter liceret usus. Sed facultas præsens Indiæ orientali conceditur. Ergo... Major propositio constat ex oraculo Gregorii XIII., de quo supra 10. Febr. 1579. Ord. 154. Et Minor constat ex præsente indulto. Sed negabitur Minor, non enim Indiæ orientali conceditur, quod minimæ parti existentium in India orientali missionariorum concessum est privativè; nisi etiam velis communicata Indiæ occidentali quæ soli Goæ fortè concessa sint.

Certè missionarii Brasilienses, talis utique communicationis firmitati diffidentes, expressam extensionem præsentis facultatis petierunt 28. Jul. 1735., de quo infra Ord. 545. Et P. Nogueira inquit (c): *Dicta extensio* (privilegiorum Indiæ orientalis ad occidentalem) non sufficienter deducitur ex Pontificis (Gregorii) diplomate, quod intelligitur de privilegio concesso Indiis *utrisque*. Saltem intelligi debet de privilegiis concessis Indiæ toti orientali, aut toti occidentali. Si enim illicita est extensio ab una parte in aliam ejusdem Indiæ, neque potest civitas Malacca gaudere privilegio concesso Goæ: Si est illicita extensio à missionariis orientalibus unius Ordinis ad missionarios item orientales alterius, alioquin non habentes communicationem privilegiorum; multo magis erit illicita ab una parte, vel à certis in oriente personis ad occidentem.

(II) In-

(a) *Mem. de Trev. ann. 1709. art. 24.* (b) *Bodin. lib. 1. Reip. cap. 2.*
(c) *Nog. D. 3. De Bulla Cruc. §. 7.*

Digitized by Google

(11) *Intra adventum & quadragesimam*. Loco citato contendit Marquez, non obstante decreto Sacræ Congregationis 20. Mart. 1706., potuisse à sociis in vigiliis, feriis quatuor temporum, & rogationum recitari de SS. Ignacio & Xaverio, quia Clemens XI. nec vidit nec annuit simili decreto. Imo vivæ vocis oraculo declarasse, se nihil rescire de decreto illo, nec velle religionum privilegia minuere. Factam verò esse declarationem P. Michaeli Angelo Tamburini Præposito Generali Societatis, ut ipse testatur. Ob eandem rationem ait, eos quibus Generalis communicasset privilegium recitandi semel in hebdomada de SS. Sacramento & de Immaculata Conceptione, in quantum posset, potuisse de privilegio recitare intra adventum etiam & quadragesimam, sicut Augustiniani & Carmelitani recitant, constatque ex directoriis Romæ impressis, & simili declaratione Clementis ad Carmelitarum Generalem Josephum à Sancta Theresia. Hucusque Marquez.

Sed quod attinet ad attestationem P. Tamburini, oppositum suadent ejusdem litteræ ad Provincialem & Visitatorem Provinciæ Paraguariæ P. Antonium Garriga datæ, quarum fragmentum est: *Repáro*, que se estienda el privilegio al adviento y quaresma, pues aunque à esto no haia faltado probabilidad por la communicacion de otras religiones, en las formas antiguas de este officio, de donde se copian estas communicationes está y siempre se ha copiado la exceptiva, *Extra tamen adventum & quadragesimam*. Ubi notandum est, probabilitatem illius intelligentiæ, usûs, vel extensionis privilegii ad quadragesimam & adventum, non repeti à scribente ab ulla declaratione sibi à Clemente XI. facta, sed à communicatione cum aliis Ordinibus. Et a communicatione probabilitas peti valuit, quando S. Congregationis resolutiò, de qua mox, nondum erat nota, & tam solemniter denuntiata ut modò est. Nec videbitur fidem superare, quod potuerit in Novo Orbe à missionariis ignorari, si est credibile quod Summus Pontifex Romæ nihil de tali decreto resciviſſet.

Sacra Rituum Congregatio 20. Mart. 1706. resolvit 1. Cum multis Congregationibus, Religionibus, Ecclesiis vel Nationibus concessum sit à Sede Apostolica, ut semel vel pluries in singulis hebdomadis vel mensibus celebrentur varia officia per annum, non licere ea facere in diebus quadragesimæ, adventus, vigiliarum, & quatuor temporum . . . . 3. Regulares ex sola communicatione privilegiorum non posse recitare officia concessa aliis religionibus. Et hæ resolutiones non solum præscriptis Præfecti & Secretarii signaturis munitæ sunt, sed cujuslibet Clerici Breviario insertæ in præsentia divulgatæ. Quo cessare jam debet quævis in oppositum probabilitas & usus.

ORDINATIO DXXXIII.

Anno 1732. 7. Apr.

Approbatur fundatio Congregationis seu Collegii Familiæ Jesu Christi extra muros civitatis Neapolitanæ pro educandis Sinis & Indis, ita ut in idem collegium admitti possint Europæi propriis sumptibus alendi, ut

Digitized by Google

ut ad obeundas missiones instituantur. Mentio fit in Const, *Injuncti*, de quo infra 22. Mart. 1736.

ORDINATIO DXXXIV.
Anno 1732. 27. Maji.

UT officialium electio in quacumque domo Bethlehemitarum fiat per Præpositum & quatuor definitores generales. Ex cit. tom. 13. Bullar. Rom.

ORDINATIO DXXXV.
Anno 1732. 30. Maji.

NE mulieribus pateat aditus in collegium hospitale, domos & habitationes Abbatis, & officiales Congregationis ecclesiasticæ sub invocatione S. Petri in conventu SS. Trinitatis Mexicanensi erectæ. Extat ibid. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXXXVI.
Anno 1733. 17. Mart.

NE in provinciam S. Gregorii Minorum Discalceatorum in Philippinis mittatur visitator ex alia. Extat ibid. C. 87. Clementis XIII. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXXXVII.
Anno 1733. 23. Jul.

COnfirmatur decretum S. Congregationis de Propaganda, ut Seminarium missionum erectum ex facultate per Breve Benedicti XIII. 3. April. 1727. cum consensu Ordinarii in conventu Minorum discalceatorum *de Packeca* in Mexico deputetur pro conversione infidelium montium de *Cimapan*. Utque religiosi in præfatis locis missionarii pro necessitatis facultatibus Archiepiscopum Mexicanum ordinarium adire teneantur. Prohibeturque Fratribus provinciæ S. Didaci transitus ad alias provincias & collegia missionum regularis observantiæ, & ad missiones provinciæ S. Gregorii Philippinarum. Ibid. C. 100. Incipit *Emanavit*.

ORDINATIO DXXXVIII.
Anno 1733. 7. Aug.

NE commissarii generales, ac ne Minister quidem Generalis Ordinis S. Francisci possit extrahere religiosos provinciæ Mexicanensis S. Didaci nisi de consensu Capituli, vel Definitorii Provincialis. Extat ibid. C. 103. Incipit *Nuper*.

Digitized by Google

ORDINATIO DXXXIX.

Anno 1734. 17. Febr.

COnfirmantur constitutiones pro Fratribus & Sororibus Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis in Brasilia. Extat ibid. C. 128. Incipit *Ex injuncto*.

ORDINATIO DXL.

Anno 1734. 19. Jul.

EXposito quod in America Meridionali provinciæ Peruntinæ Ordinis S. Dominici, & S. Augustini, & Chilensis S. Augustini plures habent conventus, vel in locis a civitatibus remotis, vel in oppidis parvis & miserrimis, & alios erectos pro Indorum assistentia nomine prioratuum, qui sex duntaxat, quinque, quatuor, aut tres religiosos alere possunt, in quibus regularis disciplina quoad fieri potest observatur, & ex inconcussa dictarum provinciarum praxi omnibus conventuum *privilegiis* gaudebant, indulgetur ut prædicti conventus in possessione in qua fuerunt permaneant, non obstante Constitutione Pauli V. 21. Sept. 1611., qua statuebatur, ut conventus provinciarum Americæ, qui numerum saltem octo religiosorum alere non possunt, supprimerentur committendo executionem Episcopis illarum partium. Quæ executio per 122. annos omissa est, testante aliquando Sanctæfidei Archiepiscopo esse impossibilem. Extat tom. XIV. Bullar. Rom. C. 141. Clem. XII. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DXLI.

Anno 1734. 24. Aug.

COnfirmatur decretum Card. Turnon cum certa moderatione. Diciturque, malè se gessisse Episcopis Indiarum concedendo dispensationem in sacramentalium usu circa baptismum inconsulta Sede Apostolica. Mentio fit in Const. *Omnium solicitudinum* Benedicti XIV. de qua infra Ord. 570.

ORDINATIO DXLII.

Anno 1734. 9. Sept.

RElata concessione Pii IV., ut Societatis Jesu presbyteri cum neophytis Indiarum dispensare possent in quocumque gradu divino jure non prohibito, quam Clemens XI. ultimo prorogaverat 11. Jun. 1701. ad viginti annos tunc proximos; & exposito per procuratorem generalem Societatis Jesu, quod prædicti viginti anni jam dudum expiraverant (I): Exposita etiam ipsius procuratoris dubitatione, ne aliqui missionarii credentes prædictam facultatem esse renovatam, & bona fide dispensantes aliqua essent censura innodati (II) conceditur tam Provincialibus & ab

eis

Digitized by Google

eis deputatis presbyteris, quam locorum Ordinariis cum neophytis Indiarum, aliarumque regionum orientalium, in quocumque seu quibusvis, non tamen in primo, consanguinitatis aut affinitatis gradibus, vel alias conjunctis seu se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant: Dictis quidem presbyteris in locis ubi Ordinarii non adsunt, vel ultra duas dietas juxta constitutionem Pauli Tertii existunt: ipsi verò ordinariis ubi presbyteri ipsi adsunt, vel eorum commode haberi potest copia, de eorum tanquam adjutorum & assessorum consilio, & cum illis; ubi autem non adsunt, neque eorum haberi potest copia, etiam sine illis in utroque foro dispensandi. Et eos, qui in ejusmodi gradibus contraxerunt, absolvendi, & prolem legitimam decernendi. Nec non eisdem presbyteris & ordinariis, servatis locorum circumstantiis & limitationibus ejusmodi, cum eisdem neophytis etiam in primo gradu rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant, in occultis tamen & in foro conscientiæ tantum, & urgentibus justis causis dispensandi, & eos, qui contraxerint absolvendi. Dictisque Ordinariis alios presbyteros idoneos, ubi non sint missionarii similem facultatem habentes quoad præmissa in sui locum subdelegandi, facultas ad viginti annos à die datæ valitura, tam quoad presbyteros, quam quoad Ordinarios conceditur. Omnia matrimonia post expiratam facultatem ex dispensatione alias ritè contracta in radice revalidantur. Ii verò qui dispensarunt, pro ea tantùm vice ut absolvantur, facultas datur. Extat cit. tom. XIV. Bullar. C. 146. Clem. XII. Incipit *Cum dudum*.

ADNOTATIONES.

(1) *Jam dudum*. Nempe totis terdecim annis. Ex quo patet, fundamentum ex eo desumptum quòd Romæ esset qui pro officio peteret prorogationem facultatum vicennalium, esse malè firmum, ut ante præviam prorogationis factæ notitiam procederetur in usu; nam quamvis esset qui ex officio peteret, & erat qui ex fragilitate memoriæ, vel ex negotiorum multitudine in petendi oblivionem induceretur. Et quamvis petita esset prorogatio poterat negari, vel restricta concedi, & notitia negationis, vel restrictionis in tanta locorum distantia intercidisse. Patet etiam recte egisse missionarios olim suspendentes in simili casu facultatum usum; quod in hæc verba refert Avendaño (a) *Pro obtinenda* prorogatione post expletum terminum specialem Patres omnes Generales diligentiam præstiterunt; quia verò circa hoc oblivionis aliquid, aut nescio quid aliud intervenit post Urbani VIII. prorogationem expletam (15. Sept. 1649.), usus aliquorum temporalium privilegiorum cessavit, donec ab Innocentio X. (1. Mart. 1649.) est impetrata, & quidem ante expletum tempus, sed

(a) *Avend. tit. 11. Thesaur. cap. 3. n. fin.*

Digitized by Google

ſed ita proximo illius termino, ut litteræ opportunè in Indias non potuerint *pervenire*. Propter hæc monitos voluit miſſionarios Benedictus XIV. infra anno 1757., ne ad extremum vicennii ſpatium differrent ſupplicationem ad Sedem Apoſtolicam deferre, ne vel diſpenſationes nullitatis periculo exponerentur, vel neöphyti ſpiritualibus ſubſidiis ſibi à Sede Apoſtolica ſolitis concedi ſuſpenſione privarentur.

Dices, tempore Urbani VIII. & Innocentii X. non fuiſſe tot prorogationis petitæ & non negatæ exempla, quæ non negandæ in poſterum argumento eſſent. Fateor; ſed nec erant tot exempla oblivionis commiſſæ, vel alterius cauſæ ad intermittendam ſupplicationem occurrentis, nam præter hanc terdecim annorum ſive oblivionem, ſive undeunde ortam dilationem, contigit alia, minor quidem, circa prorogationem Conſtitutionis *Animarum ſaluti* factam à Clemente XI. 22. Sept. 1708., & non refectam uſque ad 12. Dec. 1729. Præterquam quod exempla petitæ & impetratæ prorogationis argumentum ſunt concedendæ præſumptivum, non poſitivum conceſſæ, ut opus erat.

Sed & notandum eſt, facultatem diſpenſandi in quocumque gradu divino jure non prohibito a Pio IV. conceſſam, non fuiſſe à Clemente XI. anno 1701. ultimò prorogatam, ut procurator generalis retulit ad præſentem conſtitutionem impetrandam. Sola facultas diſpenſandi *in* primo gradu affinitatis ex copula illicita, in occultis, & in foro conſcientiæ ultimo erat prorogata anno 1701.; reliquæ facultates ad diſpenſationes matrimoniales, quæ in illa & in hac Conſt. *Cum dudum* continentur, continentur ſimul ad verbum in Conſt. *Animarum ſaluti*. At conſtitutio hæc *Animarum ſaluti* non ultimò prorogata erat anno 1701., ſed poſtea, & ante præſentis Conſtitutionis datam, erat prorogata bis, ſcilicet anno 1708. à Clemente XI., & iterum à Benedicto XIII., quamquam non ſine oblivione unius integri anni, anno 1729. de qua Benedicti prorogatione quindecim toti anni reſtabant, nempe in compenſationem terdecim oblivionis annorum. Propter hæc SS. Clemens XIII. anno 1766. ſupplicationibus ad ſe delatis providè annuit, ut quæ facultates vicennales diverſis litteris continebantur, diverſis temporibus expiraturæ ſub unius Conſtitutionis textu eodem termino concederentur, ut vide Ord. ult.

(II) *Conceditur*. Etiam pro locis quorum incolæ ſunt ſoli fideles: quod non habebat conceſſio alioquin ſimilis facta in Conſt. *Animarum ſaluti*. De diſpenſatione in radice Vide Ord. 447. Adnot. 4. anno 1701. 2. April.

Poſtquam expiraverat vicennium hujus Clementinæ *Cum dudum* conceſſionis, cum nondum ad certas Americæ partes perveniſſet nuntius de facta prorogatione, occurrit ut eſt frequentiſſimus caſus & neceſſitas diſpenſandi cum neöphyto ad matrimonium cum affini ex copula illicita in primo gradu. Recurſum eſt ob diſtantiam, & romani recurſus difficultatem & moras ad Epiſcopum loci, ut ſi poſſet ac vellet, diſpenſationem expediret, vel diſpenſandi facultatem. Reſcripti ſumma fuit ut ſequitur: *Con lo difficil* del recurſo todo ſe facilita. Si por la difficultad del recurſo fuera licito diſpenſar, fueran eſcuſadas las facultades que ſe dan para aqui... En quanto à los eſcandalos, major eſcandalo es ſolicitar

citar tales dispensaciones.... Esto supuesto respondo, que siendo publico el trato illicito, no puedo dispensar.... pero siendo occulto, puedo *in foro pœnitentiæ*: y lo concedo al Cura de dicho pueblo, y su lugar-teniente. Palacio. Septiembre 15. de 1763. Cujus rescripti partes quomodo sibi cohæreant, non bene capio. Si ex difficultate romani recursus, & ad scandala vitanda non poterat Episcopus dispensare, ut in prima rescripti parte significatur; unde potuit in secunda dispensatio expediri & delegari? Illa certè facultas non continetur in decennalibus, quæ Româ Episcopis Indiarum solitæ sunt concedi: ut vide supra Ord. 503. Aliquando concessum est Episcopo dispensare in primo gradu dictæ affinitatis, ut vide infra Ord. 577.; sed ibi habetur ratio de vitandis scandalis, nec scandalum putatur esse ad vitanda scandala seu petere, seu concedere talium dispensationum genus.

ORDINATIO DXLIII.
Anno 1735. 29. Mart.

OPpidum *Mizque* sit residentiale Episcoporum Sanctæ Crucis *de la Sierra*. Mentio fit in epistola Ill. D. Michaelis de Fuentes ad Regem Catholicum, cujus datam substitui Constitutionis datæ mihi non notæ. In illa sic habet: *Cien* leguas de Santa Cruz al Peru está la villa de *Mizque*, donde es la residencia de los Obispos por Bula que hai para ello respecto de hallarse en el centro del Obispado, desde donde se dan con prontitud las providencias. Y à estas dos poblaciones se reducen todas las que hai de Españoles en todo el Obispado, de las quales la primera tendra doscientos vecinos, la segunda *veiente y quatro*.

ORDINATIO DXLIV.
Anno 1735. 9. April.

UT Capitulum Generale Ordinis S. Hippolyti Mexicanensis de cætero per sexennia celebretur. Extat cit. tom. Bullar. C. 153. Incipit *Cum sicut*.

ORDINATIO DXLV.
Anno 1735. 28. Jul.

VIvæ vocis oraculo extensa fuit ad provinciam Brasiliæ Soc. Jesu facultas facta missionariis in India orientali recitandi per hebdomades etiam intra adventum & quadragesimam, diebus non impeditis ritu duplici aut semiduplici, de SS. Ignacio & Xaverio. Refert P. Simon Marquez cum alia extensione ejusdem privilegii in favorem procuratorum Indiæ orientalis existentium in Europa. Vide supra Ord. 532. anno 1731. 21. Nov.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO DXLVI.
Anno 1735. 26. Sept.

REvocantur & annullantur duæ epiſtolæ paſtorales Epiſcopi Pekinenſis circa ritus Sinarum. Extat in cit. Bullar. C. 166. Incipit *Apoſtolica*.

ORDINATIO DXLVII.
Anno 1735. 7. Octobr.

UT presbyteri Ordinis S. Hippolyti Mexicanenſis nequeant in religione habere neque ad breve tempus aliquam prælaturam ſine apoſtolica diſpenſatione. Nec eſſe poſſint Aſſiſtentes Provinciæ, nec magiſtri novitiorum. Sed dicti ſacerdotes primi advocentur pro conſilio in omnibus congregationibus & adunationibus faciendis in ſingulis conventibus. Ibid. C. 167.

ORDINATIO DXLVIII.
Anno 1735. 6. Dec.

UT in Collegio Manilenſi Societatis Jeſu poſſent conferri gradus ſcholaſtici. Meminit P. Murillo lib. 5. Curſ. Can. tit. 5. num. 62.

ORDINATIO DXLIX.
Anno 1736. 27. Febr.

COnfirmantur conſtitutiones quædam Ordinis Bethlhemitarum. Ex cit. Bullar. C. 172.

ORDINATIO DL.
Anno 1736. 22. Mart.

COnfirmantur regulæ & conſtitutiones Congregationis ſeu Familiæ J. C. pro educatione Sinenſium & Indorum erectæ extra muros Neapolis. Ib. C. 175.

ORDINATIO DLI.
Anno 1736. 5. Maji.

INdultum recitandi feria VI. poſt Cineres vel alia non impedita de Quinque Plagis extenſum fuit ad Patres Societatis Provinciarum Peruanæ Mexicanæ, Paraquariæ, Chilenſis, Novi Regni & Philippinarum, ſcilicet quotquot erant & eſſe deſierunt in Novo Orbe Hiſpanico: & ad omnes ſæculares & regulares utriuſque ſexus Archiepiſcopatus Limani, & Platenſis, & Epiſcopatuum Truxillenſis, Cuzquenſis, Arequipenſis, Guamangenſis, Pacenſis, & Sanctæ Crucis in America meridionali. Ex decreto ſimul typis edito cum Officio de Quinque Plagis.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO DLII.
Anno 1737. 31. Jan.

EXposito per Carmelitas Excalceatos, quòd ex decretis pontificiis possunt ubique terrarum erigere confraternitates virorum & mulierum sub titulo B. Mariæ de Monte Carmelo, quæ neque usum saccorum, neque proprium oratorium, neque intra nec extra claustra, neque redditus, aut consuetudinem recitandi divinum officium, aliasque preces habent, ullasque functiones ecclesiasticas peragunt; sed tantummodo processionibus, quæ singulis mensibus ab eisdem Exponentibus fieri solent ad effectum lucrandi indulgentias, intersunt: Exposito etiam quòd Episcopus de Mechoacan in Indiis occidentalibus prædictas confraternitates, & quoddam oratorium rurale cujusdam prædii per dictos exponentes possessi, in quo religiosi missam pro spirituali colonorum ibi commorantium consolatione celebrare solent, visitare tentavit, declaratur ac decernitur, si preces veritate nitantur, supradictas confraternitates (I), & exponentium oratoria ruralia (II) ab Ordinariis locorum non esse visitanda, sed à Superioribus religionis. Ex cit. Bullar. C. 190. Incipit *Exponi*.

ADNOTATIONES.

(I) *Confraternitates*. Eadem ratione congregationes sub directione Societatis Jesu erectæ non suberant jurisdictioni & visitationi Episcoporum, ut latè probat Forti (*a*), & Card. de Lugo (*b*), quia scilicet nec sunt corpus stabile, sed quod cessante Societatis directione resolvitur, nec habent saccorum usum, nec redditus, quorum esse incapaces resolvit S. Congregatio Episcoporum & Regularium 16. Martii 1713., & confirmavit Benedictus XIV. Const. *Laudabile*. Data 15. Febr. 1758.

(II) *Oratoria ruralia*. Similis Constitutio prodiit ab eodem Clemente 19. Aug. tenoris qui sequitur: *Exponi* fecit procurator Carthusiensium, quod cum Urbanus V. concesserit monachis ejusdem Ordinis facultatem retinendi in suis domibus & grangiis altaria portatilia, atque inibi missas celebrandi; Bonifacius vero IX. præfatum Ordinem à quacumque Ordinariorum jurisdictione exemerit: Quarum concessionum exemplo Gregorius XIII. Societati Jesu 3. Maji 1575. concessit, ut in oratoriis & capellis, quæ Provinciales in domibus & collegiis & aliis locis ubi aliqui de Societate residebunt, approbaverint & ad divinum tantùm cultum deputaverint, missa & divina officia alterius licentia minimè requisita celebrari possint. Congregatio quoque Concilii 24. Sept. 1622. decrevit, ut in capellis seu oratoriis existentibus in domibus, membris, seu grangiis monasteriorum carthusianorum, postea tamen quam Ordinarii semel ejusmodi capellas visitaverint, missæ sacrificium tam per regulares, quam

(a) *Forti, Art. 22. De Conserv. à num. 242.* (b) *C. de Lug. lib. 4. Resp. Mor. D. 22.*

Digitized by Google

quam per sæculares presbyteros celebrari valeat, audientesque præcepto satisfacere intelligantur, absque tamen parochialium præjudicio. Quod quidem decretum à Gregorio XV. approbatum fuit, qui pariter anno 1623. largitus est Carthusianis communicationem privilegiorum aliis Ordinibus concessorum: vigore cujus communicationis prædictus Ordo semper potitus est privilegio, quo potiuntur tam clerici Societatis, quam cæteri regulares, erigendi nimirum in suis grangiis oratoria sine Ordinariorum licentia & visitatione, sed approbatione tantum suorum Visitatorum, qui in dicto Ordine Provincialis vices gerunt. Cum autem, ut eadem expositio subjungebat, iidem monachi in grangia Turricis oratorium erexissent, & in Congregatione Concilii propositum esset dubium, an liceret Carthusianis oratorium retinere ad celebrandum in casu, quod 30. Julii resolutum fuit affirmative, prævia tamen visitatione. Et idem procurator considerans esse valde æquum, ut quemadmodum Societas Jesu, aliæque religiones privilegium erigendi oratoria ad exemplum Carthusiensium privilegiorum obtinuerunt, & reipsa retinent in suis grangiis oratoria & capellas minimè subjectas Episcoporum visitationi, ut attestationibus superiorum earumdem religionum constare asseritur, ita *Carthusianos* propter memoratam communicationem eisdem privilegiis frui posse desideret; conceditur toti Carthusianorum Ordini, ut non solum erigere possint oratoria, capellas & altaria in grangiis, & domibus religiosis, in quibus residebunt ejusdem Ordinis sacerdotes, atque in illis celebrare juxta decretum præfatæ Congregationis, sed... quod sufficiat quod dicta oratoria, capellæ, & altaria visitata fuerint & approbata à Visitatoribus ejusdem Ordinis... Non obstantibus contrariis *quibuscumque*.

ORDINATIO DLIII.
Anno 1737. 1. Junii.

DEclaratur, novum conventum & ecclesiam Quadraginta Martyrum de Urbe ad Fratres Discalceatos S. Francisci Nationis Hispanicæ & Indiarum pertinere. Ex cit. Bullar. C. 202. Incipit *Exponi*,

ORDINATIO DLIV.
Anno 1738. 8. Mart.

SAnctos, qui in fine anni supersunt, non esse ad annum sequentem transferendos; sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valet, tunc in illo anno diebus eorum considerandos esse tanquam simplices, faciendo illorum commemorationem ut in semiduplicibus cum nona lectione ad Matutinum composita ex eorum omnibus lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius. Et ita declaravit Sacra Rituum Congregatio ad instantiam Ministri Provincialis Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum provinciæ S. Didaci in regno Mexicano apud Ferraris, Edit. Rom. 1768. Verbo *Officium Divinum* art. 3. n. 64. p. 253.

AD-

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

Eandem habet declarationem in Opere inscripto *Decreta* Authentica Sacræ Rituum Congregationis Notis illustrata ad SS. D. N. Benedictum XIV. *Edit. Ven.* 1750.; nisi quod hic dicitur facta ad instantiam Ordinis Capuccinorum. Quod verò annus accipiendus sit a 1. Januarii, non à die quo Sanctorum officium impeditum transfertur, ut aliqua Directoria interpretata sunt, nec à prima Dominica Adventus, ut aliqui dubitarunt, constat ex aliis in hac materia declarationibus.

Declaraverat Sacra Rituum Congregatio 7. Dec. 1680. (*a*), & 27. April. 1697., officia Sanctorum, quæ de mense Decembris aliquando supersunt, posse transferri & fieri prima die non impedita sequentis anni. Quod iterum declaratum est 27. Sept. 1698. (*b*). Sed anno 1795. 26. Nov. (*c*) decretum est, Sanctos qui in fine anni supersunt, non esse transferendos ad annum sequentem, sed in diebus propriis considerandos esse tanquam simplices. Hoc decreto præcedentibus derogari putavit Cavalieri. Alii, ut contraria in concordiam redigerent, opinati sunt, in præcedentibus annum intelligi civilem, in posterioribus ecclesiasticum. Sed dubium exemit Sacra Rituum Congregatio 7. Dec. 1743. in Mediolanensi (*d*), nam quæsito an post decretum 7. Dec. 1680. abrogatum sit decretum aliud S. Congregationis, scilicet officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembris, possint transferri in annum sequentem? Responsum est, posterioribus S. Congregationis decretis, quibus cautum est, Sanctos qui in fine anni supersunt, non esse in sequentem annum transferendos, abrogatum esse decretum 7. Dec. 1680., ideoque comprehendi sub illis etiam Sanctos, qui in mense Decembri occurrentes translati supersunt.

Et 23. Januarii 1745. in Lunensi-Sarzanensi Ordinis S. Francisci de Observantia consequenter decretum est (*e*) *Occurrente* festo Dedicationis propriæ ecclesiæ in die S. Sylvestri, officium S. Sylvestri non esse transferendum in annum sequentem, sed celebrandum in ipso de Dedicatione cum commemoratione *S. Sylvestri*. Ubi patet, annum accipi civilem à 1. Januar. incipientem.

ORDINATIO DLV.

Anno 1738. 14. Mart.

CONgregationi & Collegio familiæ J. C., de qua supra 22. Mart. 1736. eorumque ecclesiæ, presbyteris sæcularibus, alumnis, & convictoribus communicantur privilegia, & gratiæ Congregationis S. Philippi, & Piorum Operariorum, ac indulgentiæ *della Rotonda*. Ex cit. Bullar. C. 220. Incipit *Inter præcipuos*.

Et

(a) *Apud Caval. Op. Liturg. D. 1. c. 6.* (b) *Apud eund. D. 2. ibid.*
(c) *Apud. eund. ibid. D. 3.* (d) *Decr. Auth, S. R. C. num. 1131.*
(e) *Decr. Auth. n. 1161. pag. 275.*

Digitized by Google

Et ibid. Constitutione sequente data eodem anno & die, conceditur, ut collegiales sinenses Familiæ Jesu Christi, & ii qui ex Indiis advenerint absque dimissioriis suorum Ordinariorum, etiam sine beneficio, sed ad titulum tantum missionis, à quo libuerit Antistite, ad quatuor minores etiam unico festivo vel feriato, & ad sacros etiam presbyteratus ordines, tribus Dominicis, seu aliis continuis seu interpolatis festivis diebus, etiam extra tempora, & non servatis interstitiis, dummodò sint ætatis legitimæ, nec eis aliud obstet impedimentum, & habeant litteras testimoniales rectorum, promoveri valeant. Ita ut quotiescumque contingat, aliquem esse promovendum, Superior teneatur eum cum attestationibus de baptismo, vita, moribus, & scientiis profectu, ad Archiepiscopum Neapolitanum dirigere. Et quatenus hic ordines conferre non valeat, ad quemvis Antistitem possit dirigi. Incipit *Pro suprema*.

ORDINATIO DLVI.
Anno 1738. 28. Mart.

UT quatuor doctrinarii seu parochi provinciæ Nominis *Jesu* Ordinis S. Augustini in Mexico Ex-provincialium privilegiis gaudeant cum certis conditionibus, in quibus illa est, ut sexdecim annis in doctrinis ab Ordinario canonicà traditis collatione animarum curæ & sacramentorum administrationi laudabiliter inservierint. Ibid. C. 134. Incipit *Exponi*.

ORDINATIO DLVII.
Anno 1738. 3. Jul.

UT tres duntaxat Fratres Ordinis S. Augustini provinciæ S. Nominis Jesu antiquiores doctores graduati in universitate Mexicana, qui certas conditiones adimpleverint, privilegiis magistrorum dicti Ordinis uti valeant. Ibid. C. 236.

ORDINATIO DLVIII.
Anno 1738. 7. Octob.

UT Provinciales Indiarum Ordinis S. Augustini, servatis de jure servandis, non expectata approbatione Prioris Generalis, incorrigibiles ejicere possint. Ibid. C. 243. Incipit *Exponi*.

ADNOTATIONES.

Quænam de jure servanda sint, ut quis tanquam incorrigibilis ejiciatur, breviter habet ex Diana Busembaum (*a*): *Quod* licèt hactenus ex communi sententia Sanchez, Suarez, Azor, Rodriguez & aliorum, reli-

(a) *Busemb. lib. 4. cap. 1. D. 6.*

religiosi propter delictum aliquod grave etiam semel perpetratum potuerint expelli, jam tamen propter declarationem Urbani VIII. editam anno 1724., per nulla privilegia possunt expelli è religione, nisi sint incorrigibiles, tales autem non censentur, nisi unius anni jejunio & pœnitentia in carcere sint *probati*. Dum autem excipit hic author Societatem Jesu, nisi velit intelligi de nondum professis, contrarium habet Benedictum XIV. supra Ord. 324., qui & refert constitutionem Innocentii XII. ad instantiam religionum contrahentis carcerationis annum ad semestre.

ORDINATIO DLIX.
Anno 1738. 20. Dec.

AD instantiam procuratoris provinciæ S. Nominis Jesu Mexicanæ Ordinis S. Augustini, decretum S. Congregationis Episcoporum & Regularium 5. Sept. 1738. sequens confirmatur: Regulares unius religionis confugientes ad ecclesias & monasteria (1) alterius religionis superioribus propriis restitui debere, præstito ab iis juramento, & facta obligatione de servanda immunitate, & de restituendo confugientes casu quod quod procedendum sit ad pœnas corporales carceris perpetui, mortis, & triremium propter delicta à confugientibus commissa; secus si ipsi procedere deberent ad pœnas ordinarias, & ad correctionem præscriptas. Cujus rei declaratio ad definitorium provinciale, vel ubi illud non fuerit, ad consilium conventus spectabit. Quodsi constito, regulares confugientes pœnas ordinarias solum promereri, prælati alterius religionis renuant eos restituere, vel ipsi ad proprias domos redire recusent, S. Congregatio utrosque instar apostatarum, vel apostatas recipientium, in excommunicationem Summo Pontifici reservatam declaravit incursos. Extat ibid. C. 246. Incipit *Exponi*.

ADNOTATIONES.

(1) *Monasteria*. Consequenter non prodest immunitas confugientibus ad prædia, grangias, & domos regularium, ubi unus vel alter religiosus ad curandam rem agrariam habitat: & quæ ex resolutionibus angelopolitanis non gaudent monasteriorum privilegiis. Facitque regia Philippi V. declaratio 5. Jul. 1716. id ipsum expresè indicens, immunitatem non prodesse confugientibus ad grangias. Quam regiam declarationem refert in collectaneis M. S. P. Petrus Lozano S. J.

Imò ex hoc in posterum nec suffragabitur immunitas confugientibus in Hispaniarum regnis ad ecclesias & monasteria, nisi ea sint de assignatis, juxta novissimam constitutionem Clementis XIV. ad instantiam Regis Catholici expeditam, & in ejus ditione promulgatam, ex qua una vel altera Ecclesia in singulis oppidis per loci Ordinariorum designari debet, extra quam immunitas non suffragetur, neque asylum habeant confugientes rei.

Digitized by Google

ORDINATIO DLX.
Anno 1739. 13. Maji.

UT Missionarii Indici juramentum præstent de servanda constitutione de qua supra 24. Aug. 1734. Mentio fit in cit. ibi Const. *Omnium Solicitudinum*.

ORDINATIO DLXI.
Anno 1739. 13. Maji.

ARchiepiscopo Mexicano committitur ut declaret, tertiarios Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, qui sæculares sunt (I) & fori privilegio non gaudent, sed tantummodò indulgentiarum (II), & gratiarum spiritualium indulto, aliis Ordinibus adscriptos omnium promiscuè indulgentiis uti posse. Et cit. Bullar. C. 257. Incipit *Exponi*.

ADNOTATIONES.

(I) *Sæculares sunt*. Consonat lex 87. tit. 14. lib. I. Recop. Hispano-Indicæ, quæ de tertiariis S. Francisci sic habet: *Encargamos*, y mandamos à los Virreies, Audiencias, y Governadores, que à ninguna persona impidan tomar el habito de la Tercera Orden de S. Francisco, que traen los seglares por devocion... y por a hora en quanto à los dichos Terceros guarden lo que por leies de estos reinos esta *dispuesto*:

(II) *Tantummodo indulgentiarum*. Plura alia privilegia tertiariis largitus erat Benedictus XIII. constit. *Paterna*. 10. Dec. 1726. Hæc tamen Constitutio una est earum de quibus Clemens XII. 3. Kal. Apr. 1732. decrevit, perinde esse habendas ac si non emanassent.

ORDINATIO DLXII.
Anno 1739. 6. Aug.

COnfirmat sequens decretum Capituli Generalis Ordinis S. Augustini: *Cum* compertum sit summum dedecus inferri nostræ religioni, si ex ignobili vulgo ad illam admittantur, qui in sæculo suis inhonestis & depravatis moribus despectum communem merentur, cujusmodi sunt illi qui vulgò *mulatos* (I) & *mestizos* appellantur: nimisque indecens existimetur, quod isti animarum regimini intendentes superiorum sedes occupare sinantur, strictè præcipimus sub pœnis à nostris constitutionibus contra inhabiles recipientes impositis, ut tales in posterum ad habitum religionis non admittantur. Si verò contra hoc decretum recipi aliquando contigerit, irritam & nullam esse receptionem & professionem declaramus; non enim est animus religionis illos admittere, & tanquam filios habere quos Respublica sæcularis tanquam infamiæ nota affectos contemnit, & ob propriam vilitatem (II) ab officiis honorificis excludit. Similiter prohibemus,

Digitized by Google

mus, si quis in dicta (Mexicana) provincia jam fuerit admissus, deinceps ad officia cum cura animarum assumi sub pœna ipso facto incurrenda nullitatis electionis, & quoad eligentes sub pœna privationis vocis activæ & passivæ per decennium. Ibid. C. 262. Incipit *Exponi*.

ADNOTATIONES.

(I) *Mulatos & mestizos*. *Mulatos* vulgò dicuntur orti ex parentibus albo & nigro, & *Mestizos* orti ex parentibus hispano, & indico; nam qui ex mixto sanguine indico & æthiopico procreantur, presso nomine vocantur *zambos* & *zambaigos*. Sed etiam despicitur vocum harum discrimen, ut omnes id genus homines appellentur *mulati*, alibi *gente de colór*.

(II) *Ab officiis honorificis*. Ab officio certè protectoris Indorum, quod honorificum est, excluduntur mixtindi lege 7. tit. 6. l. 6. *Recop. Indiarum*. Et lege 4. tit. 8. l. 5. dicitur: *Ordenamos*, que los Virreies y Audiencias no consientan informaciones à mestizos y mulatos para notarios y escribanos publicos. At D. Ramirus de Valenzuela (*a*) inquit: *Cada dia se dan estas notarias à mestizos legitimos en la Camara de Indias*. Et quod majus est, lege 7. tit. 7. lib. 1. *Rec. Ind.* dicitur: *Encargamos* à los Obispos de nuestras Indias, que ordenen de sacerdotes à los mestizos de sus distritos, si concurrieren en ellos las calidades y sufficiencia necessaria para el orden sacerdotal: precediendo diligente informacion de los prelados sobre vida y costumbres, y hallando que son bien instruidos habiles, y capaces, y de legitimo matrimonio. Y si algunas mestizas quisieren ser religiosas, y recibidas al habito y velo de los monasterios, provean que no obstante qualesquiera constituciones sean admitidas, precediendo la misma informacion de vida *y costumbres*.

Ut jura hæc in concordiam redigat laudatus Valenzuela, inquit odiosa esse intelligenda de mixtis illegitimis, vel etiam de iis quos vulgus *zambos* appellat. Quibus adde ex Solorzano, præsumptionem stare pro illegitimitate mixtindorum, eo quod viri honesti inter hispanos, quidquid dum recenserat terrarum acquisitio contigerit, id temporis aspernantur matrimonia cum non hispanis. Facitque quod mulati, quod hybridæ apud Calvinum dicuntur (*b*) nati ex contumelia juris & naturæ.

ORDINATIO DLXIII.
Anno 1739. 30. Sept.

FRatribus S. Francisci reformatis provinciæ S. Antonii in Brasilia prohibetur transitus ad aliam provinciam causa studiorum. Extat ibid. C. 267. Incipit *Exponi*.

OR-

(a) *Valenz. Addic. ad Pol. Solorz. l. 2. c. fin. n. 55.* (b) *Calvin. Lexic. Verbo* Hybridæ.

Digitized by Google

ORDINATIO DLXIV.
Anno 1741. 20. Dec.

RENovatis litteris Pauli Tertii ad Card. Taberam Archiepiſcopum Toletanum datis 23. Maji 1537., & Urbani VIII. datis 22. Aprilis 1639., Antiſtitibus Braſiliæ, aliarumque regionum (I) Regi Portugalliæ ſubjectarum mandat novus Pontifex Benedictus XIV., ut affixis edictis, omnibus Indis tam in Paraquaria, ac Braſiliæ provinciis, ac ad Flumen *de la Plata*, quam in quibuſvis locis Indiarum occidentalis & meridionalis aſſiſtentes, univerſis tam ſæcularibus & eccleſiaſticis, quam regularibus ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, à qua non niſi à Romano Pontifice abſolvi poſſint, inhibeant ne Indos in ſervitutem redigere, vendere, emere, commutare, vel donare, ab uxoribus, & filiis ſeparare, & bonis ſuis ſpoliare, ad alia loca deducere, & tranſmittere, & quoquomodo (II) privare libertate, aut in ſervitute retinere: nec non prædicta agentibus operam præſtare, aut id licitum prædicare, aut coöperari præſumant. Extat in Bullar. Benedicti XIV. tom. 1. C. 38. Incipit *Immenſæ*.

ADNOTATIONES.

(I) *Regi Portugalliæ ſubjectarum*. Quamvis conſtitutio hæc data ſit in favorem libertatis Indorum omnium, etiam eorum qui caſtellanæ ditionis, ut Paraguayi & Bonaerenſes, mandata verò ſolùm ad Epiſcopos Luſitanos diriguntur. Unde minimè potuerunt Epiſcopi Caſtellani hujus delegationis pontificiæ vigore procedere contra quempiam, ut aliquis intendiſſe fertur.

(II) *Quoquomodo privare libertate*. Conſonat pontificiæ prohibitioni Jus Indico-Hiſpanum lib. 6. tit. 1. *De los Indios* à lege 12. Et tit. 2. eod. libro per totum, qui eſt *De la libertad de los Indios*. Et tit. 12. eod. *Del Servicio perſonal*. Et tit. 17. *De los Indios de Tucuman, Paraguay, y Rio de la Plata*.

Conſonat etiam Pontificio & Hiſpano Juri Luſitanicum, ut videre eſt in Codice novo cui titulus eſt *Leis e Decretos*, præſertim ex decreto dato Ulyſſipone 6. Jul. 1755., ubi inter alia hæc habes: *Havendo* deſcido muitos milhoens de Indjos, ſe foraon ſempre extinguindo, de modo que es muito pequenho o numero das povoaçoens, e dos moradores de ellas...... A cauſa conſiſte en ſe naon haver ſuſtentado na libertade... obſervandoſe as Leis... Derógo as Leis que permitiraon ainda en certos caſos a eſcravidaon... Os Indios ſaon libres... Os cattivos ſeian poſtos en libertade... Para ella (la verdad en juzgar de la libertad) ſeran preparados los autos pelos ovidores.... e los proporaon en Junta à que aſſiſtira o Prelado dioceſano, o Governador, os quatro Prelados mores das miſſioens da Companhia de Jeſus, de Nra Senhora do Monte do Carmo, dos religioſos Capuchos, e de Nra Senhora das Mer-

Digitized by Google

Mercés, o dito ovidor, o juiz de fora, e o Procurador dos Indios vencendose pela pluralidade dos votos contra a libertade, e bastando à favor de ella que seian *iguaes*. Vide supra Ord. 121. 295. 57. & 59.

ORDINATIO DLXV.
Anno 1742. 1. Maji.

AD instantiam Regum Batgao & Bittiá destinantur missionarii Capuccini in magnum Thibet. Extat tom. 16. Bullar. Luxemburg. Const. 53. & 54. Benedicti XIV. Quamquam dubium mihi restat, an Thibet regnum Indiis annumerandum sit ut Constitutio præsens in hoc Breviario locum habeat. Indiis, inquam, orientalibus, prout hoc nomine comprehenduntur regiones ad Regem Portugalliæ, non tantùm jure dominii, conquistæ, aut navigationis ad orientem, sed etiam jure commercii pertinentes juxta declarationem Gregorii XIII. de qua supra Ord. 156. Regio certè est Indiæ, & Sinarum ad Indias pertinentium finibus clausa, cujus incolis mercatores Indicanos non esse penitus ignotos, testantur viatores apud Prevost (*a*). Certò etiam est regio indica in sensu lato, de quo in cit. Ordinatione.

ORDINATIO DLXVI.
Anno 1742. 11. Jul.

RElatis decretis factis circa ritus sinenses, scilicet decreto Congregationis de Propaganda illos superstitiosos judicantis cum prohibitione Innocentii X. decreto Inquisitionis alios permittentis, alios reprobantis cum confirmatione Alexandri VII. facta anno 1656. decreto ejusdem Inquisitionis facto anno 1669. declarantis, duo præcedentia rectè sibi constare cum confirmatione Clementis IX. decreto Clementis XI. anni 1704. comprobantis Inquisitionis responsiones, quibus sinenses ritus ut imbuti superstitione prohibentur, mandantisque responsiones ad Card. Turnonium transmitti, ut indictis pœnis observantiam urgeret: decreto ejusdem Clementis 25. Sept. 1710. iterum confirmantis responsiones & mandatum Card. Turnonii, præcipientisque ne quis audeat edere scripta de ritibus sinensibus absque licentia Inquisitionis. Relata etiam Constitutione *Ex illa die*, qua decernitur vocabulum *Tien-chu* esse admittendum, nomina verò *Tien* & *Xang-Ti* rejicienda; tabellas cum inscriptione *King-Tien* appendi permittendum non esse; ne christiani præsint, ministrent, aut intersint sacrificiis seu oblationibus, quæ à Sinis in utroque æquinoctio Confucio, & progenitoribus fieri solent, tanquam superstitione imbutis, neque in ædibus Confucii peragant cæremonias singulis mensibus in novilunio & plenilunio, quæ in honorem ejusdem fiunt, nec in ædibus progenitoribus dicatis oblationes eisdem faciant, aut quomodolibet inserviant,
aut

(a) *Prevost, Hist. des Voi. tom. VII. l. 3. pag. 111. Vide etiam eund. l. 4. pag. 453.*

Digitized by Google

aut genuflectant coram progenitorum tabellis in domibus privatis, sepulcrisve una cum gentilibus, aut seorsim ab illis, etiam facta protestatione se civili tantùm cultu illa præstare; non tamen censendam damnatam assistentiam materialem, quam cum gentilibus citra approbationem præstari contingat à christianis, cum aliter odia vitari non possint, facta priùs si commodè possit protestatione, ac cessante periculo subversionis. Non permittendas tabellas defunctorum cum inscriptione sinica, qua thronus animæ significatur. Quoad tabellas solo nomine inscriptas tolerari posse secluso scandalo. Observanda omnia sub censuris & pœnis. Juramentum de observantia præstandum ab ecclesiasticis omnibus, & ad S. Congregationem transmittendum. Declarato, Bullam hanc Constitutionis habere vim, quamvis præcepti titulum præferat. = Relatis etiam permissionibus octo Patriarchæ Alexandrini Caroli-Ambrosii Mediobarbæ, qui 4. Nov. 1721. permisit, in privatis domibus uti tabellis solo nomine secluso scandalo: omnes cæremonias non suspectas: Confucii cultum civilem, sicuti ante tabellam correctam accendi candelas, uri odores, apponi comestibilia: pro funeribus offerri candelas: genuflexiones erga tabellam correctam, aut erga feretrum, aut defunctum: præparari mensam coram feretro: reverentiam *Koteu* tùm in anno novo, tum aliis anni temporibus: coram tabellis reformatis accendi candelas. = Relata insuper damnatione epistolarum Episcopi Pekinensis, qui mandavit observari constitutionem *Ex illa die* cum dictis permissionibus; = Declarat Benedictus XIV. permissiones illas constitutioni Clementis repugnare, & illarum praxim tanquam superstitiosam execratur. Superioribus mandat, ut refractarios removeant, & in Europam revocent, ac de illis notitiam exhibeant, ut puniri possint. Quodsi superiores non obtemperent, mittendi aliquem ex ipsorum ordine facultate privare minatur. Vult etiam ad formulam juramenti nonnulla adjici. Extat in Bullar. Bened. Incipit *Ex quo*.

ORDINATIO DLXVII.
Anno 1742. 3. Dec.

Electo de Nankin Francisco de Sancta Rosa de Viterbo præcipitur, ut ante consecrationem juramentum emittat ad formam præcedentis constitutionis. Extat ibid. C. 67. Incipit *Nuper*.

ORDINATIO DLXVIII.
Anno 1743. 16. Febr.

Ut quoties Ecclesiarum Indiarum tam orientalium quam occidentalium Antistes decesserit, non communicatis facultatibus, quæ à Sede Apostolica Episcopis concedi solent, quandiu sedes vacua fuerit, & usque ad novam provisionem apostolicam, cum limitationibus in formula expressis, Vicarius Capitularis legitime electus intra fines duntaxat illius diœcesis illas exercere tanquam delegatus possit, iis exceptis ad quarum usum ordo episcopalis requiritur, superaddita eidem Vicario Capitulari pote-

Digitized by Google

potestate consecrandi, quandocumque necessitas urgeat, calices, patenas, & altaria portatilia cum oleis sacris jam ab Episcopo benedictis. Ex authentico litterarum S. Congregationis de Propaganda extante in libro capitulari Ven. Capituli Cordubensis in Tucumania fol. 8. ann. 1748. Facultates, de quibus hic sermo, vide supra Ord. 503. 22. Febr. 1725. Et Ord. 446.

ORDINATIO DLXIX.
Anno 1744. 7. Sept.

UT pœnitentes, confessi, & sacra communione refecti, qui ecclesiam regularium Societatis Jesu *de Buenos aires* (1), dummodò præter indulgentias Societati Jesu generaliter concessas, nullæ illi ecclesiæ specialiter concessæ reperiantur, die 21. Novembris à primis vesperis usque ad occasum solis diei visitaverint & ibi oraverint, indulgentiam plenariam consequantur, ad quindecim annos. Ex authographo. Et licèt jamdiu expiraverit, sicut & aliæ anno sequente referendæ concessiones, supprimenda non fuit, cum quotidie seu pro eadem seu pro aliis ecclesiis similes gratiæ seu prorogari, seu denuò impetrari soleant, in quarum usu passim dubitatur.

ADNOTATIONES.

(1) *Dummodo præter indulgentias*. Similis exceptio aliàs in ejusmodi litteris adhiberi solet: *Volumus* ut si alia indulgentia in dicta ecclesia perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa sit, præsentes sint *nullæ*. Cujus clausulæ eam esse vim putarunt plures, ut indulgentiæ concessæ denuò sint nullæ, si aliæ præcedant concessæ pro eodem die; validæ tamen sint, etsi aliæ pro aliis diebus sint concessæ. Hujus sententiæ fuit aliquando Diana (*a*). Sed palinodiam cantavit ex Urbani VIII. decreto, quo voluit nullam esse concessionem durantibus aliis indulgentiis etiam pro distinctis diebus. Dianæ concinit Gobat (*b*), qui tamen addit: *Sentio*, brevia in quibus non exprimitur clausula præscripta ab Urbano, esse perinde intelligenda ac si Urbanus nullam declarationem fecisset. Quia hoc ipso quod ea clausula non inseratur post declarationem, imo & præceptionem Urbani, signum est non esse stylo Curiæ, qui legem facit (& consequenter abrogat) receptam illam declarationem, sed potiùs confirmatam explicationem num. 315. Pro quo & citat Pellizzarium, Quintanadueñas, & alios.

Sed videtur standum retractationi citra limitationem ejusmodi, quam quodammodo damnavit Urbanus apud cit. Dianam, ut patet ex litteris Suffraganei Leodiensis ad Atrebatensem Præpositum scribentis: *Sua Eminen-*

(a) *Diana, P. X. tr. 16. R. 22.* (b) *Gobat, tr. 4. De Indulg. P. 2. cap. 6. in Append. num. 317.*

nentia D. Card. Barberinus per epistolam datam 5. Aprilis (1642) mihi mandat, quod Sua Sanctitas (Urbanus VIII.) ad intentionem suam melius explicandam contra interpretationem dictæ clausulæ per aliquos religiosos datam, statuit, ut deinceps in eisdem indulgentiis inseratur clausula: *Volumus* autem, ut si alias pro Christi fidelibus in quocumque anni die dictam ecclesiam, seu capellam, aut altare in ea visitantibus aliquam aliam indulgentiam etiam dissimilem perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes *nullæ sint*. Ubi non tantùm decernitur quid in posterum faciendum sit; sed improbatur interpretatio contraria clausulæ præcedentis minus claræ.

Pontifices quidem successores possunt velle quod noluit Urbanus, nisi tamen aliter quàm silentio exprimant ejus declaratio prævalet. Quapropter consilium dat Silvius apud Dianam, qui quærunt indulgentias, si pro visitantibus ecclesiam alia sit concessa, curare debent, ut sine hac clausula concedantur, alioquin nullius roboris erunt.

Circa indulgentias dissimiles extat recentior declaratio affixa & publicata approbante Innocentio XI. apud Lacroix (a), & inter authentica decreta numeratur à Cavalieri (b): *Cum à S. Congregatione* Cameracensis Archiepiscopus quæsiisset, quæ vis clausulæ; *Volumus* ut si aliàs Christifidelibus dictam ecclesiam qualibet anni die visitantibus aliqua indulgentia perpetua vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, præsentes litteræ *nullæ sint*. S. Congregatio respondit, ea non contineri altaria privilegiata pro defunctis, neque indulgentias aut certo personarum generi concessas, ut confraternitati, regularibus, & capitulo; aut certum pium opus in ipsa ecclesia peragentibus, ut litanias aliasve hujusmodi preces recitantibus, ac iis qui christiana doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, & qui expositioni Sanctissimi cum oratione quadraginta horarum intersunt, nec Stationum Urbis, & Septem Altarium indulgentias instar septem altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum quæ pro una vice conceduntur. Cæterùm si alia indulgentia sive plenaria, sive non plenaria, perpetua vel ad tempus, tum ab eodem tum ab alio Romano Pontifice generatim Christi fidelibus ecclesiam vel aliquod ejus altare seu capellam visitantibus, eodem anni die vel diverso, concessa fuerit, de qua non fiat in litteris apostolicis mentio, has litteras ob adjectam clausulam esse prorsus irritas & nullas. 23. Jun. 1676.

Hujus decreti commentarium dat laudatus Cavalieri in hæc verba: *De indulgentia* per Episcopum concessa (utique non plenaria) & nondum expirata dubitatio esse potest ob sanctionis verba illa: *Tum* ab eodem tum ab alio Romano *Pontifice*. Sed quia Episcopi non nisi authoritate per Summum Pontificem habita indulgentiam concedunt, & aliunde clausula illa minime tenet restrictiva verba, nec exposcit aliter paritatis ratio, idcirco & eadem non minus videtur *officere*. Sed quidquid sit an Episcopus

(a) *Lacr. lib. 6. P. 2. num. 1379.* (b) *Caval. Comp. in Auth. S. R. C. Decr. tom. 3. c. 14. D. 9. p. 6. Ed. 1758.*

Digitized by Google

pus proprio nomine ac jure concedat indulgentiam, an Pontificis authoritate; illud est certum, hujus vel illius Romani Pontificis nomine non venire nec intelligi posse Episcopum, nisi qui simul sit Episcopus Urbis & Orbis. Ergo quantum ex illis sanctionis verbis est, *Cum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice*, indubium est per episcopalem indulgentiam non reddi pontificias inutiles.

ORDINATIO DLXX.
Anno 1744. 12. Sept.

RElato decreto Card. Turnonii dato Pudicherii 23. Jun. 1704., quo sub pœna excommunicationis Superioribus, & suspensionis missionariis missionis Madurensis, Maisurensis, & Carnatensis injungitur, ne in baptizando omittantur sacramentalia, & signanter sal, saliva, insufflatio: ut imponatur baptizando nomen in martyrologio descripti Sancti alicujus: ne liceat sacrarum rerum nomina immutare nec ea ullo idiomate quam latino vel indico explicare: ut terminum genitoribus quam brevissimum præfigant, ut filios ad ecclesiam deferant baptizandos: ne matrimonia inter christianos, (sex vel septem annorum) fieri permittant: ne mulieres audeant *taly* cum imagine idoli Pulearis collo deferre, aut cum funiculo 108. filorum croceo succo delitorum: ut ramus arboris *arescio-mara* omnino auferatur à cæremoniis nuptialibus, & numerus ferculorum adhiberi solitus: ut circuli super caput sponsorum omittantur: ne fructus vulgo *cocco* ad capienda auspicia frangatur: ne mulieres arceantur à sacramentis causa menstruæ purgationis: ne fiat festiva gratulatio pro prima purgatione puellis contingente: ut Pareis omne præstetur spirituale auxilium etiam in ipsorum domibus: ne christiani tibicines, & musici operam præstent in idolorum pagodis aut festivitatibus: ut etiam missionarii observent constitutionem Gregorii XV. prohibitivam temporis & loci in lavacris adhiberi soliti à gentilibus: ne cineres ex vaccæ stercore confectos, & pœnitentiam à Rutren institutam redolentes benedicant: eosque fronti sacro chrismate delinitæ impingant. Et Christianis: ne sine licentia parochi libros gentilium legant. Et Superioribus Societatis in Indiis, ut hoc decretum notificent missionariis. = Relata etiam resolutione Clementis XI. approbantis præcedens decretum cum clausula *Donec* aliter à Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt qui aliquid adversus contenta in ejusmodi decreto afferendum *habuerint*. Et litteris Benedicti XIII., quibus & Turnonii decretum confirmat, & nominatim decretum de administrandis sacramentis hominibus moribundis infimæ conditionis quos vocant *Pareas*. = Et litteris Clementis XII. datis 24. Aug. 1734., quibus confirmat præceptum adhibendi sacramentalia baptismi, & dispensat ad decennium ut omittatur in necessitate saliva, & insufflatio adhibeatur occultè, ubi non sit error putantium esse materiam ineptam sacramentalium: monet missionarios super gravi negligentia recurrendi ad Sedem Apostolicam pro dispensandi facultate, & malè se gessisse Episcopos dispensando inconsulta Sancta Se-

Digitized by Google

de: moderatur præceptum imponendi nomina martyrologii baptizandis, subrogata clausula *Curent* quantum fieri *potest*, firma remanente interdictione quoad nomina idolorum, & falsæ religionis pœnitentium: decretum de non immutandis nominibus sacris declarat non habere locum in vocibus ab institutione missionis communiter receptis: servandum decretum de non protrahendo baptismo: damnat impuberum matrimonia, & declarat servandam esse Tridentini formam in locis, in quibus ejus decretum *cap.* 1. *s.* 24. *De Reform. Matrim.* publicatum est vel publicabitur, neque ejus observantia sit impossibilis: monetque missionariis ut curent publicari in omnibus locis missionum illarum partium: confirmat prohibitionem mulieribus factam deferendi *taly*, quamvis missionarii asserant numquam permisisse gestationem: confirmat etiam gestationem funiculi 108. filorum, & decretum super abolendis superstitiosis nuptiarum ritibus, & super fractione fructus *cocco* nuncupati, & super admissione mulierum ad sacramentorum participationem tempore purgationis. Super festivis gratulationibus pro prima puellarum purgatione resolvit, quod curent missionarii abolere festum sub nomine menstrui, sed sub titulo nuptiarum permittant. Super spirituali assistentia Pareis præstanda confirmat decretum, monetque missionarios ne ad baptismum admittant opinantes Pareas esse à Deo reprobatos, nisi errorem deponant. Confirmat etiam decretum de non præstanda in pagodis opera per christianos musicos, circa ablutiones etiam missionariorum, de usu cinerum, ac de libris gentilium per neophytos non legendis. Præcipitque, ne inconsulta Sancta Sede ritus gentilium in consuetudines christianorum convertant. Relato insuper ejusdem Clementis sub gravioribus pœnis iterato præcepto, ut missionarii jurejurando se adstringant in executionem mandatorum, & superiores exempla litterarum apostolicarum suis subditis respectivè transmittant ea lege, ut si quis reluctetur, cogatur è provincia decedere. Relato etiam, missionarios post obedientiam promissam, & juramentum præstitum tria postulare. 1. Ut onere liberentur tot juramentorum. 2. Ut prorogaretur dispensatio super salivæ & insufflationis usu. 3. Ut detur explicatio de assistentia Pareis præstanda: = Benedictus XIV. nihilominus juramentum præstare jubet, & pœnas inobservantiæ confirmat: dispensationem super usu insufflationis & salivæ prorogat ad decennium ulterius: oblationem missionariorum paterno gaudio excipiens, aliquot, quot necessarii sint, pro Pareis deputari præcipit, quorum defectu subrogentur alii: ut intra quinquennium documenta de executione exhibeantur, alioquin missionarii de alio cætu mittantur in ea regna: & Societatis Jesu missionarii, quibus potissimùm missiones illæ creditæ sunt, non expectata jussione alia, in virtute sanctæ obedientiæ repedare debeant. Demum etsi missionarii, qui tria postulata fecerunt, nullam difficultatem præ se tulerint circa alia capita decreti Card. Turnonii, quia ex aliorum litteris acceptum erat, alios permittere *taly*, alios fractionem *del cocco* ad capienda auspicia, alios sacris interdicere mulieres mensibus detentas, jubet in virtutæ sanctæ obedientiæ observantiam eorum, quæ Clemens XII. observari præcepit. Ex transumpto romanis typis edito. Incipit *Omnium solicitudinum*.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO DLXXI.
Anno 1744. 26. Nov.

Relato decreto Elzearii Francisci des Achards de la Beaume Episcopi Halicarnasei, & Missionum Coccincinæ, Cambodiæ, & Ciampæ Visitatoris Apostolici: 1. Ne missionarius aliquis audeat mittere falcem in messem alienam, sed vineæ portionem sibi commissam excolat. 2. Ut ordo antiquus à Vicariis Apostolicis institutus observetur. 3. Ut provincia Hué, sive Aulæ, remaneat communis inter Parisiense Seminarium, & Societatem Jesu; ita ut RR. DD. Galli residentias suas in toparchiis Fhucan & Thoduc retineant, unde populationibus illis inserviant, & PP. Societatis residentias quas habent, in Kebat, unde christianitatibus dependentibus occurrent. Ut R. P. Hieronymus à SS. Trinitate; qui ecclesiam aperuit in Thoduc, se recipiat in ecclesiam Soingua. Sed cum hæc sita sit in Kebat, P. Hieronymus ibi quoad vixerit, remanere poterit, cui decedenti nullus de S. Francisci Familia sufficiatur. Ut provincia Cham communis administretur à missionariis Gallis & Patribus Societatis. Ut in provinciis borealibus Dinhcat, Quamgbinh, & Dingoé, christianitates administrentur à Jesuitis. Circa provincias Quingha, & Quining, ut illius Jesuitæ, hujus missionarii Galli curam habeant. Et PP. Franciscani se recipiant in Raygon, unde in Cambodiæ regnum poterunt se extendere. Ut provinciæ Phuyen, Nhrau, & Nhatlang privativè stent missionariis Gallis, & provincia Dounay Jesuitis, reservata missionariis ecclesia Bingo. = Relata etiam S. Congregationis resolutione, ut PP. Franciscani à Coccincina in Cambodiam se recipiant, decernit Benedictus, ut PP. Franciscani audiantur. Auditosque manu tenet & confirmat in omnium ecclesiarum & residentiarum possessione, quibus ante memorata decreta gaudebant. Aliaque committit concilianda Hilario Costa Episcopo Corycensi, & Apostolico Vicario Tunkini orientalis. Extat in tom. XVI. Bullarii Luxemburg. C. III. Bened. XIV. Incipit *Quantopere*. = Et ibid. C. seq. denuntiatur ablegatio Episcopi Corycensis Episcopo Noelensi Coccincinæ Vicario Armando Francisco la Fevre.

ORDINATIO DLXXII.
Anno 1744. 5. Dec.

Quæstioni propositæ ab Archiepiscopo S. Dominici in Hispaniola, an filii ex adulterio procreati legitimentur per subsequens matrimonium; disserendo respondet Benedictus, non ex authoritate Apostolicæ Sedis, sed ut doctor privatus. Apostolicis tamen ordinationibus annumerari digna est resolutio & dissertatio ea ratione, qua in Communi Bullario Constitutionibus itidem Apostolicis annumeratur. Casus erat: Vir uxoratus ex libera duos procreavit filios, cum qua matrimonium contraxit uxore defuncta. Natorum alter jam mortuus proculdubio natus erat prima vivente uxore; de altero non benè exploratum, an illa vivente con-

conceptus aut natus esset. De utroque dubitatur, an illegitimi & spurii, an per sequens matrimonium legitimati habendi sint. Porrò admissa regula, quam verissimam judicat Summus Author, quod proles nata ex adulterio numquam legitima fit, quamvis post mortem prioris conjugis succedat legitimus adulterorum contractus, est evidens natorum primum non esse legitimatum. De secundo cum ignoretur quo tempore conceptus & natus sit, favendum est proli, ut legitima censeatur. Regula verò illa continetur in C. *Tanta*, *Qui fil. sint leg.* cujus verba sunt: *Si autem* vir vivente uxore sua aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licèt post mortem uxoris eam duxerit, nihilominus spurius erit filius & ab hæreditate repellendus, præsertim si in mortem prioris alteruter eorum aliquid fuerit *machinatus*. Ubi tò *præsertim*, quod idem sonat ac multo magis, non tollit quin proles spuria pro adulterina perpetuò sit habenda, etiamsi parentes matrimonium ineant legitimum. Displicet Benedicto, quod Archiepiscopus ad primum Decretalis fontem recurrerit, non tam ad explicandum, quam ad alienandum illius sensum, prout jacet in compilatione gregoriana. Sed & ostendit, Decretalem compilatam non discordare ab integra. Et quia Archiepiscopi erat opinio, definitionem compilatæ Decretalis procedere ex suppositione quod Alexandri Tertii ætate matrimonium inter mœchum & mœcham esset nullum, etiam non præcedente machinatione, nec promissione futuri conjugii, eam opinionem falsitatis latè redarguit. Ac denique blandè reprehendit usum ab Archiepiscopo tacitè factum doctrinæ a quodam protestante traditæ ad impugnandam sententiam orthodoxis jurisperitis communem. Extat cit. tom. Bullar. Luxemburg. C. 113.

ORDINATIO DLXXIII.
Anno 1744. 19. Dec.

DE necessitate edendi & observandi constitutiones circa sinenses ritus respondit Episcopo Pekinensi Policarpo Benedictus XIV. ibid. C. 114.

ORDINATIO DLXXIV.

EREcta est anno 1744. Ecclesia S. Jacobi Guatimalensis in Metropolitanam super Nicaraguensem, Comayaguensem, & Chiapensem. Ita P. Murillo in Geographia Historiali Americæ. Et est ultima provinciarum ecclesiasticarum divisio in Novo Orbe Hispaniensi juxta quam Episcopatus 31. sub septem Archiepiscopatibus ordine sequenti distribuuntur: Sub Metropoli S. Dominici *de la Española* Ecclesiæ tres, *De Cuba*, *de Puerto-Rico*; *de Caracas*. Sub Mexicana sex, *la Puebla*, *Guaxaca*, *Mechoacan*, *Guadalaxara*, *Yucatan*, *Durango*. Sub Manilensi tres, *Zebu*, *Nueva-Segovia*, *Nueva-Caceres*. Sub Guatimalensi tres jam dictæ. Sub Limana octo, *Arequipa*, *Truxillo*, *Quito*, *Cuzco*, *Guamanga*, *Chile*, *Concepcion*, *Panamá*. Sub Platensi, alias *de Chuquisaca*, aliàs *de los Charcas* quinque, *Paz*, *Tucuman*, *Santa Cruz*, *Paraguay*, *Buenos aires*. Sub Sanctafidensi *de*

Ba-

Digitized by Google

Bogotá tres, *Popayan*, *Cartagena*, *Sancta Martha*. Episcopatus, inquam, triginta & unus, non triginta, ut loco citato habet Murillo. Utinam aliquis indicanæ rei doctus amator harum diœceseon fines geographicè descriptos in lucem edat: & qui opere compleat quod Cl. V. Henricus Florez haud ita pridem vita defunctus verba promisit.

ORDINATIO DLXXV.
Anno 1745. 23. Jan.

HEnrico Archiepiscopo Nazianzeno in Curia Matritensi Sedis Apostolicæ Nuntio committitur, ut authoritate apostolica indulgeat, ut in regnis Castellæ, Legionis, & Indiarum per dies sabbati simplicis fideles vesci possint quibuslibet animalium partibus ea conditione (I) si consuetudo postremas (II) partes edendi jam dudum invaluerit, & à veritate aliena non sint (III) pericula exposita, & ipsa certò subeunda videantur, si carnium esus ad certas animalium partes redigatur. Ex cit. Bullar. C. 118. Incipit *Jam pridem*.

ADNOTATIONES.

(I) *Si consuetudo*. Consuetudo edendi carnes per dies sabbati simplicis in Indiis quoad Hispanos eadem fuisse videtur cum Castellana & Legionensi. Indis nulla erat partium edendarum differentia (de christianis loquor), ut tradidit initio sæculi proximè elapsi P. Joannes Perez Menacho Soc. Jesu in *M. S. De Præceptis Ecclesiæ*, ubi quærit: *Con que* titulo comen los Indios carne los sabados? Et respondet: *No por* privilegio, que no le hai, sino porque nunca admitieron la costumbre (de abstenerse) por obligatoria. En el Concilio de Lima de 1552. Part. 1. cap. 21. se dice que puedan los Indios comer carne en Sabado... Y aunque este Concilio se dio por de ningùna autoridad en el Concilio Tercero (ann. 1583. Act. 2. cap. 1.); pero dijose que en lo que no estuviere mudado por los Concilios siguientes, se pudiesse guardar por via de direccion (dixose en los exemplares manuscriptos, no en los impressos por haver quitado los Cardenales esta clausula, que no era necessaria para tener el tal concilio por direccion). Y que esta costumbre la haia en el Arzobispado (de Lima), consta de lo que se vê, y dixo el Arzobispo año de 1585. à 17. de Junio en un synodo (cap. 88.), donde poniendo pena à los Indios, que comen carne, en dias prohibidos, solo hace memoria de la quaresma, y vigilias, quatro temporas, y *viernes*. Hucusque Menacho. In quibus

Displicet 1., quod supponere videtur, sabbati abstinentiam, ubi obligat, solum ex consuetudine obligare, si consuetudinem contraponat scripto juri, & hoc à fundamento vel titulo obligationis excludat. Certè *Can. Sabbatho*, De Consecr. D. 3. jus ab Innocentio Tertio promulgatum continet: *Sabbatho jejunandum esse*. Et quidem obligatione tanta, quanta jejunatur sexta feria, & quanta dies dominica celebratur, & infertur ex

com-

comparatione, quam ibi versat Innocentius. Jejunii sabbatini qualitas explicatur à Gregorio VII. in Synodo Romana, ex qua sumptus est C. *Quia dies*, *De Consecr.* *D.* 5., cujus verba sunt: *Quia* dies sabbathi apud Sanctos Patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorum authoritatem sequentes salubriter admonemus, ut quicumque christianæ religionis particeps esse desiderat, ab esu carnium eadem die (nisi majore festivitate adveniente, vel infirmitate impediente) *abstineat*. Ubi jejunium indicitur solum quoad abstinentiam. Et licèt admonitio, quo verbo utitur Gregorius, obligationem per se non inducat, rectè cadit in materiam per se obligantem, ut obligationi satisfiat admonendo. Vide P. Azor lib. 7. *De Præcept. Eccl. cap.* 15. *q.* 3.

Displicet 2., quod defectu privilegii, cujus titulo carere dicuntur Indi ad edendas in sabbatho carnes, pro titulo detur quod numquam admiserint abstinendi obligationem, seu abstinendi consuetudinem ut obligatoriam. Non admissio quippe, seu acceptationis recusatio titulum minimè præstat exemptionis à lege aliàs communiter obligante. Quamquam illa non admissione supposita, præsumi & credi aliquando potest, Pontificem exemptionem à lege approbare.

Displicet 3., quod ad asserendam Concilio, aut Congregationi Limanæ anni 1552. vim directivam, solùm habeatur ratio de jure inducto per posteriores particulares synodos. Habenda namque ratio erat etiam de communi jure præcedente, cui per concilia particularia derogari nequit, nedum per eam nullius authoritatis congregationem. Igitur Indorum consuetudo circa esum carnium in sabbatho, prout à castellana consuetudine exorbitans, si legitima fuit, justificanda est eodem titulo & ratione, qua lacticiniorum usus in quadragesima, de quo supra Ord. 67., vel qua consuetudinem castellanam justifices à communi jure discrepantem.

(II) *Postremas animalium partes*. Extremas partes intellige ut in aliis ejusdem constitutionis clausulis habetur: animalium scilicet pedes, non crura, alas etiam, colla, præter intestina, sanguinem, jecur, & similes minutias. Non enim partes de reliquo postremas aut primas edere fuit unquam consuetudo, quod sciam. In frequentioribus oppidis fuit aliquando licitum per sabbatha vesci partibus animalium primis, seu anterioribus, vulgò *Quarto delantera*, non tamen in vim consuetudinis, sed ex dispensatione prælatorum, qualis ab eisdem fieri aliquando solet ad vescendum carnibus vel ovis in quadragesima diebus aliquot. Et dispensandi causa tunc prælatis erat eadem quæ tandem movit Pontificem ad ferendam præsentem constitutionem.

(III) *Pericula*. Hæc revera extitisse oportuit, quandoquidem præsentis concessionis ea conditione & lege factæ usus obtinuit sine difficultate per omnia. Et sic expiravit castellanus mos unde-unde natus edendi per sabbatha de carnibus minutias tantùm, & postliminio restituta consuetudo de Græcis tracta per Gothos, salva veneratione erga abstinentes, quos illi reprehendere ausi sunt. Et modò apostolica authoritate firmatum est sine vitio quod olim ad Egilam (Cixilam) scribens reprehenderat Hadrianus I. Vide Concilium Quinisextum sive in Trullo apud Harduinum, & epi-

Digitized by Google

& epiſtolam Nicolai I. apud eumdem (*a*), Covarrubiam (*b*), Gregorium Lopez (*c*), Henriquez (*d*), & Marianam (*e*).

ORDINATIO DLXXVI.
Anno 1745. 26. Mart.

Eccleſiæ Romanæ Pœnitentiarius apoſtolica authoritate Epiſcopo Tucumanenſi communicavit ad decennium, ut per ſe vel per idoneos confeſſarios, in ſingulis caſibus deputandos ſpecialiter, cum diœceſanis, prævia quoad cenſuras & exceſſus abſolutione, ſuper impedimentis occultis affinitatis ex copula illicita provenientibus, ſive in primo, ſive in ſecundo, ſive in primo ſimul & ſecundo gradibus, remota occaſione amplius peccandi cum putati vel putatæ conjugis conſanguinea vel conſanguineo, quando agatur de matrimonio contracto, ad vitanda ſcandala quæ ex divortio ſequerentur cum prædictis impedimentis, dummodò occulta remaneant, certiorata parte inſcia de nullitate conſenſus, ſed ita cautè ut alterius delictum nunquam detegatur, matrimonium uterque inter ſe de novo ſecrete ad præcavenda ſcandala, renovato conſenſu contrahere, & in eo remanere: Quando autem res ſit de matrimonio contrahendo, ita quod niſi contrahatur, periculum immineret ſcandalorum, ut publicè ſervata forma Tridentini, contrahere poſſint, diſpenſare valeat. = Et ſuper impedimento criminis adulterii cum fide data, neutro tamen contrahentium in mortem prioris conjugis machinante, ac dummodò illud occultum remaneat, ita quod ejuſmodi diſpenſationes in foro judiciario non ſuffragentur. Ex authentico litterarum ad Ill. DD. Petrum-Michalem Argandoña Tucumaniæ Epiſcopum. Eaſque, licèt expiraverit facultas, extractare libuit, ut in ſimilibus conſtet, quid de apoſtolica benignitate ſperari petive poſſit, & quid concedi ſoleat.

ADNOTATIONES.

Facultates Majoris Pœnitentiarii, per quem habita eſt conceſſio præſens, recenſet Benedictus XIV. C. *Paſtor Bonus*. 95. data 13. April. anni præced. 1744. (*f*), ubi à num. 43. amplior in re propoſita poteſtas fit, ſcilicet, *Super impedimento* occulto affinitatis ex copula illicita ſeu ex actu fornicario proveniente, quotieſcumque adſit rationabilis cauſa, licèt periculum revelationis, ſeu ſcandalorum non immineret, vel non adeſſet, in matrimoniis contractis & contrahendis, in foro conſcientiæ diſpenſare, & diſpenſari mandare poſſit. = Super impedimento occulto criminis adulterii, ſi fuerit cum fide data duntaxat neutro machinante commiſſum, tam in contrahendis quam in contractis matrimoniis diſpenſare. = Si tamen

(a) *Hard. ts 3. Concil. Col. 1682. can. 55. Et tom. 5. col. 309.* (b) *Covarrub. 4. Variar. cap. 20.* (c) *Greg. Lopez in leg. 7. tit. 23. Partit. 1.* (d) *Henriquez, lib. 7. De Indulg. cap. 13. num. 8.* (e) *Mariana, lib. 7. Hiſtor. Hiſp. cap. 6. Et lib. 11. cap. 24.*; (f) *Tom. XVI. Bullar. Luxemb. C. 95.*

Digitized by Google

tamen crimen hujusmodi fuisset utroque vel altero machinante commissum, possit in occultis pariter dispensationem concedere ratione alicujus gravis imminentis *periculi*.

ORDINATIO DLXXVII.
Anno 1745. 1. April.

PRoscribitur decreto Santæ Romanæ Inquisitionis Liber (I) P. Norberti de Bar-le-Duc inscriptus *Memorie* Storiche intorno alle Missioni *orientali*, & tria volumina complectitur, quia extra Urbem typis editus fuit, ab Urbe extra ipsam missus absque facultate; quia agit de sacris missionibus cum minime intercesserit facultas S. Congregationis de Propaganda, ut nempe typis ederetur, quæ præfigi debet in fronte Libri, & quia sibi persuasit Sua Sanctitas permitti non posse sine offensione (II) bonorum & scandalo animarum. = Decernitur etiam (III) prædicta non impedire, ne causa Beatificationis P. Joannis de Brito procedat, quia vel non constat ritibus malabaricis usum esse, postquam damnati sunt, vel si id constaret, si tamen martyrium & illius causa demonstrabitur, superadditis quoque signis & miraculis, omnis labes si qua contracta fuerit, deleta sanguinis effusione poterit judicari. Item præcipitur, nequis asserat, ex præsente decreto labefactatam esse Const. *Omnium solicitudinum*. Ex exemplari romanis typis edito.

ADNOTATIONES.

(I) *P. Norberti*. Qui fortunam & successum Libri pretæsus, aut qua alia ratione motus Hollandiam primum cogitavit, deinde Angliam: de quo extat apud Trevultianos memoria sequens (*a*): *l'Auteur* loüe l'entreprise de Peter Parisot, qui a etabli à trois milles de Londres deux manufactures de tapizeries... Ce Peter Parisot est le fameux P. Norbert, qui avroit mieux fait de demeurer en France occupé des exercices de son Cloitre que de s'expatrier pour etablir des manufactures chez nos voivoisins *protestans*.

Trevultiani votum exauditum esse videtur ex parte, Norberto ex Lusitania post Angliam in suam Lotharingiam regresso, ubi Ex-frater litteris à Clemente XIII. 24. April. 1759. datis, obiit Commercii decem post annis. Utinam a vivente retexta sint stamina à textore monacho & abbate male ducta. Anonymus quidam Scriptor Gallus (*b*) ait: *Vous* sçavez les voiages qu' a fait le C., le marchand, le tapizier, l'abbé, le Canoine N. de B. connu successivement sous les noms de Parisot, de Platel, de Piter, &c., d'abord Lorrain, puis Suize, ensuite Hollandois, puis Anglois, en fin Portugais, *toujours*... Sed cum reliqua scripsit anonymus nondum noverat profugo in natale solum regredi datum, ut divinis obsequiis

---

(a) *Mem. de Trev.* 1754. *art.* 70. (b) *Esprit. des Mag. Lettr. VI. pag.* 32.

sequiis sub obedientia Episcopi Tullensis quietius vacare, quietius vivere, & quietius mori posset.

(II) *Offensione bonorum*. Nempe proscribitur Liber inter alia ut piarum aurium offensivus. In edicto Inquisitionis Limanæ 10. Jun. 1758. proscribitur: *La Obra* en idioma frances *Memoires Historiques* presentees en 1744. au Souverain Pontife... Par le P. Norbert... Letres edifiantes & curieuses sur la Visite Apostolique de Mr de la Beaume... pour servir de continuation... Par M. Favre... Letres apologetiques *du P. Norbert*... Por ser la materia de esta obra reservada al juicio secreto de la S. Congregacion de Propaganda: y que publicada assi es contra la Constitucion de N. SS. P. Benedicto XIV., y turbativa de la paz y piedad *christiana*.

III. Massiliensis Episcopus iteratis edictis 22. & 29. Jan. 1745. addere habuit in libri proscribendi causis, *Com' un libelle* diffamatoire, scandaleux, & *calomnieux*. Ac de Benedicto XIV. quem constat monacho nondum ex cucullato favisse proditum est (*a*): *E ben* noto come sia stato ingannato Benedicto XIV. intorno all' opera del P. Norberto, e che se la sua clemenza sottrasse l' ingannatori a maggiori gastighi, non impedigli però, che in parlandone non mostrasse assai spesso il suo giusto *risentimento*. Circumfertur etiam extractum Epistolæ Benedicti gallicè scriptum sub data 19. Dec. 1744., ubi post pauca de Bulla *Omnium sollicitudinum*, ait: *Quant'* au P. Norbert... nous le conoisons pour un home impetueux & pour un *broüillon*.

Nec tardus in eamdem convenerit notionem qui pauca legat de litteris P. Thomæ de Potiers P. Norberti in India superioris ad D. Du-Mas Pondicheri Gubernatorem excerptis à P. Patoulié, vel quisquis sit author Epistolæ duplicis (*b*) super Libro P. Norberti. Hominis vultum revelandi necessitatem fecit Libri qualitas. Qualiscumque tamen fuerit author, plaudere sibi potest, operi numquam defuturos qui plaudant.

(III) *Non impedire*. Id ipsum decretum erat anno 1741. 2. Jul., nempe *objectos* à fidei Promotore ritus non obstare quominus in causa Ven. Servi Dei Joannis de Brito ad ulteriora procedatur, ad discussionem videlicet dubii de martyrio & causa martyrii, nec non alterius dubii de signis & miraculis, quæ ejus intercessione ab eo patrata *dicuntur*.

ORDINATIO DLXXVIII.

Anno 1745. 4. Aug.

UT pœnitentes, confessi, & sacra communione refecti, qui ecclesiam Bonaërensis Collegii Societatis Jesu, dummodo (I) præter indulgentias generaliter concessas ecclesiis dictæ Societatis nullæ illi ecclesiæ specialiter concessæ reperiantur, die festo (II) Cathedræ S. Petri à primis vesperis ad occasum solis diei ejusmodi visitaverint ritè orantes indulgentiam plenariam consequantur. Ad 15. annos. Ex authographo.

AD-

(a) *Tom. VI. Collect. Botagrif. Pref. pag. 9.* (b) *Letr. Sur le Livr. du P. N. à Mr. l' Eveque de...*

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Dummodò præter indulgentias*. Concessio ferè inutilis devenit ex hac conditione, cum præter indulgentias generaliter concessas reperiatur aliqua undecim ante mensibus ecclesiæ Bonaerensi concessa, ea scilicet quam retuli Ord. 569. Ut appareat, quanti sit Silvii consilium, de quo ibi, ut qui indulgentiam quærit, curet hac sine clausula concedi, ne gratiam captare inanem amet, vel dubiam si rationem dubitandi faciat sententia Gobati. Declaratio S. Congregationis ibi relata, ut ab Innocentio XI. approbata, minus obstat præsentis indulgentiæ valori, ea quippe declatatur sensus clausulæ habentis *Qualibet anni die visitantibus*; quod his præsentibus litteris non exprimitur. Obstant verò adnotata super Urbani declaratione.

(II) *Cathedræ S. Petri*. Cujusnam Cathedræ festo? Romanæ, an Antiochenæ? Optimum esset factu, si postulator egisset, ut exprimeretur in brevi, nequis ex ambiguitate suspicaretur gratiæ caducitatem. Dici potest, Cathedram S. Petri antonomasticè significare Romanam, propter eminentiam videlicet potestatis, & gloriam passionis. Estque regula Juris *Quoties idem. ff. De Regulis Juris: Si verbum* habet duas significationes proprias, stamus ei quæ *aptior est*. Et Gregorius Lopez videndus in leg. 5. tit. 33. Part. 7.

ORDINATIO DLXXIX.

Anno 1745. 4. Aug.

UT pœnitentes, confessi, & sacra communione refecti, qui Ecclesiam S. Michaelis (I) clericorum Societatis Jesu civitatis Bonaërensis, in qua alia indulgentia plenaria reperitur concessa, die festo S. Petri ad vincula visitaverint, & oraverint, plenariam consequantur, ad quindecim annos. Ex authographo.

ADNOTATIONES.

(I) *Ecclesiam S. Michaelis*. Ejusdem diei & anni aliud extat exemplar eisdem verbis conceptum, nisi quod S. Michaelis non nominatur ecclesia. Hujus tituli seu advocationis ecclesiam nullam habebat Societas in Bonoaëre, nec unquam habuit. Sed est error in nomine, quem fortè animadvertens postulator in primo litterarum exemplari secundum impetravit. An verò illiusmodi errore vitietur rescriptum, ita ut gratia reddatur nulla, dubitaverit quispiam. Et videtur negandum *arg.* §. *Si quis in nomine*, Inst. ibi: *Error nominis*... non vitiat, si de corpore *constat*. Sicut de legatario in textu dicitur ibid.: *Siquis* in nomine.... legatarii testator erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum, idemque in hæredibus servatur, & rectè. Nomine enim significan-

Digitized by Google

ficandorum hominum causa reperta sunt, qui si alio quolibet nomine intelligantur, nihil *interest*. Idemque Jure Hispano cavetur (*a*).

ORDINATIO DLXXX.
Anno 1745. 9. Aug.

UT pœnitentes, confessi, & sacra communione refecti, qui ecclesiam dictam in die Commemorationis omnium defunctorum ab ortu usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis visitaverint, & ibi oraverint, plenariam consequantur. = Insuper eisdem prædictam ecclesiam visitantibus in diebus septem immediatè sequentibus, septem anni & totidem quadragenæ relaxantur de injunctis pœnitentiis. Quas omnes animabus purgatorii applicare possint. Ad quindecim annos. Ex authentico.

ADNOTATIONES.

Jam ab anno 1679. 20. Sept. Innocentius XI. Const. *Romanus Pontifex*, omnibus Christifidelibus in Regis Catholici dominiis existentibus, pœnitentibus, confessis, & sacra communione refectis, qui ecclesiam parochialem respectivè non tantum ab ortu solis, quod in præsenti fit, sed à primis vesperis usque ad occasum solis prædictæ diei quotannis visitarent, & solitas preces effunderent, plenariam indulgentiam in perpetuum concesserat, purgatorii animabus applicabilem. Utque omnes missæ perinde animabus suffragarentur, ac si dicerentur ad altare privilegio apostolico decoratum: quod ultimum generale indultum factum est deinceps à Clemente XIII. 19. Mart. 1761. Unde præsens quindennalis concessio, seu potiùs postulatio potuit quoad primam partem omitti, nisi per illam fiat, ut duplex indulgentia plenaria animabus defunctorum profuturæ possit eadem die lucrifieri. Nam de cætero visitatio ecclesiæ regularium præ parochiali non est ea petitione digna, cum deceat magis ut fideles ad parochialem cæteris paribus alliciantur.

ORDINATIO DLXXXI.
Anno 1745. 13. Aug.

VIsitantibus eamdem ecclesiam feria secunda cujuslibet mensis & ibi orantibus qua die id egerint, centum de debitis pœnitentiis relaxantur dies. Ad quindecim annos. = Tantumdem preces de Passione Domini

(a) *Leg.* 5. *tit.* 33. *Partit.* 7.

Digitized by Google

mini in eadem ecclesia feria sexta qualibet totius anni recitantibus, ut ex authenticis habetur: in quibus deest clausula aliàs adhiberi solita, & adhibenda juxta regulam 53. Cancellariæ, quæ ut fuit promulgata à Clemente XII. sic habet: Item voluit, quod in litteris indulgentiarum ponatur, quodsi ecclesiæ vel capellæ, aut aliàs aliqua indulgentia fuerit concessa, de qua ibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi litteræ sint *nullæ*. Hoc tamen non invalidat concessiones præsenti similes, aliud est enim velle quod ponatur clausula litteras annullans, aliud velle quod litteræ, in quibus ea clausula à successore omittitur, sint *nullæ* (*a*).

ORDINATIO DLXXXIII.

Anno 1745. 13. Aug.

OMnibus, qui septem altaria, quatenus erecta sint in ecclesia Bonaërensi dicta, duodecim vicibus pro quolibet anno per Ordinarium designandi.... singulis annis visitaverint, qua vice id egerint, ut eas omnes indulgentias consequantur (1), quas consequerentur si septem altaria in Basilica Principis Apostolorum de Urbe ad id designata visitarent, conceditur, non obstantibus quibuscumque ad quindecim annos. Ex authentico. Estque gratia pro aliis locis concedi solita, quæ vulgò dicitur *Jubileo de los siete Altares*.

ADNOTATIONES.

(1) *Omnes indulgentias consequantur*. In hac Basilica, inquit Emmanuel Rodriguez Minorita (*b*), sunt omni die 48. anni & totidem quadragenæ indulgentiæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. In eadem Ecclesia seu Basilica fuisse dicuntur olim 109. altaria, quæ nunc in melius pauciori numero redacta sunt, & pro quolibet dati sunt octodecim anni indulgentiarum. Inter alia sunt septem altaria principalia, quæ in gyrum cancellis cupreis vallata sunt. Quandocumque est festum SS. Petri & Pauli, vel vocationis dictorum altarium, seu festorum Nativitatis Domini, Paschæ, Omnium Sanctorum, aliudque festum duplex duplicantur omnes prædictæ indulgentiæ. Item à prædicto festo usque ad Calendas Augusti sunt ibi duodecim anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. Item quicumque ascenderit gradus Ecclesiæ S. Petri devotè, ibi consequitur pro quolibet gradu septem annos indulgentiæ. Hucusque Rodriguez, à quo quoad numerum antiquorum altarium discordat Bolandiani Operis continuator Conradus Janingus (*c*) laudans Alpharanum, qui re propius examinata altaria recenset omnia numero 69., quæ variis temporibus in ea Basilica extiterunt.

OR-

(a) *Reg. Canc. in Bullar. Rom. t. 13. C. 1. pag. 10.* (b) *Roderic. tom. 2. QQ. Reg. 4. 89. art. 2.* (c) *Acta SS. tom. VII. Jun. Commentar. De Basil. S. Petri pag. 86.*

Digitized by Google

ORDINATIO DLXXXIII.
Anno 1745. 30. Aug.

UT quandocumque ſacerdos aliquis ſæcularis vel cujuſcumque ordinis regularis in altari Collegii Bonaërenſis per Ordinarium deſignando miſſam Defunctorum in die Commemorationis, & ſingulis diebus intra illius octavam, ac in una feria cujuslibet hebdomadæ pro Anima celebraverit, Anima ipſa à purgatorii pœnis liberetur, non obſtantibus quibuſcumque contrariis, conceditur tantum ad ſeptem annos. Ita habetur ex authographo. = Sed oportet, brevi fuiſſe traditum oblivioni privilegium hoc, quandoquidem anno ſequente 1746. 20. Decembris aliud eſt impetratum tenoris qui ſequitur. *Volentes* eccleſiam regularem Societatis Jeſu civitatis de *Buenosaires*, in qua aliud altare privilegiatum non reperitur conceſſum, in eaque ſitum altare per Ordinarium deſignandum hoc ſpeciali dono illuſtrare, dummodò in dicta eccleſia (1) quatuor miſſæ celebrentur, ut quandocumque ſacerdos aliquis &c., ut ſupra, niſi quod conceſſio hæc ſit ad quindecim annos.

ADNOTATIONES.

(1) *Quatuor miſſæ celebrentur*. De neceſſitate celebrandi tot numero miſſas, quot præſcribuntur, ut privilegiorum hujuſmodi ſit uſus, extat apud Cavalieri ſequens declaratio S. Congregationis ab Innocentio XII. approbata (*a*): *Cum* in indultis altaris privilegiati hæc adjici ſoleat clauſula, *Dummodo* in dicta eccleſia tot miſſæ quotidie *celebrentur*, quæritur an attenta clauſula neceſſaria omnino ſit ſingulis diebus miſſarum celebratio in indulto præfinitarum, vel potiùs ſufficiat aliquibus, licèt non omnibus, diebus cujuslibet hebdomada? S. Congregatio reſpondit affirmativè quoad 1. partem, negativè quoad 2. Ac proinde celebrationem miſſarum in præfatis indultis præfinitarum omnino neceſſariam eſſe ſingulis diebus in eadem eccleſia. 5. Jun. 1694.

ORDINATIO DLXXXIV.
Anno 1745. 30. Aug.

PŒnitentibus, confeſſis, & ſacra communione refectis, qui ſeptem eccleſias tam intra quam extra muros civitatis Boniareis per ordinarium deſignandas in uno anni die (1) per Ordinarium ſpecificando viſitaverint, & ibi oraverint, quo die id egerint, ut eas indulgentias conſequantur (II), quas conſequerentur, ſi ſeptem Urbis Eccleſias ad id deſignatas viſitarent, conceditur, non obſtantibus contrariis, ad quindecim annos. Ex autographo.

AD-

(*a*) *Caval. tom.* 2. *cap.* 30. *D.* 3.

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

(I) *Per Ordinarium*. Extat apud cit. Cavalieri (*a*) ſequens declaratio S. Rituum Congregationis ſub die 23. Jan. 1701.: *Regulares* Superiores non veniunt nomine Ordinariorum, & conſequenter non poſſunt aſſignare aliquam ex dominicis Novembris pro recitatione officii de B. Mariæ Virginis Patrocinio. Ex quo patet ad hujuſmodi aſſignationes Ordinario reſervatas non ſufficere poteſtatem ordinariam qualemcumque ſortiri.

(II) *Eas indulgentias*. Hæ ſunt indulgentiæ Stationum Urbicarum, ſcilicet, Baſilicæ Lateranenſis, S. Petri, S. Pauli, S. Mariæ Majoris, SS. Fabiani & Sebaſtiani, Sanctæ Crucis in Hieruſalem, & S. Laurentii. Quarum indulgentias enumerat Rodriguez laudatus (*b*), quatenus enumerari poſſunt, nam ſoli Deo juſta computatione numerabiles eſſe, aſſeruit Bonifacius VIII.

In Baſilica Lateranenſi ſunt ſtationes, inquit Rodriguez, dominica prima quadrageſimæ, dominica palmarum, feria quinta *majoris hebdomadæ*, ſabbatho ſancto, & in albis, in vigilia pentecoſtes, in die S. Joannis ante portam latinam, & eſt indulgentia plenaria, & liberatio unius animæ. = A die 20. Maji ad 1. Augnſti die quolibet eſt indulgentia plenaria. = Ex quadam tabella S. Silveſtri à Gregorio Baſilicæ inſtauratore confirmata eſt remiſſio omnium peccatorum quocumque tempore anni. = In feſto S. Salvatoris remiſſio omnium peccatorum. = Bonifacius VIII. conceſſit viſitanti toties quoties eſſe mundatum ab omni ſorde peccati. = In capella S. Joannis Baptiſtæ quò mulieres non intrant, eſt remiſſio plenaria, ſicut & in capella S. Laurentii. = Fortè poſt noviſſimam hujus Baſilicæ inſtaurationem à Benedicto XIII. perfectam, aliquæ ex his remiſſiones interciderunt; fortè poſtquam intercidernnt renovatæ ſunt. = De indulgentiis propriis Baſilicæ S. Petri in Vaticano vide ſupra Ord. 582.

In Baſilica S. Pauli extra muros in Via Oſtienſi, ſunt quotidie 48. anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, & remiſſio tertiæ partis peccatorum. = In Converſione S. Pauli centum anni, & totidem quadragenæ. = In feſto SS. Innocentium 48. anni, & totidem quadragenæ. Modò eſt ibi indulgentia plenaria. = Die 18. Novembris mille anni, totidem quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis peccatorum. = Si quis dictam eccleſiam intraverit omnibus dominicis, tot habet indulgentias quot intrantes S. Sepulcrum in Hieroſolymis.

In S. Mariæ Majoris ſunt quotidie 48. anni, totidem quadragenæ & remiſſio tertiæ partis peccatorum. = In vigilia Aſcenſionis remiſſio tertiæ partis peccatorum. = In omni feſto B. Mariæ Virginis mille anni. = Ab Aſſumptione ad Nativitatem B. Virginis duodecim mille anni ultra quotidianas.

In

(a) *Caval. tom.* 2. *c.* 30. *D.* 3. (b) *Rodrig. tom.* 2. *qq. Reg. q.* 89.

In Ecclesia S. Laurentii 48. anni, tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. = In festis S. Laurentii, & S. Stephani, centum anni, & remissio tertiæ partis peccatorum. = Singulis festivitatibus & stationibus ejus ecclesiæ, plenaria. = Siquis intraverit per annum omni feria quinta, liberat animam. = Siquis intraverit per januam australem de una cruce ad aliam contritus & confessus, habet remissionem omnium peccatorum.

In ecclesia SS. Fabiani & Sebastiani quotidie 48. anni, totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. = Præterea mille anni quotidie. = In eadem statione ad catacumbas prope majus altare sunt tot indulgentiæ quot in ecclesiis SS. Petri & Pauli. = Sex Pontifices singuli singulos annos mille concesserunt. = In cœmeterio Calixti secundum quosdam est plenaria.

Ad S. Crucem in Hierusalem præter id quod est commune, in Dedicatione 20. Martii est plenaria. = Omni dominica 300. anni, tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. = Die 26. Januarii, & quotidie in capella S. Helenæ est plenaria.

Fides horum penes citatum Rodericium sit. Mafeus Vegius penes Janingum loc. cit. (*a*) de antiqua S. Petri Basilica scribens ait: *Concessit* (S. Silvester), sicut in antiquis quibusdam monumentis comperimus, indulgentiam pro peccatis in perpetuum omnibus qui pœnitentes & confessi convenirent in eam, quotannis in ipsa solemnitate usque ad octavam diei, Romanis quidem unius anni, Italis duorum annorum, ultramontanis trium. Neque enim tam prodigi Pontifices tunc erant, quam nunc sunt in laxandis indulgentiarum gratiis, profundendisque pretiosissimis *thesauris*. Ex quo vereor ne sit apochrypha supra S. Silvestro à Rodericio adscripta tabella in favorem Ecclesiæ Lateranensis.

Quidquid sit de indulgentiis stationum, dum celebrantur in Urbe, de communicatis per privilegia extat declaratio sequens ab Innocentio XI. 7. Martii 1678. facta, ut refert Gobat (*b*): *Indulgentias* stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus communicatæ sunt, vel communicabuntur aliquibus locis, ordinibus, personisve, diebus tantùm stationum in missali romano descriptis suffragari posse. Semel autem in die plenariam indulgentiam in certos dies ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus, *lucrifieri*. Aliqui putant, communicatione indulgentiarum ejusmodi quasi *in partibus* non comprehendi plenarias. Cujus sententiæ fundamentum desiderat Gobat (*c*).

Fundamentum esse potest, quod jam rariùs conceditur plenaria, & numquam tot simul plenariæ absque confessione, & communione. Imo cavetur sæpè in concessione indulgentiarum, ut sit nulla, si in eadem ecclesia alia præcedat similis. Sed quamvis de stationali cumulo indulgentiarum deducantur plenariæ, restat in non plenariis, & in tot quadragenis,

(a) *Acta Ss. t. 7. Jun. P. 2. pag. 64.* (b) *Gobat, Quinar. tr. 4. P. 2. c. 37. n. 709. p. 287.*
(c) *Gobat, loc. cit. cap. 8.*

Digitized by Google

nis, & annorum myriadibus immensum lucrum, si cordis motus, pœnitentia, & animi præparatio juvet. *Portentosas*, *& quæstorum imposturas* appellat Gerson, adstipulante Soto apud cit. Gobat, indulgentias quinque mille annorum. Sed modestius loqui & scribere decet.

Minus liberè, liberè tamen ait Natalis Alexander (*a*): *Nec indulgentiæ* quantumcumque plenariæ supponantur, illis prosunt, qui satisfactionem pro peccatis proportionatam subire nolunt & implere, talem enim de jure divino requiri *constat*. Nam quamvis satisfactio pro peccatis requiratur proportionata jure divino; sed hæc proportio compleri potest per opera peccatoris justificati per gratiam condignificata, & per satisfactionem operum Christi & Ecclesiæ, quorum fructus per indulgentias applicatur minus habenti de suo. Sic licèt peccatum furti nequeat expiari à nolente restituere; restitutio tamen fieri potest à fure vel de proprio vel de alieno, quod ipsi ut restituat donatur.

Ne tantus indulgentiarum favor in damnum vertatur, vel sit minus utilis, salva Ecclesiæ potestate & largitate, Benedictus XIV. optimum præstat consilium & documentum duplex. Primum in Const. *Pia Mater*, 5. Nov. 1747. per hæc verba: *Ut fructus* indulgentiæ percipiatur, populus edoceatur, quod remissio pœnæ temporalis obtinenda est, non solum per pœnitentiam sacramentalem, aut per tolerantiam adversitatum, sed etiam per jejunia, eleemosynas, & orationes, & alia pia exercitia, alioquin verendum est, ne salutis remedia in pravæ licentiæ fomentum traherentur... Non cogitantibus quam incertum sit, an indulgentiam, licèt externo ritu sibi applicatam, cum effectu sint *percepturi*.

Secundum documentum præbuit sapientissimus Pontifex romanis concionatoribus, quos una convenientes ineunte quadragesima anni 1756. ad petendam, ut moris est, apostolicam benedictionem, sic fertur allocutus: Vestrum multi nimium inculcant pro concione potestatem ecclesiæ in peccatoribus absolvendis. Puritatis morum, & sinceræ conversionis necessitas inculcanda vobis est, sine qua etiam jejunia & carnis maceratio in exterioritates fructu vacuas degenerant. Fidem prædicate, pœnitentiam cordis & pia *opera*. Nempe in salubriter ungendis & pungendis peccatorum animis, hoc oportet facere, & illud non omittere.

ORDINATIO DLXXXV.
Anno 1745. 30. Aug.

Pœnitentibus, confessis, & sacra communione refectis, qui expositioni Sanctissimi de licentia Ordinarii in Ecclesia Bonaërensi Societatis Jesu (I) semel in mense faciendæ per aliquod temporis spatium interfuerint, & ibi oraverint plenaria in uno die mensis per Ordinarium designando conceditur. Eisdem pœnitentibus, confessis, & sacra communione refectis prædictæ (II) expositioni in uno die aliorum undecim mensium

(*a*) *N. Alex. in Hist. N. T. sæc.* 3. *D.* 2. *Prop.* 2., *& ibi Schol.* 1.

Digitized by Google

ſium ut ſupra intereſſentibus, & ibi orantibus ſeptem anni, & totidem quadragenæ de debitis pœnitentiis relaxantur. Ad quindecim annos. Ex autographo.

ADNOTATIONES.

(I) *Semel in menſe*. Gratia hæc eſt ea quam vulgus appellat *Jubileo del mes*, & alicubi *la Minerva*. Sed oportet ignoraſſe poſtulatorem, eamdem per quindennia amplioribus terminis ſolitam eſſe concedi, ut patet ex litteris à Clemente XII. datis 22. Febr. 1737. quæ nondum expiraverant tempore præſentium impetrationis, & ſic habent: *Cum* fel. rec. Innocentius Papa X.... omnibus utriuſque ſexûs fidelibus pœnitentibus, & confeſſis, qui aliquam Societatis Jeſu, vel quamcumque aliam ſæcularem eccleſiam ubicumque exiſtentem, una ex dominicis cujuslibet menſis qua communio generalis ſolicitudine dilectorum filiorum clericorum regularium dictæ Societatis, & quoad eccleſias ſæculares de licentia ordinariorum locorum, illarumque rectorum conſenſu, ibidem ageretur, devotè viſitaſſent, & iiſdem dominicis in aliqua ex prædictis eccleſiis SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſiſſent, ibique pro chriſtianorum principum concordia &c. preces effudiſſent, plenariam omnium peccatorum indulgentiam & remiſſionem, quam animabus fidelium defunctorum applicare poſſint, ad quindecim annos conceſſerit, & ſubinde Romani Pontifices ejuſmodi conceſſionem prorogaverint. Nos... ad quindecim alios annos à fine noviſſimæ prorogationis *prorogamus*.

(II) *Prædictæ expoſitioni*. Ritum exponendi & reponendi Ven. Sacramentum paſſim vidimus in illis partibus variari quoad argumentum, de quo eſt apud Cavalieri (a) declaratio ſequens: *In feſto* SS. Corporis ſervanda eſt diſpoſitio Cæremonialis Epiſcoporum in reponendo SS. Sacramento, ubi nulla fit mentio Verſic. *Dominus vobiſcum*. Et ſic ſervat in Urbe Summus Pontifex, & ſervatur ab omnibus. S. Rit. C.... Jun. 1663. in Granatenſi, & 28. Sept. 1675. in Salernitana. Et Cavalieri de ſuo addit: *Hæc* igitur exurgit regula, quòd *Dominus vobiſcum* ſit omittendum ante orationem SS. Sacramenti, ad quam ſequitur illico realis deprecatio media *benedictione*.

Si tamen hæc adhibeatur regula ut in concordiam redigatur Cæremoniale Epiſcoporum cum Rituali Romano, illa non eſt opus, jam enim à Rituali exactus eſt Verſiculus ille, ut in Editione Plantiniana anni 1750. videre eſt, in qua ritus idem ſacerdoti præſcribitur, atque Epiſcopo in Cæremoniali. Et licèt in Rituali Verſiculus extaret, eſſet omittendus, cum S. Congregatio expreſsè declaret, non eſſe ſervandum Rituale Romanum, ubi indicitur *Dominus vobiſcam*. Hinc mirum non eſt, in *Uſibus & conſuetis* Paraquariæ Provinciæ extinctæ Societatis Jeſu anno 1711. firmatis eam verſiculi additionem legi & præſcribi cantandam in omni

(a) *Caval. tom. 4. cap. 9. D. 3. p. 101. Et Cærem. Ep. lib. 2. cap. 33.*

omni repositione; ad manum quippe est Editio Ritualis Romani quædam anni 1713., in qua nondum expuncta reperitur. Similiter corrigendus est Bisso (*a*) dùm ait: *Genuflexus* super gradum infimum incipit *Dominus vobiscum*.

An verò in solemnibus aliis, in quibus nec SS. Sacrameutum reponitur, nec benedictio populo illius ostensione datur, versiculus ille dicendus sit ante vel post orationem extra divinum officium & extra missam, quando per orationem populo *vale* dicitur, dubium est in quo affirmaverit Cavalieri juxta suam regulam; quandoquidem regula est, omittendum versiculum tantummodo, & benedictionis verbum, quando benedictio realis impertitur per ostensionem Venerabilis Sacramenti. Sed negandum est ex praxi Romani Pontificis, cui conformes esse vult in hac parte S. Congregatio simplices sacerdotes, & ex paritate dictorum de ritu exponendi & reponendi Venerabile.

Praxis verò illa Summi Pontificis nota est ex publicatis Actis Canonizationis quinque Sanctorum in operibus Benedicti XIV. (*b*), ubi dicitur: *Completo* hymno duo cantores cecinere V. *Emitte Spiritum tuum*, &c., respondentibus aliis: *Et renovabis*. Interim cerostata portarunt acolythi... consistentes usque ad finem orationis, quam illico Papa cecinit: *Oremus*. *Deus qui Corda*... Per Christum D. N. Resp. Amen. Post collectam sedit Pontifex. Et paulo inferius dicitur: *Completo* à cantoribus hymno (Te Deum), Diaconus Card. Marinis... cantavit. V. *Orate pro nobis*. Et cantores subdidere: *Ut digni efficiamur*... Tunc: *Oremus*. *Omnipotens* &c. Ubi nulla fit mentio. V. *Dominus Vobiscum*, nec æquivalentis *Pax vobis*, quamvis minutissimè ritus, verba, & versiculi alii referantur.

ORDINATIO DLXXXVI.
Anno 1745. 4. Sept.

UNiversam diœcesim teneri ad celebrandum sub ritu duplicis primæ classis cum octava festum Titularis Ecclesiæ Cathedralis, quando simul est civitatis, declaravit in Pernambucensi S. Rituum Congregatio, ut refert Cavalieri in Append. ad cap. 2. *De Patrono vel Titulo Ecclesiæ*.

ADNOTATIONES.

Laudatus Author addit de suo: *Verba* illa, *Quando simul est civitatis* ita legi debent: *Quando simul est Patronus civitatis*. Dictio autem *Quando* hîc conditionem non dicit, sed stat pro *Quoniam*, quo in sensu usurpatum (inquit) noscimus à Cicerone lib. 1. Epist. 12., & *De Senectute*. Sed nihil obstat, quin suapte verba declarationi stent, quibus absque correctione & absque commentario sensus est planior & verior.

Sunt

(a) *Bisso*, *Hierurg. V. Expositio SS. Sacram. pag.* 419. (b) *B. XIV. tom. V. Oper. p.* 490., & 491.

Digitized by Google

Sunt oppida plura præsertim in America, & in ora Brasiliæ in qua est Pernambucum, pro quo data est præsens responsio, ejusdem vocationis & tituli, quo insignitæ sunt cathedrales eorum ecclesiæ, ut oppidum S. Mariæ *de Belen*, Sancti Ludovici del Marañon, Santi Salvatoris *de la Bahia de todos los Santos*, S. Sebastiani *del Rio Janeiro*, Sancti Pauli *de Piratininga*; in America Hispaniensi sunt oppida Sancti Dominici *de la Española*, S. Joannis *de Puerto Rico*, Santa Martha, S. Jacobi *de Guatimala*, *de Caracas*, *de Chile*, *del Estero*: ita ut in publicis tabulis pro nomine proprio civitatis Sanctorum respectivè nomen adhibeatur. De his rectiùs ad litteram intellexeris declarationem, qua ritus primæ classis cum octava pro tota diœcesi præscribitur; quandoquidem ibi Titularis idem simul est civitatum, & earum respectivè ecclesiarum.

Nec in genuino hoc sensu opus est particulæ *quando* extrahere significationem à conditionali ad causalem. Hanc significationem, imo hanc vocem frustra quæsieris in citata Ciceronis epistola. Obvia quidem illa est, tum in Virgilio *Quando hæc te cura remordet*; tum in Terentio *Quando conscia sum, culpam à me esse procul*; sed ad præsens minus necessaria.

Adde quod is esse potest civitatis & ecclesiæ Titularis, ut nequeat esse patronus, nec civitatis nec ecclesiæ, in sensu vocis hujus obvio, quæ significat mediatorem & fautorem alicujus apud alium. Quod dum contingit, non est cur ampliari non debeat ritus ad universam diœcesim, secundum præsentem declarationem. Oppidum *de Buenos aires* Titularem habet SS. Trinitatem, à qua in publicis Actis denominatur Civitas SS. Trinitatis *de Buenos aires*. At SS. Trinitas nec civitatis nec ecclesiæ ullius esse potest Patrona in dicto obvio sensu, quamvis esse possit in alio, qui protectionem connotat juxta illud *Protector noster aspice Deus*. A clericis autem per totam diœcesim festum SS. Trinitatis celebratur ibi cum octava: & rectè quidem ex terminis præsentis ordinationis. Saltem anno 1760. clericum vidimus doctum & doctorem, rectoremque foraneæ parochiæ *de Luxan* id ritus agentem: quod videtur esse aliis per diœcesim commune.

E regione falsum est, universam diœcesim teneri ad celebrandum sub ritu duplici primæ classis cum octava festum Sancti qui simul sit Patronus & Ecclesiæ & Civitatis. Faventiæ, colitur Patronus principalis, non modò Ecclesiæ Cathedralis, sed Civitatis S. Sabinus, de quo tamen octava non fit per totam diœcesim. Id certè quotannis præscribitur in Directorio ad usum consultissimi Cleri, ex illustratissimi Antistitis jussu vulgari solito: 7. (Decembr. 1773.) *S. Sabini Ep. & M. Patr. Princ. dup. 1. cl... Oct. S. Sabini Prot. princ. hujus Civ. fit tantum a Clero sæc. in Civ... Omittitur* (infra octavam) *commemoratio S. Sabini extra Civ.. sicque per totam octavam*. Et in officio recitatur: *Faventini* cives gloriosum Martyrem postmodum sibi in primarium Patronum *adsciverunt*. Ex quo igitur Sanctus aliquis Civitatis, nec tantum Ecclesiæ patronus sit, non debet per universam diœcesim cum octava celebrari. Nec fuit hæc S. Congregationis in præsenti declaratione mens.

OR-

Digitized by Google

ORDINATIO DLXXXVII.
Anno 1745. 4. Sept.

DE Titulari Ecclesiæ Cathedralis in genere commemoratio inter suffragia habenda est solum per illos, qui sunt de gremio Ecclesiæ; secus si esset insimul Patronus principalis civitatis. S. Rituum Congregatio declaravit in Pernabucensi, ut refert in eod. loco Cavalieri.

ADNOTATIONES.

Nempe habenda est commemoratio ab iis, qui tenentur recitare officium cum octava ratione patronatus. Quinam vero ii sint, patet ex sequentibus declarationibus apud eundem (a): *Festum* Patroni principalis civitatis à clero sæculari civitatismet celebrandum est cum octava, à regularibus sine octava. In diœcesi tamen ubi non adsit proprius loci patronus, similiter cum octava; at ubi colitur festum peculiaris patroni, nihil de patrono civitatis, vel attenta consuetudine sub ritu duplici majori sine octava. S. Rituum Congregatio in Calagurritana. 28. Sept. 1658. = Festum patroni loci principalis tenentur omnes cum officio etiam regulares celebrare; sed isti ad octavam non tenentur. S. R. C. 27. Mart. 1628. = Disponente S. R. Congregatione, quod regulares ad octavam patroni principalis non tenentur, quæsitum fuit, an ly *non tenentur* excludat etiam libitum? S. C. respondit affirmativè. 20. Mart. 1683.

Alias eodem die & anno 4. Sept. 1745. resolutiones ad Pernambuci quæsita edidit S. Congregatio, inter decreta authentica relatas (b), quarum prima est: *Canonici* assistentes Episcopo in missa pontificali non albam, sed rochetum vel cottam, quoquomodo vel forma ad regionis morem compacta illa sint & consueta, induere debent una cum amictu subtus dalmaticam vel aliud chori peculiare insigne. = Secunda, quando præbendæ non sunt distinctæ, duo diaconi assistentes apud solium Episcopi erunt primæ duæ dignitates post primam immediatè sequentes. Si autem inter præbendatos canonicos sit perpetua, non autem accidentalis, ordinum distinctio in presbyterales & diaconales, tunc pro munere assistentiæ assumuntur primò duo canonici ex ordine diaconali. Diaconus verò evangelii, & subdiaconus pro epistola in missa pontificali inservientes, quando tale onus inter omnes per vices, vel aliàs juxta ecclesiæ consuetudinem distribuendum non sit, erunt alii duo digniores, sive canonici sive dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post assistentes canonicos solio, si ut supra dictum est, nulla intercedat ordinum, vel præbendarum distinctio.

Tertia: Cum nullus pro Vicario Generali Episcopi determinatus sit lo-

---

(a) *Caval. tom. 1. Cap. 3. De Patr. loc. D. 4. 6. & 9.* (b) *Decr. auth. S. R. C. Ed. Ven.* 1750. *n.* 1171. *p.* 278.

locus, sed illum diversum obtineat juxta diversam consuetudinem ecclesiarum; idcirco scribendum Episcopo, ut de suæ respondeat ecclesiæ praxi. = Quarta: Officium Parvum B. Mariæ Virginis in diebus simplicibus & ferialibus, non abrogata tamen consuetudine, quæ in contrarium fortasse vigeret, tuto potest omitti, & in bona conscientia. = Quinta: An clerici sæculares choro non adstricti possint recitare de Sanctis Ordinis Carmelitani, si sint ejusdem Ordinis tertiarii? Responsum fuit affirmativè. = Sexta: An clerici sæculares professi in Ordine Christi possint recitare de Sanctis, de quibus recitant ejusdem Ordinis claustrales? Et responsum fuit (affirmativè) cum clausula, Dummodo non sint choro adstricti.

ORDINATIO DLXXXVIII.
Anno 1746. 24. Febr.

JUrisdictio Episcoporum in ecclesias regularium pro Indiarum regionibus declaratur. Quamquam anno 1744. ediderat Benedictus constitutionem *Firmandis atque asserendis* pro stabilienda Episcoporum jurisdictione in omnes regulares sæcularium curam exercentes, has litteras adjicere compulsus est, in quibus relato Concilii Tridentini *cap.* 11. *sess.* 25. *De Regular.* & Pii V. Constit. *Exponi Nobis* data 24. Mart. 1567., cap. 16. (Act.4.) Synodi Provincialis anno 1582. celebratæ (Limæ) statutis Synodi Mexicanæ *Tit. De Visit. propr. Provinciæ*, §. 3., & *Tit. De Regular. & Monial.* §. 19. Relata etiam Const. *Quantum animarum*, & alia *Exponi Nobis* anni 1591., quibus Gregorius XIV. confirmavit Breve Pianum; Constit. *Religiosorum* Clementis VIII. Const. *Inscrutabili* Gregorii XV. Const. *Cum sicut* Innocentii X. data in causa angelopolitana: Relata etiam ope à Regibus Catholico & Fidelissimo præstita in Tridentini executionem, statuit Benedictus prædicta decreta & constitutiones in decretorum confirmationem editas, ut nempe regulares quicumque ad curam sæcularium obeundam sine prævio Ordinariorum locorum examine & approbatione accedere, aut in ea se ingerere nequeant, & in omnibus ad dictam curam pertinentibus eorum jurisdictioni, visitationi, & correctioni subjaceant, tam in Goana, quam in reliquis Indiarum orientalium provinciis observari debere, non obstantibus quibuscumque. Extat tom. 17. Bullar. Luxemb. Const. I. Incipit *Quamvis*. Vid. Ord. 596.

ORDINATIO DLXXXIX.
Anno 1746. 16. Jun.

S. Romana Inquisitio proscripsit Memoriarum P. Norberti continuationem à D. Favre sacerdote Helveto publicatam. Mentio fit à Trivultianis (a).

OR-

(a) *Mem. de Trev.* 1753. *art.* 31.

Digitized by Google

ORDINATIO DXC.
Anno 1746. 6. Dec.

MOtu proprio dividit Benedictus XIV. diœcesim Fluminis Januarii in quinque partes. Unam Episcopatui Fluminis Januarii relinquit, quæ ab infrascripta diœcesi S. Pauli versus austrum per limites præfecturarum sæcularium Fluminis Januarii & S. Pauli usque ad fluvium Paraibam separetur. Inde per istummet fluvium usque ad cataractam majorem, quæ per montes ad campestria Goaitacasium dicta erumpit. A loco vero cataractæ præfatæ per summos eorumdem montium vertices à Marianensi diœcesi infrascripta disterminata remaneat, donec Archiepiscopatus S. Salvatoris territorium attingat. = Aliam Episcopatui S. Pauli, cujus cum Januarensi usque ad Paraibam supra indicati sunt limites, quæque ex illo fluvio usque ad alium magnum sive Paranaensem nuncupatum à Marianensi diœcesi infrascripta per terminos inter præfecturas S. Pauli & Fluminis Januarii, & Auri fodinarum Generalium constitutos distinguitur. Inde per ipsum fluvium magnum quacumque ditionem Portugalliæ Regis interfluit, à Prælatura Gojacensi, ut infra erigenda disjungitur. =. Aliam Episcopatui Marianensi, quæ ab Episcopatu Januariensi & Paulitano ut supra divisa, de cætero à Prælatura Gojasiensi ut infra erigenda per terminos præfecturarum sæcularium S. Pauli & Aurifodinarum Generalium separata remaneat, ac erga Archiepiscopatum S. Salvatoris & Episcopatum Pernambucensem antiquos Episcopatus Januariensis limites retineat. = Aliam Prælaturæ Gojasiensi, quæ ab Episcopatibus Paulitano & Marianensi divisa eisdem circumsepta sit limitibus erga Pernambucensem, Maragnonensem, & Paraënsem, quos nunc habet Januariensis. = Ac reliquam Diœcesis Januariensis partem Prælaturæ Cujabaensi (I), quæ à Gojasiensi per terminos inter Audientiam, vulgò *Ovidurîa* Gojasiensem, Cujabaensem, & Paulitanam constitutos separata remaneat. =

In secunda & tertia parte erigit Episcopatus Paulitanum & Marianensem. In quarta & quinta Prælaturas Gojasiensem & Cujabaensem totaliter exemptas, singulas pro singulis presbyteris sæcularibus aut regularibus in Theologia seu Decretis graduatis, vel ab Ordinario suo vel loci, in quo eos existere contigerit, ad docendum alios approbatis, & per Portugalliæ Regem ad tempus sibi benè visum deputandis, qui absque alia Romani Pontificis, vel Archiepiscopi S. Salvatoris confirmatione administrationem Gojasiensis & Cujabaensis territorium habere, & inibi prædicare & prædicari facere, gentiles convertere procurare, conversisque baptismi gratiam, & Sacramentum confirmationis (II) impendere, & tam ipsis quam omnibus in dictis territoriis degentibus, & ad ea declinantibus, sacramenta & alia munera spiritualia, non tamen quæ sunt ordinis, ministrare & ministrari facere, beneficia ad Episcopi Januariensis collationem ante pertinentia conferre; calices, campanas, & alia ornamenta consecrare; ecclesias profanatas aqua per ipsos benedicta reconciliare; ecclesias, loca, & personas visitare, inquirere, & reformare, & punire sa-

Digitized by Google

cris canonibus inhærendo; beneficiales, matrimoniales, aliasque causas ecclesiasticas terminare, vel terminandas delegare; ac denique plenam & ordinariam jurisdictionem habere. = Ac pro eorum decente habitu subtanam cum mantelleta nigri coloris deferre possint, cum omnibus privilegiis quibus Vicarius sive Administrator provinciæ seu districtûs in Mozambique ordinariam jurisdictionem ibi habens utitur: assignata per Regem annua summa bis-centum-viginti-octo ducatorum auri de camera, & juliorum decem monetæ romanæ ex ærario cuilibet Prælatorum pro sustentatione.

Statuit quod clerus & populus sub prælaturis comprehensi, in iis quæ sunt ordinis ad Archiepiscopum S. Salvatoris, habitis tamen à suo respectivè Prælato dimissoriis recurrere teneantur: quòdque Prælati ratione personarum suarum duntaxat visitationi, correctioni, & superioritati, ac jurisdictioni præfati Archiepiscopi subsint, & à sententiis definitivis tantum, seu vim definitivarum habentibus, & quarum gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat per ipsos Prælatos, aut eorum officiales, appellationes ad eumdem Archiepiscopum interponi & terminari possint.

Vult tandem quod taxa Ecclesiæ Januarensis in florenis centum sexdecim cum duobus tertiis consistens firma remaneat; & quòd taxa Ecclesiæ Paulitanæ & Marianensis in eadem summa, unaquæque in libris Cameræ Apostolicæ describatur. Ex Bullar. Luxemb. tom. XVII. Const. 22. Incipit *Candor*.

ADNOTATIONES.

(1) *Prælaturæ Cujabaensis*. Cum sit Cujabaensis tractus prope Lacum dictum *de los xarayes*, & Cujaba civitas gradu 14. 10. min. latit. austr. & 322. longit. ab Insula Ferri, protenduntur hac parte sine dubio Brasiliæ fines longè ultra lineam demarcationis alexandrinæ; etiam si fiat additio, de qua in Turre Syllana conventum est. Multo magis quando ad Cujabaense territorium accessit *Mons Pinguis vulgò Mato-Grosso*, & ulteriores ad occidentem acquisitiones usque ad arcem *de la Estacada*.

Id liquidum est vel ex iis, quæ in exordio præsentis constitutionis habentur, ibi: *Joannes* Rex prospiciens Fluminis Januarii diœcesim... eo longitudinis protensam, ut à remotioribus illius locis preces & querelæ populorum ad Amistitis auditum anno nisi transacto pervenire *nequeant*. Ubi sermo est de longitudine itineris mediterranei occidentem versus, seu versus Regis Catholici ditionem, nam versus septentrionem, austrumve, certè non eo longitudinis protensa est vel erat Januariensis ditio, ut annus integer requireretur pro audiendis populorum clamoribus. Igitur tanta longitudo viarum in causam præsentis ordinationis relata, est versus occidentem. At illorsum tam longum unius anni iter agi non potest, quin fines transiliantur alexandrinæ demarcationis, quacumque illa ducatur. Sed conformis est extensio pactis, quæ Matriti 4. post annis 13. Jan. 1750. stipulantibus Rege Catholico & Fidelissimo constituta sunt, mox revocata.

(11) *Confirmationis sacramentum*. Ferunt Episcopum illarum partium quemdam adversa valetudine impeditum postulasse à Clemente XII. facultatem ut aliquis de capitularibus pro se sacramentum confirmationis administraret, & fuisse tantùm ea lege concessam, si capitularis consecraretur episcopus titularis. Simile quid olim decretum esse fertur, ne insulanis de Chiloe deesset hujus sacramenti minister; eo quod Episcopus Conceptionis rarò vel numquam ad oras Chiloenses applicet. Hæc autem ideo facta aut decreta sint, non quod Summus Pontifex nequeat simplici presbytero talem delegare facultatem, ut quidam Prælatus ex concessione recens missionariis facta gratìs scandalum passus causabatur; sed ne mos vulgaretur in locis ubi non erat inductus. Nam de concedendi potestate temerarium sit vel dubitare post tot exempla, præsentis constitutionis & aliarum mille.

Benedictus XIV. (*a*) ait: *Minime* nos latet, administrandi sacramenti confirmationis potestatem ex indulto apostolico ad sacerdotem vel missionarium quandoque deferri posse. Hujusmodi nec nova nec inusitata videri debet, cum S. Gregorii Magni, aliorumque Pontificum Romanorum exemplis sanctissimis *innitatur*. Et Benedictus ipse præter *alia* concessit eam facultatem Guardiano S. Sepulcri (*b*) 9. Jan. 1741., Abbati Monasterii Campidunensis anno 1749., & præfecto missionis Coptorum anno 1750. Vide Ord. 599. & supra Ord. 37. & 168.

ORDINATIO DXCI.
Anno 1747. 14. Sept.

EXposito per Josephum de Lara procuratorem Assistentiæ Hispanicæ S. J., quòd Philippus V. licentiam concessit, ut in civitate S. Dominici in Hispaniola erigeretur Societatis collegium, cui redditus & domus applicarentur ad aliud collegium & universitatem instar Salmanticensis olim erectam spectantes, cum obligatione ad onera juxta redditus applicatos, quoniam spes non erat ut in secundo dicto collegio succederet aptata fundatio: Exposita etiam lite, seu potius quæstionis materia in regia S. Dominici Audientia inter Collegii Rectorem & Priorem Conventus Ordinis Prædicatorum introducta super privativa conferendi gradus facultate. Quam ut dirimeret Ferdinandus Rex, Societatis collegium in universitatem erexit cum primò intenti privilegiis & oneribus, decernens ut gradus in eo suscepti eorum prærogativis gauderent, qui in quacumque universitate suscipiuntur. Quoad Conventum erectionem etiam Universitatis concessit, ita ut una & altera gradus conferre posset ad instar earum, quibus tam Ordo Prædicatorum quam Societas gaudet in civitate Manilæ, Sanctæfidei, & Quiti. = His inquam expositis, Pontifex Societatis collegium in universitatem, in qua Societatis alumni & professores Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Physicam, Theologiam Scholasti-

(a) *Tom. 16. Bullar. Luxemb. C. 129.* (b) *Ibid. C. 10.*

Digitized by Google

lasticam, & Moralem, ac Sacros Canones, nec non per lectores sæculares Jus Civile, ac Medicinam, aliarumque litterarum studia profiteantur, & doceant, erigit. Illudque regimini Societatis, illiusque Præpositi Generalis submittit. Illi privilegia publicis studiorum universitatibus concessa æque principaliter communicat. Rectori ut quoscumque accedentes, ac per debitum tempus studentes, si scientia & moribus idoneos esse repererit, ad gradus promovere. Præposito Generali concedit, ut per se vel alium quæcumque statuta licita tamen & honesta edere & reformare possit, pœnas imponere, ministros eligere, & amovere, non obstantibus quibuscumque. Extat in Bullar. Luxemb. tom. 17. C. 37. Incipit *In supereminenti*.

ORDINATIO DXCII.
Anno 1748. 24. Febr.

S. Franciscum Xaverium Patronum principaliorem, & Protectorem Indiarum, quæ numerantur à Capite Bonæ-Spei dicto usque ad regna Sinarum & Japoniæ, eisque adjunctarum (I) provinciarum, & adjacentium insularum haberi jubet Benedictus XIV. Omnibusque utriusque sexus fidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, mandat (II), ut annua dies S. Xaverii sub ritu duplici primæ classis cum octava celebrent. Extat tom. 6. Operum Benedicti, pag. 123. Edit. anni 1751. Incipit *Indiarum*.

ADNOTATIONES.

(I) *Adjunctarum provinciarum*. Hujus clausulæ ratione fortè potest, si juvet usus, extendi S. Xaverii patronatus ad eas Africæ regiones, quæ cis Caput à Bona-Spe dictum à Gregorio XIII. Indiæ orientali annumeratæ sunt, quia licèt non sint pars Indiarum, quæ ab eo Capite numerantur; sunt tamen provinciæ illis adjunctæ.

(II) *Mandat*. Refert J. B. Pittoni (*a*) sequentem S. Congregationis declarationem ex authentico: *Declaratio* (de qua supra 1683. 20. Mart. ill. 2.) in qua dicitur quod regulares non possint recitare officium de octava Patroni principalis sine speciali indulto, comprehendit etiam moniales ordinariis *subjectas*. Sublata igitur est non solum obligatio, sed facultas recitandi. Etsi declaratio, quam Pittoni citat ex anno 1683. 20. Mart., prout ab ipso refertur, solum habet quod *non tenentur*, non habet quod *non possint*. Impotentiam tamen exprimit declaratio prout refertur à Lacroix (*b*) sic habens: *Regulares* debent recitare officium Patroni principalis regni vel provinciæ, ac Titularis Ecclesiæ Cathedralis sub ritu duplici primæ classis; ad eorum verò octavas non modo non obligantur, sed non possunt ad libitum suum officium recitare juxta sæpius resoluta à S. R. C., præcipuè 27. Mart. 1628., 10. Jun. 1656., 20.

(a) *Pitt. CC. ad Rit. 21. Febr. 1702.* (b) *Lacr. lib. 4. num. 1257.*

20. Mart. 1683. Bene tamen notat Pittoni, non tantùm posse, sed teneri regulares etiam cum octava de Patrono recitare, quando specialiter indulgetur: multo magis, quando mandatur, ut in præsente constitutione, & in aliis fit. Vide supra anno 1745. 4. Sept. Ord. 586. & seq.

ORDINATIO DXCIII.
Anno 1748. 17. Jul.

FAcultates vicennales Societatis Jesu in Indiis concessæ anno 1729. ad ulterius vicennium prorogantur. Ex litteris Roma ad Paraguayi Provincialem datis 7. Jan. 1750.

ORDINATIO DXCIV.
Anno 1750. 4. Maji.

LItteras Clementis VIII. datas 12. April. 1601., ut facultas concessa Regi Catholico utendi subsidii (I) redditibus contra quoslibet infideles, ad redditus quoque ex Cruciata provenientes pro suorum regnorum tutamine impendendos extenderetur, confirmans Benedictus XIV. Hispaniarum Regibus motu proprio concedit plenam facultatem redditibus, tam Subsidii, quam Cruciatæ utendi contra quoslibet infideles, quatenus hoc fieri contingat pro fidei conservatione & incremento. Non obstantibus quibuscumque. Præcipit, ne Commissarius Generalis in exactione, administratione, distributione se immisceat. Motu item proprio vult ut ad Regis (II) postulatum Commissarius cum persona ecclesiastica ab ipso Rege deputanda divisionem Subsidii à Capitulis factam recognoscat. Incipit *Quoniam*. Referturque in regiis schedulis ad Americam expeditis 12. Maji 1751. pro executione.

ADNOTATIONES.

(I) *Subsidii*. Subsidium est regia quædam exactio, & ecclesiasticorum contributio qualis ea de qua supra Ord. 440. Et Molina tom. 3. De Just. d. 663. num. 9.

(II) *Ad Regis postulatum*. In regia schedula ad Peruvii Proregem inter alia dicitur: *Igualmente* ha de atenderse con este producto, si assistidos los presidios quedáre alguno, à la conservacion y aumento de las missiones... Os nómbro por superintendente, y à los que os sucedieren, para que los empleeis conforme à los santos fines de Su Santidad... los pleitos, que puedan tocar a administracion de gracias espirituales, falsedad, ò subtraccion de bulas, y demas concernientes à las facultades de los Comisarios executores del breve de 4. de Majo, se seguiran en los subdelegados, feneciendose en el Tribunal con los recursos à la Comisaria General. Los que procedan de la recaudacion y administracion de todo el producto de la Cruzada, se llevaran ante mis Justicias, y feneceran en el Tribunal de vuestra superintendencia, y demas Superinten-

den-

dentes de esse ramo... Los Tesoreros, Verederos, y Colectores han de gozar las esenciones, que hoi tienen; à exception de la introducida de no estar sugetos en las causas civiles y criminales à la Jurisdiccion Real ordinaria. Deben cessar todas las esenciones, que han gozado los muchos dependientes que havia de los Tribunales de la Cruzada, y que sin ser necessaria la comision se les concedian titulos con solo el fin de gozar de la *esencion*.

In alia regia schedula ad D. Josephum Garay Bazan Subdelegatum Generalem, Commissarium principalem, & Judicem Apostolicum executorem relati Brevis in Tucumania dicitur: *Hê resuelto*.... se applique desde luego todo el importe de la limosna de la Santa Cruzada, y las rentas y proventos que procedieren de las referidas gracias en essos dominios de la America, distribuiendose en los santos fines de su concession conforme el referido Breve, que comprende todos los expressados (conduccion de missiones, castigo de barbaros, y presidios de America) como reconocereis de su contexto... Por lo que mira à los Indios procurareis, que sus Curas al tiempo de Quaresma en que se juntan para oir la doctrina, y satisfacer al precepto annual de la Iglesia, los muevan y persuadan à la satisfaccion del importe de las bulas que huvieren tomado.... En caso que halleis conveniente encargar la predicacion à los Curas, auxiliareis vuestros despachos con la jurisdicion de esse R. Obispo, no obstante que los referidos Curas os deben obedecer como Comisario Apostolico que sois en virtud del citado Breve y mi *nombramiento*.

Hac occasione in Instructione Commissarii Generalis pro Indiis data Matriti 1. Jun. 1754., antiqua eleemosynarum taxa, de qua supra Ord. 152. non nihil immutata est, ut sequitur: *Los Señores* Virreies 10. pesos, y otros tantos sus mugeres. = Los Arzobispos, Obispos, Inquisidores, Abades, Priores, Canonigos de las Iglesias Cathedrales, y Dignidades, assi de ellas como de Colegiales, y cavalleros de qualquier habito de las Ordenes Militares: Los Presidentes, Oidores, Alcaldes, Fiscales, Alguaciles Majores, Secretarios, y Relatores de las Audiencias Reales, Govenadores, Corregidores, Alcaldes Ordinarios, y Regidores de los Pueblos, Señores de Repartimiento, y los que tienen pension sobre ellos; los Capitanes Generales, Alcaides de Castillos y Fortalezas, los Avogados, y hombres ricos en cantidad de diez-mil pesos, y las mugeres de los seglares de los estados y officios ya dichos, cada uno dos pesos de tipuzque, ò diez y seis reales castellanos que es su valor. = Todas las demas personas de qualquier estado ò condicion que sean (fuera de los Indios y Morenos) 1. peso de igual moneda, el que tambien han de dar los Caciques de los Indios; pero los Frailes y Monjas, Españoles pobres mendicantes, y los hombres y mugeres de servicio, solo 2. reales castellanos cadauno, y lo mismo los demas Indios assi casados como solteros, y los Morenos assi hombres como mugeres. = La limosna de los diffuntos Españoles ha de ser de quatro reales. Y por el anima de Indios, Morenos, Españoles pobres, y criados de servicio, Frailes y Monjas, de 2. reales por cada diffunto, entendiendose que la paga haia de

ser

Digitized by Google

ser y sea en buena moneda, ò en oro, ò en plata ensaiada, excepto si en algunas partes no la huviere, que entonces se ha de recibir de la que corriere, y se huviere acostumbrado recibir... = La limosna de la bula de composicion, queremos que sea de doze reales castellanos, y que por ella quede absuelto el que la tomare de la restitucion de 30. ducados de la misma moneda, con que no pueda tomar en cada biennio mas de 30., ni componerse por mas de novecientos ducados. = Las bulas de lacticinios de tassa de a quatro pesos han de servir para los Patriarcas, Primados, Arzobispos, Obispos, y Abades. Las de à 2. pesos, para las Dignidades, Canonigos, Inquisidores. Y las de uno para los demas clerigos sæculares. = Prohibese à los Subdelegados la formacion de nuevas Instrucciones, por quanto esta solo ha de tener uso y *cumplimiento*.

Inter facultates Commissario Generali, ac de ejus commissione Subdelegatis concessas sequentes habet eadem moderna Instructio: = Primeramente puedan componer sobre lo... mal adquirido no constado de los dueños despues de hecha la debida diligencia. = Iten, sobre los frutos, que se deben restituir por la omission de las Horas Canonicas, con que la cantidad de la composicion se aplique por mitad à las iglesias ò lugares, por cuia razon se debia rezar, y por la otra mitad à la Cruzada. = Iten, sobre la mitad de los legados hechos en descargo de lo mal llevado, si los legatarios huvieren sido negligentes por un año en pedirlos. = Iten, sobre los legados, que se huvieren hecho ò se hicieren durante el tiempo de la publicacion, si los legatarios no pudieren hallarse. =

Assimismo pueden dispensar y componer sobre la irregularidad en aquellos, que ligados con quales quiera censuras ecclesiasticas celebraron, ò de otro modo se mezclaron en las missas y otros officios divinos, como no haia sido en desprecio de las leies de la Iglesia. = Iten, sobre otra qualquiera irregularidad, que no se haia contraido por homicidio voluntario, apostasia, heregia, ò por mala susceocion de ordenes con retencion de beneficios, y de los frutos percebidos de ellos, abolicion de infamia, è inhabilidad que de la tal irregularidad proviniere, y execucion de las ordenes que no se huvieren recibido mal. =

Igualmente pueden dispensar con los que teniendo impedimento de affinidad contraida por copula illicita contrajeron matrimonio (si esto lo hicieron segun la forma del Concilio Tridentino, y el tal impedimento fuere del todo oculto, y el uno de los contraientes huviere estado ignorante deel al tiempo de celebrarse el matrimonio), paraque certificado primero de la nullidad del primer consentimiento el contraiente que la ignoró, y ocultandole la causa de ella (si pareciere para evitar escandalos), puedan de nuevo contraer matrimonio entre si, aunque sea secretamente solo en el fuero de la conciencia. La qual facultad solo se da para quando se juzgue convenir la dispensacion para evitar graves escandalos, y se estiende à legitimar la prole. Pero no se han de dar letras de la referida dispensacion; y quando se dieren las hade quemar ò rom-

Digitized by Google

romper el confessor. = Iten, pueden dispensar en igual forma en dicho impedimento, quando sobreviniere al matrimonio paraque se pueda pedir el debito. =

Por quanto Su Santidad concede liberalmente à los que contribuieren.... que por el tiempo de la publicacion puedan celebrar y hacer celebrar en su presencia, y de sus familiares, domesticos, y consanguineos, aun el tiempo de entredicho à que no haian dado causa, ò no haia estado por ellos el que no se levante, y que tuvieren facultad del Comissario General para ello, aunque sea un hora antes del dia, y una hora despues del medio dia, tanto en las iglesias como en oratorio privado diputando solamente para el culto divino, que se haia de visitar y designar por el Ordinario...; pueden los subdelegados conceder la facultad arriba dicha à los *fieles*.

ORDINATIO DXCV.
Anno 1750. 15. Dec.

ARchiepiscopis & Episcopis Indiarum occidentalium, & Americæ septentrionalis & meridionalis Regis Catholici dominio subjectarum committitur & mandatur, ut unusquisque illorum in suis respective provinciis, exceptis diebus dominicis, & Nativitatis D. N. J. C., & sequentes S. Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & sequenti Pentecostes, & sequenti Corporis Christi, Ascensionis, S. Joannis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri & Pauli, S. Jacobi, & Commemorationis omnium Sanctorum: Præterea quinque dicatis B. Mariæ Virginis, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, & Conceptionis: necnon S. Patroni & Tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, in quibus integra obligatio præcepti maneat, in reliquis diebus festis, sive per Sanctam Sedem præceptis, sive per synodales constitutiones, sive quacumque alia ratione, etiam ex causa voti per majores facti, quod quoad hanc partem etiam authoritate apostolica per quemcumque illorum commutari vult, audita missa servilibus operibus sine ullo conscientiæ scrupulo vacari possit, authoritate apostolica concedat. Incipit *Venerabiles*. Ex vulgatis exemplaribus.

DUBIUM.

An Æthiopes sclavi possint in semi-festis compelli ad operas alioquin debitas.

§. I.

Probatur sententia negativa.

ILl. D. Petrus-Michaël Argandoña Tucumaniæ Præsul in Synodo Dioecesana anni 1752. nondum in praxim edita constituit, *Que paguen los* amos

Digitized by Google

amos el diario jornal à sus esclavos, quando les hagan trabajar en los mencionados dias *festivos*. Loquitur de festis seu semifestis per Benedictum XIV. hac constitutione paulo ante ibi divulgata reformatis. Et licèt eo synodali statuto non declaretur mancipiorum immunitas ab herorum coactione, supponitur tamen; nam cui merces est solvenda, liber est ad laborem, cum sclavis qua talibus nulla debeatur merces.

Accedit authoritas illius Provinciæ Metropolitani, qui pro tempore erat, qui ex Theologorum consilio resolvit, utique pro sua diœcesi, prohibendos heros à coactione sclavorum & yanaconarum, donec à Sede Apostolica expectata responsio daretur, ut ab uno ex Theologis in consultationem adhibitis accepi. Fama etiam est, Theologos Limæ & in Chile, utriusque Magistratus opera consultos, idem respondisse. Et P. Eugenius Lopez Studii nostri Cordubensis Cancellarius in additione quadam ad M. S. *Explicationem Legum Indicarum*, quam prælo parabat, idem tenet (*a*). Neque in recèns nata controversia major authoritas desiderari potest.

Resolutionem laudatus Lopez probat, quia Benedicti XIV. novum indultum, ex quo privilegium est, vi caret obligandi quemquam ad laborem. Hæc tamen ratio imbellis est, nisi aliunde fulciatur, nemo quippe contendit aut contendere potest, per laborandi permissionem quemquam obligari directè ad laborandum; sed quod ea permissione tollitur impedimentum potestatis herilis, ut utatur jure suo in exigendo sclavorum servitio, alias debito.

Firmius fortè probatur: Sclavi non poterant ad servilia cogi ante Benedicti constitutionem in festis, quæ modò festa media sunt. Ergo nec post editam constitutionem cogi possunt. Antecedens nemo negat ex dictis Ord. 58. Adnot. 9.; supponitur enim Æthiopes in America gaudere privilegiis Indorum. Probatur consequentia; in constitutione quippe Benedicti nulla fit privilegii præcedentis, aut juris per privilegium acquisiti derogatio, ut constat ex ejus tenore. At derogatione opus erat, nam regula communis est pro interpretatione privilegiorum, posteriora esse restringenda, ità ut prioribus nullum paretur præjudicium, nisi expresè derogentur.

Respondet quidam Recentior in M. S., sclavos ante constitutionem non potuisse cogi ad laborem, in feria v. g. tertia post pascha, non ex privilegio quod haberent, ne possent cogi; sed generalis prohibitio laborandi in festis hactenus fuit causa, ut à tali coactione liberi essent. Explicat: Privilegium neöphytis concessum non consistit in eo quod diebus festis obligari non possint ad servilia, sed consistit in exemptione ab obligatione feriandi. Unde sclavi, inquit, nullum jus habent absolutè ne compellantur, sed ex suppositione quod domini obligati sint ad feriandum. Neque ullum extat privilegium, ut servi possint diebus festis in commodum proprium laborare; sed infertur partim ex communi obligatione

(a) *Eug. Lop. in lib. 1. tit. 1. Recop. Ind. §. 2. dub. 5.*

Digitized by Google

tione heros obligante ad non laborandum, partim ex permissione facta neöphytis ut laborare possint. Ex eo quippe quod servus possit, dominus non possit servilibus occupari, sequitur quod in commodum servi cessura sint opera, si occupentur. Jam vero, concludit, hoc quale-quale privilegium servo tantùm favens dependenter à præcepto dominos obligante, cessavit modò quando ablata est per recens indultum dominorum obligatio.

Sed contra est 1., nam quod Indis, neöphytisve (quo utroque nomine comprehendi sclavos æthiopes fatetur recentior hic) sit privilegium non tantum ut laborare possint, sed ne in festis laborare cogantur, & ut possint in commodum proprium laborare, constat ex dictis Ord. 58. sive concessum sit à Pontifice, sive à Rege, sive scripto jure, sive consuetudine, quod parum refert.

Quibus adde legem 50. tit. 16. l. 6. Juris Hispano-Indici sic habentem: *Cumplidos* los ciento y sesenta dias, los demas de trabajo que quedam sin domingos y fiestas de guardar de la Iglesia, y los que el Indio tiene privilegio de trabajar si quiere, quedan libres paraque el Indio disponga de ellos... como persona *libre*. Adde etiam praxim, de qua ante sæculum testatur P. Franciscus Diaztaño S.J. in M.S. *De infideli converso*, ubi ait; *Sed hic* restat difficultas, quid dicendum de neöphytis christianis, qui solum diem dominicum & alios dies festos determinatos observare tenentur ex privilegio possint-ne à suis dominis cogi, ut in aliis diebus festis exerceant servilia? Respondeo, quod in praxi positum est, ut suis voluntatibus relinquantur... Possunt liberè laborare, sed non cogi à dominis. Ita declaratum est, & prohibitum in Concilio *Limensi*.

Contra 2., nam falsum est, facultatem hactenus sclavorum propriam, referendi videlicet in usus proprios festorum operas, ortum ducere ex eo quod ipsi potuerint, domini non potuerint servilibus occupari. Neque hinc facultas ulla in sclavorum favorem derivari potest; nam rectè cohæret, sclavum posse, dominum non posse laborare, cum eo quod labor nihilominus sclavi cedere debeat in domini, & non in laborantis sclavi commodum. Fac enim præcipiatur clerico mancipium habenti, ut à servilibus ipse abstineat ob decentiam status etiam in profestis. Non poterit in eo casu herus, poterit mancipium tractare servilia: & labor tamen cedere potest ac debet in heri commodum. Et clericus quidni possit in dato prohibitionis sibi factæ casu mancipium præcepto & pœna compellere ad laborandum? Nam licèt servilia exequi servile sit; at mandata dare vel pœnam decernere est opus in primis liberale. Ergo possent pariter otiantes heri sclavos compellere ad labores in sui commodum vertendos. Ergo quod hoc non potuerint in diebus quibus ipsi laborare nequibant, oritur aliunde, nempe à vero, neque unquam derogato, & modò superstite servorum privilegio.

Confirmatur, quia quidquid de privilegio sit, certum est per novissimam constitutionem deteriorem reddi neöphytorum conditionem, qui servituti sunt obnoxii, hoc ipso quod illius causa vel occasione nunc possint compelli ad operas, à quibus hactenus immunes erant. At incredi-

Digitized by Google

bile est, Ecclesiam, cui cordi fuit semper neöphitorum favor, velle modo ut durioribus constringantur vinculis.

Deinde Benedictus XIV. nihil aliud edita constitutione fecit, quam decretum pro aliis regionibus jam factum ad Indias extendere, ut patet ex facto & ex tenoris identitate. At in constitutione datà pro Hispaniis animus certè non fuit quidquam de neöphytis americanis aut angolanis, nedum contra illos innovare.

Tertio: vel nova constitutio alicui juri neöphytorum adversatur vel non? Si secundum, eodem modo tractandi sunt post, atque ante constitutionem tractabantur. Si primum; ergo jus per constitutionem inductum contrarium est juri alteri præexistenti. At huic juri non derogat, quandiu non exprimit, nam qualecumque illud de cætero sit, est jus speciale, quod per generale etiam posterius non derogatur, ut est Regula Juris, & communis doctrina apud Suarez (*a*).

Denique, quia Indi jure reputantur pupilli & miserabiles personæ, ut probat Ill. Vega, Gregorius Lopez, & alii apud Ill. Villarroel (*b*), & Montenegro (*c*). Et declaratum est lege 13. tit. 7. lib. 1. Juris Indiarum, ibi: *Los Indios* son personas miserables, y de tan debil natural, que facilmente son molestados y *oprimidos*. Et constat insuper, quia *tales sine dubio* reputantur personæ, quæ egent tutore vel curatore, qualiter videmus in Indis, qui absque suis protectoribus aut procuratoribus à regia potestate creatis, vix aliquid agere aut expedire possunt, sive in judicio, sive extra ut *notum est*, & ratiocinantur authores apud cit. *Villarroel*. Jam verò talium personarum jura salva sunt contra quamcumque constitutionem, qua expresse non derogentur.

Urgetur id ipsum: Quamvis expresse Pontifex potestatem faceret neöphytos ad labores cogendi, adhuc esset præsumendum litteras fuisse impetratas falsa relatione, & esse nullius roboris. Ergo potiùs est præsumendum nihil innovare contra neöphytos, quando nihil exprimunt de intenta ad compellendos facultate. Antecedens patet ex lege 21. tit. 13. lib. 6. Recop. Ind. sic habente: *No trabajen* en dias de fiesta en beneficio de los Españoles, aunque tengan bulas de Su Santidad, porque N. S. Padre las havra concedido con siniestra *relacion*.

§. II.
Solvuntur Objectiones.

OBjicies 1. Sclavis quà neöphytis ita favet privilegium à Paulo Tertio concessum, vel ita est illud interpretandum, ut incolume sit dominorum jus. Sed possunt hoc ipso sclavi non obstante privilegio compelli ad servilia in festis, in quibus hæc licet ex Benedicti concessione. Ergo... Major est firma, nam Princeps privilegium concedens non censetur

(a) *Suar. lib. 8. De Leg. cap. 11. n. 8.* (b) *Villarr. Gob. Eccl. P. 2. q. 14. art. 1.*
(c) *Monten. lib. 2. tr. 1. init.*

Digitized by Google

ſetur derogare alterius juris quæſito, niſi id exprimat, ut in probationibus dictum eſt, & eſt doctrina communis apud Suarez (*a*). Sed Paulus in Bulla nihil exprimit contra dominorum jus: imò neque ſclavos nominat. Ergo...

Probatur itaque Minor prima: Si privilegium paulinum jus herile non lædit, dominus idem habet jus in ſclavos, quod haberet non ſtante privilegio. Sed non extante privilegio paulino, poſſet herus in prædictis diebus ſclavos cogere ad labores. Prob. min., nam titulo dominii jus habet utendi ſervis ad ſervilia, eoſque obligandi omni die non prohibito; & per Benedicti conſtitutionem prohibiti eſſe deſierunt dies in quæſtione.

Objectio æquè probat, potuiſſe ab heris ſclavos cogi ante Benedicti conſtitutionem poſt Pauli privilegium contra ſententiam objicientis, quæ modò ſupponitur vera. Probo: Si Pauli privilegio non læditur dominorum jus, id poſſunt poſt privilegium quod ante poterant. Sed ante privilegium poterant obligare ſervos in diebus in quibus ſervi poterant, quamvis non poſſet dominus, laborare. Prob. min. Etiam in diebus quibus dominus non poteſt laborare, jus habet exigendi ut laborent ſclavi, ſi licitè poſſunt, & nondum habent privilegium ne compellantur; nam jus habet exigendi licita, & in exigendo laborem nihil eſt illicitum, non ex parte ſervi, cui permiſſus eſt labor, ut patet; non ex parte domini, cui nullo eccleſiæ præcepto prohibetur exigere die feſto.

Et alioquin non poſſet dominus ſclavo infideli ad Eccleſiæ præcepta non obligato imponere in feſtis ſervile onus quod nemo dixerit. Diana (*b*) unum citat Antonium Cordubam negantem poſſe ab hero chriſtiano imponi mauro, ſclavo ſcilicet & infideli ſervilia onera in feſtis diebus. Sed Corduba nihil habet ſimile de verbis aut de ſententia ipſi attributis à Diana, in editione ſaltem qua utor. Et licet infideli mauro non poſſet ſervile onus imponi propter ea quæ refert Lacroix (*c*), diſpenſatis tamen ab Eccleſia, ut ſunt Indi, & qui hoc nomine cenſentur in præſentia ut Æthiopes, non eſt cur non poſſet imponi, ut proſequitur Lacroix eodem loco.

Directè, omiſſo quod pertinet ad privilegii qualitatem, authorem, ſive originem, an ſit habitum ex conceſſione Pauli Tertii, an aliunde, nego maj. objectionis ex doctrina etiam communi apud Suarez laudatum in probationibus, ubi cum ſtatuiſſet quod *privilegium* inferens præjudicium tertio... reſtringi debet, quia non eſt mens Principis auferre alteri jus ſuum, niſi id expreſsè *declaret*, ſubdit: *Recipit hæc concluſio limitationem quam præcedens*. Et præcedentis concluſionis limitatio erat duplex, 1. Intelligendam eſſe de reſtrictione, quæ admittat aliquam utilitatem & effectum privilegii, nam privilegium ſemper ſuſtinendum eſt ut ſit utile. 2. Intelligendam eſſe cæteris paribus; aliquando enim tam neceſſarius & tam pius eſſe poteſt privilegii favor, ut ampliandus ſit etiam augendo derogatio-

(a) *Suar. l. 8. De Leg. c. 27. num. 9.* (b) *Diana, P. V. tr. 14. R. 7.*
(c) *Lacr. l. 3. P. 1. n. 579.*

Digitized by Google

tionem juris. Subditque exemplum exemptionis clericorum à jurisdictione temporali, & religiosorum ab ordinaria.

Utraque limitatio locum habet in casu nostro. Prima quidem, quia privilegium concedens neöphytis, Ne compellantur certis diebus, esset planè inutile, si compelli possent: & libertas ad conducendum proprias operas, sive ad locandum proprios humeros careret effectu, si cogi possent ad laborandum pro dominis. Secunda; quia pius est ut qui maximè neöphytorum favor. Etiam facit pro religione: & *summa est ratio quæ pro religione facit*, ut est Juris proloquium in leg. *Sunt personæ ff. De religion. & sumpt. fun.*

Dices: Parum pro religione facit, quod sclavi otientur, & otio, ebrietate, ludis ut plurimum non bonis festa celebrent. Respondeo. Parum etiam pro religione facit quod sint clerici abutentes immunitate, & christiani liberi in Sanctorum festis male feriantes. Quid ergo? Damnanda est Ecclesia solemnitates indicens, aut vindicans immunitatem? Propter abusus negandum privilegium canonis & fori? Distinguenda igitur sunt in privilegiis, abusus, finis, & virtus seu valor. Contra abusus declamandum in compitis. Modò tamen attenditur finis, qui religiosus est certè, quandoquidem exemptio neöphytorum ad animarum conversionem & manutentionem in fide ordinatur.

Objicies 2.: Si dies aliquis fiat de profesto festus, in eo non possunt sclavi compelli ad laborandum. Ergo à contrario si dies aliquis fiat de festo profestus, quod nova Benedicti constitutione fit, compelli possunt. Prob. conseq.; nam sicut impotentia domini ad obligandum respicit dies quatenus festi sunt; ita potestas obligandi respicit dies quatenus sunt profesti. Ergo sicut nova festi qualitas impotentiam facit, ita nova qualitas profesti dat potestatem.

Confirmatur: Sclavi possunt cogi ad laborandum in diebus qui reformati sunt ab Urbano VIII., ut constat ex praxi & ex iis quæ habet Avendaño (*a*). Ergo pariter in diebus semifestis, de quibus est quæstio, nam moderatio festorum à Benedicto facta similis est factæ ab Urbano quoad præceptum negativum.

Resp. concess. antec. nego conseq., nam festi qualitas est requisitum se solo sufficiens ad impotentiam; qualitas profesti est se sola insufficiens ad potestatem inducendam. Et in quacumque materia plura sunt requisita ad potestatem complendam, quam ad impotentiam: hæc enim malum quoddam est ex quocumque defectu resultans, sive ex parte materiæ, sive ex parte principii se habente. Ex. gr.: Ex quo ignis applicatus non fit, est impotens comburere, quamvis nec desit materia combustibilis, nec principium operationis, existentia tamen applicationis non facit potestatem, si virtus desit, vel materia combustibilis.

In casu nostro ad potestatem obligandi seu compellendi sclavos requiritur ablatio impedimenti, quod est privilegium. Unde neganda est consequentia probationis; nam qualitas festi facit impotentiam adæquatè

(a) *Avend. tit. 22. Thesaur. n. 472.*

Digitized by Google

tè adæquatione ſufficientiæ ; qualitas verò profeſti facit poteſtatem tantùm inadæquatè, & inſufficienter quandiu reliqua ad poteſtatem requiſita deſiderantur. Et patebit hoc evidenter, ſi proveniat impotentia, non à mutatione diei, vel in diem inducta, ſed à mutatione materiæ. Si opus ſervile fiat de licito illicitum, nequit à domino ſclavis demandari. Ergo ſi fiat de illicito licitum, poterit? Poterit quidem, quando reliqua non deſint. Idem eſt, ſi impotentia proveniat à præcepto confeſſarii, qui ad compenſandam injuriam ſclavo factam domino injungat, ut certo illum die laborare ſinat in proprium commodum.

Ad confirm. diſt. ant.: poſſunt jure præſcriptionis, conc.; jure ſervitutis præcisè, nego. Data eſt Urbani conſtitutio anno 1642., ex quo tempore plus ſatis elapſum eſt ad præſcribendum jus contra privilegium in diebus ab Urbano reformatis, quibus praxis inolevit cogendi ſclavos. Unde non licet extenſio ad dies per Benedictum permiſſos, in quibus praxis non ſat uniformis ad præſcribendum eſt. Quodſi tunc miſera ſclavorum conditio advocato caruit, condonandum id fuit quando tanta non erat Indorum Protectoris authoritas deinceps Regis Catholici pietate in Indicorum Magiſtratuum numerum relati, de quo vide Ill. Villarroel (*a*). Jam verò præſcriptionis jus nondum favet heris in caſu noſtro, & ne faveat in poſterum, cura ſit aliorum.

De P. Avendaño inquit Recentior laudatus in M. S., quod ſuæ ſententiæ favet loco citato, ubi docet, quod poſſunt domini abſque gravi culpa ſervos ſuos neöphytos obligare ad laborandum in feſtis, quorum obſervantia ablata eſt per Urbanum. Sed hujus ſcriptoris authoritas in rebus indicis ex raritate pretioſa, pro ſententia contraria unica, non erat ſic enuntianda. Verba illius ſunt: *Si neöphyti* ea (feſta) ſervare velint, eritne ſpeciale peccatum eos ad laborandum compellere? Ad quod videtur dicendum, in eo grave non eſſe peccatum... Quamvis verò oppoſitum non inveroſimiliter comprobari poſſet, à probationibus abſtineo, quia nullus eſt futurus, qui in praxi hujuſmodi ſententiam *complectatur*. Ubi

Nota 1., non illud abſolutè docere, neque dicere, poſſe dominos abſque gravi culpa ſervos compellere; ſed quòd *videtur dicendum*. Hæc autem phraſis vel formula *Videtur dicendum* non ſignificat, authorem eſſe ejus ſententiæ, ut traditur in *Voto Platonis* (*b*), & ſuadetur *lege* 2. *De Pactis*, *& lege Si chirographum*, & l. *Qui teſtamentum ff. De Probat.* In Voto dicitur: *Quoties* authores mentem ſuam exprimunt per verbum *videtur*, nihil enuntiant aſſertivè, ſed dubitativè, aut examinativè tantùm *proponitur*.

Nota 2., Avendañum ſupponere, ſervorum compulſionem eſſe ſaltem peccatum veniale: unde ſequitur lædi aliquatenus neöphytorum jus, alioquin nullum eſſet peccatum ſervum à domino ad ſervilia cogi. Ratio verò cur in medio relinquat peccati quantitatem, videtur eſſe, quia ſer-

(a) *Villarr. Gov. Eccl. P.* 2. *q.* 14. *a.* 3. *n.* 18. (b) *Vot. Plat. Prælud.* 1. *cum Cano lib.* 8. *De Loc. cap.* 5.

Digitized by Google

sermo illi erat de compulsione quadam forti suavi: & ex harum qualitatum alterno excessu pendere potest, quod peccatum grave aut leve sit. Nota 3., à sententiæ negativæ probatione abstinuisse ea ratione qua prudens confessarius aliquando veritatem celat pœnitenti non obedituro. Unde minimus favor in sententiam affirmativam resilit.

De cætero legendus omnino est author (a), qui ubique de Indorum privilegio *Ne compellantur*, nunc primum negato, tanquam de re indubitata loquitur. *Si non solum*, inquit, suaviter, sed fortiter, Indi & alii ad laborem compellantur, ita ut nequeant nisi cum probabili detrimento resistere, labor illis invitus accidit, nec licet illis suo privilegio uti: quod sine gravi compellentium peccato stare *nequit*. Rursus ait: *Et hæc* quidem non solum de Indis intelligenda, sed etiam de Æthiopibus licet mancipia sint, non possunt enim ad laborem compelli, cum eisdem quibus Indi privilegiis fruantur. Et in illis quidem videtur esse major ratio, eo quod majus dispendium... subeant quam *Indi*, &c. Sic favet Avendaño sententiæ contrariæ.

Quod in hoc loco supponit hic author, & omnes in præsentiarum supponunt de Indorum privilegiis per Æthiopes in America participatis, dubitatum est olim. P. Mutius Vitelleschi Præpositus Generalis Societatis Jesu à Congregatione Provinciali Paraquariæ III. anno 1620. celebrata rogatus, ut indicorum privilegiorum in favorem Æthiopum, si opus esset, impetraret à Summo Pontifice communicationem, respondit: *Jure suo* possunt Æthiopes omnibus Indiarum privilegiis uti cum Æthiopia in Indiis orientalibus comprehendatur, & illi in Indiis occidentalibus versentur, quæ privilegiis eisdem *gaudent*. Ratio valida & resolutio firma, dum agatur de privilegiis Indiarum utrique occidentali, & orientali communibus. At privilegium circa festa, de quo in præsenti, sicut alia circa jejunia, & sacramenta, concessa sunt Indis occidentalibus & meridionalibus, ut videre est in Const. Pauli Tertii supra Ord. 58. Et expressum est in resolutione S. Congregationis de qua supra Ord. 306. Nihilominus privilegia verbo contracta ad Indos occidentales & meridionales, extendi possunt consuetudine: & quod concessa circa jejunia & festa suffragentur æthiopibus saltem americanis, suadet communis ibi intelligentia.

Objicies 3.: hactenus potuerunt domini servos obligare ad servilia quoties erat causa dominos excusans a præcepto. Sic enim tempore messis urgente necessitate nemo conscientiæ duxit obligare servos ad laborem in festis, quin servi possent opponere privilegium. Ergo in posterum poterunt obligari in mediis festis, in quibus domini etiam excusantur à præcepto. Et ratio utriusque est, quia solum ecclesiæ præceptum seu prohibitio est impedimentum hero ne ipse possit præcipere servilia: quod impedimentum si demas, potestatem fecisti. Confirmatur; quia dominus potest domini continere servos ad opera non prohibita, ut parare cibos, exeuntem herum comitari, custodire pecora, & similia.

Resp.

(a) *Avend. loc. cit. præsertim numer.* 422. & 423.

Digitized by Google

Resp., supposito quod ignoro, hactenus fuisse praxim non solum adhibendi, sed obligandi servos ad laborandum in festis instante necessitate, & quod rationabiliter tunc obligentur ad serviendum sine stipendio vel laboris compensatione, nego hoc fieri jure servitutis præcisè. Fiet ergo eo quod privilegio in hac parte per adversam consuetudinem derogatum sit, sicut dictum est supra de festis per Urbanum VIII. reformatis. Quodsi nulla sit præscripta consuetudo, & ad rei publicæ bonum vel vitandum malum intersit in festo laborare, debent sclavi tanquam mercenarii conduci, & tunc solum compelli, quando & quo modo liberi homines possunt & quandoque obligantur; vel eo modo quo obligari possunt, non solum in semifestis de quibus solis est quæstio, sed in quovis solemnissimo etiam, in quo neque objiciens, neque alius somniaverit, citra necessitatem obligari posse. Hoc verò non ideo fit, quia dominus ingruente necessitate excusatus est à præcepto feriandi, seu à prohibitione per se laborandi, nam potestas serviliter laborandi nihil habet commune cum potestate præcipiendi, nisi quis velit munus præcepta & leges ferentis esse servile. Fiet ergo vel necessitate, vel consuetudine, vel dispensatione.

Quodsi nec necessitas vera sit, nec privilegio contraria consuetudine derogatum, utique posset allegari jus pro sclavis. *Sed hæc* est illorum miseranda conditio, cui usus magis, quam ratio, justitia & pietas *suffragatur*, ut inquit laudatus Avendaño. = Ad confirm. idem dicito, si verum est quòd possunt compelli ad opera ibi enuntiata, id nempe licere, vel consuetudinis jure, vel eo titulo, quicumque sit, quo id sit licitum in primo die paschatis v. g., in quo certe nihil licet post Benedicti constitutionem, quod antea non liceret. Nunc verò solum disputatur de titulo in hac constitutione fundato, vel ad eam consequente.

Objicies faciliora quædam. 4. Quod privilegium laborandi facultatem præbens tantùm Hispanis esset inutile, quia hi non laborant. 5. Privilegium non compellendi Indos, quatenus lege indicâ in probationibus citata continetur, loquitur de Indis Chilensibus. Ergo non prodest aliis, quia privilegia non licet extendere à persona in personam, etiam ex identitate rationis. 6. Privilegium est exemptio à lege alios obligante. Sed in præsenti nulla est lex alios obligans, v. g. ad feriandum in festo S. Annæ, vel quovis alio de semifestis. Ergo nec est privilegium eximens. 7. Quòd per novam constitutionem dies v. g. S. Annæ, se habet sicut quilibet alius profestus quoad laborem. 8. Privilegio derogatur per constitutionem contrariam. Sed nova constitutio est intento privilegio contraria. Ergo... 9. Potest per privilegium onus aliquod induci respectu privilegiati, ut patet in eo qui privilegium habet oratorii privati, qui ex privilegio missam audire tenetur tempore interdicti. Ergo idem in præsenti dicendum, nempe quod laborare potens laborare tenetur, si sub dominio præcipientis sit.

10. Verba allegata ex Concilio Limensi non significant obligationem, sed consilium. Ergo illis non obstantibus possunt sclavi compelli. Tandem objicies legem 17. tit. 1. lib. 1. Recop. Ind. *Mandamos*, que los domin-

domingos y fieſtas de guardar no trabajen los Indios, ni los Negros, ni los Mulatos: y que ſe dê orden que oigan todos miſſa, y guarden las fieſtas que eſtuvieren ſeñaladas por de precepto para los Indios, Negros, y *Mulatos*. Ergo lex de non occupandis hominibus id genus intelligenda ſolum de feſtis, quæ reſpectu illorum ſunt de præcepto.

Ad 4. Object. reſp., privilegium recèns conceſſum Hiſpanis non eſſe inutile, quia multi laborare habent opus, & licèt malè feriati vitio ſuo non laborent, laborare poſſunt, quod antea non poterant. Tum etiam quia poſſunt ad proprias operas ſclavos conducere tanquam liberos ſoluta mercede: quod non eſſe inutile conducentibus conſtat.

Ad 5. reſp. 1., neque legem, neque legis argumentum ſeu rubricam loqui præcisè de Chilenſibus, licèt ſub hoc titulo methodi cauſa, vel quia à Chilenſibus facta eſt legem ferendi occaſio, collocetur. 2. In lege illa non primò conceditur privilegium, ſed privilegium conceditur, quod ex praxi vel ex ſynodis noſcitur eſſe commune, de quo præter dicta videatur Avendaño (*a*). Regiæ Schedulæ hoc ipſo quod Indicæ Recopilationi inſertæ ſint, ex reſcriptis fiunt leges in caſu ſimili obligantes, ut fit in Jure Canonico. Imò priuſquam eſſent recopilatæ, id affirmarunt plures apud Villarroel (*b*) cum Cordubenſi noſtro Juris Indici conſultiſſimo Pinelo, qui in Tractatu *De Regiis Confirmationibus* loquens de quadam deciſione pro determinata provincia facta ait: *Deciſion*, que aunque fue para Yucatan, como la razon es general, ſe eſtiende à todas las *Indias*.

Ad 6.: privilegium, de quo in præſenti, non eſt præciſe exemptio à lege feriandi in feſtis, ſed exemptio à jure compellendi ſclavos per illa verba ſignificata, *Non compellantur*, *Les ha de ſer libre alquilarſe, ò no, à quien, y como quiſieren*. Hoc privilegium, ut patet, non eſt exemptio à jure eccleſiaſtico, ſed à jure gentium quo ſclavi compelli poſſunt ad ſerviendum: cui juri manent obnoxii quotquot ſimili privilegio carentes veri ſclavi ſunt, ut aliquis Turca vel Saracenus. Hujuſmodi exemptioni nihil per Benedicti conſtitutionem derogatur. Unde ad object. in forma, conceſs. maj. diſt. min: Non eſt in dictis diebus lex feriandi, alios obligans concedo. Non eſt lex ſive jus compellendi, alios obligans, ſive aliis imminens, nego; nam ſclavi alii, ut Turca compelli poſſunt. Nec dicas, Principem nullum poſſe derogare juri gentium. Hoc enim eſt tantùm verum quoad alienos ſubditos, falſum quantum ad proprios.

Ad 7. diſt. propoſ.: ſe habet ſicut quilibet dies profeſtus, quantum ad poteſtatem laborandi, concedo; quoad poteſtatem compellendi, nego. = Ex quo patet ad 8.; nam modò expoſito privilegio conſtitutio Benedicti non eſt contraria, & quamvis eſſet contraria materialiter, adhuc eſſet expreſſa derogatione opus. = Ad 9. Poteſt utique indirectè onus per privilegium induci quatenus privilegio tollitur impedimentum obligatio-

(a) *Avend. t. 12. n. 129.* (b) *Villarr. P. 2. q. 14. n. 87. Fraſſo, c. 8. n. 21. Avend. tit. 1. n. 112. Salgado, 1. P. De Reg. Prot. cap. 1. n. 296. P. Eugen. Lopez in MS. Pinel. P. 1. c. 10. n. 50.*

Digitized by Google

tionis; in præsenti verò obligatio feriandi quæ sola tollitur nova Benedicti constitutione, non est impedimentum potestatis sclavorum compulsivæ; sed hæc erat & est impedita per dictam præcedentem exemptionem, qua sclavi compelli nequeunt certis diebus.

Ad 10. Quamvis verba *Non compellantur* indifferentia sint ad significandum obligationem & consilium; sed ad significandam obligationem determinantur, tum ex cit. lege indica, ubi exprimitur quod Indis *debet* esse liberum laborare; tum ex praxi, nam illa verba referuntur ad festa, quæ tempore Concilii Limensis erant Hispanis tantum observanda, in quibus communis intelligentia fuit ante præsentis quæstionis ortum, ex obligatione non esse compellendos servos ad laborem; tum ex natura privilegii, cujus est privilegiatum deobligare, & obligare reliquos ne usum impediant, vel prohibeant.

Ad ult. Legi apposita restrictio cadit supra primam partem de observandis festis, non supra secundam de Indis non occupandis. Ratio est clara, nam alioquin potuissent etiam occupari ante constitutionem in festis Hispanorum, & modò in feria secunda post pascha: quod omnes reputant falsum & absurdum. Licèt autem restrictio legis non distinguat, ratione absurdi quod sequeretur, referenda est ad unam præ alia partem, ut est doctrina communis Theologorum, & Juristarum in tractatu *De Legibus*.

ORDINATIO DXCVI.
Anno 1751. 8. Nov.

EXposito pro parte Regis Catholici, apostolica providentia opus esse in Indiis occidentalibus super hoc quod parochiæ, doctrinæ, aliaque officia ad animarum curam pertinentia per regulares duntaxat (I) obtinentur & administrantur in vim litterarum *Exponi Nobis* à Pio V. editarum 24. Mart. 1567., quibus aliorum Pontificum confirmationes accesserunt: ex quo fit ut clerus sæcularis ab his muniis exclusus remaneat, qua de re Indiarum Episcopi conquesti fuerunt: idcirco ipse judicaret expediens concedere, ut dictas parochias etiam sæcularibus conferre possent; Benedictus gavisus est rem esse talem ut posset Regi complacere. Supponensque monachos & regulares (II) antiqua disciplina C. *Quod Dei*, *de Stat. Monach.* regiminis parochialis esse capaces, ex nova non nisi apostolica dispensatione, quæ nonnisi instante Episcopo concedi solet, ab Episcopo non sollicitanda, nisi necessitas aut utilitas id suadeat. A qua norma discessisse non est putandus Pius V., dum regulares ad parochias habiles fecit propter presbyterorum defectum. = Postquam retulit instantiam Archiepiscopi Mexicani, ut sibi liberum esset parochias conferre sæcularibus, in Sacra Congregatione Concilii discussam 4. Jul. & 8. Aug. 1722., concedit ut locorum Ordinarii non obstantibus Pii litteris (quibus, quatenus opus sit, derogat) sæculares clericos idoneos ad parochias, doctrinas, & alia officia ad animarum curam pertinentia assumere valeant. = Declarat, regulares animarum curam gerentes in con-

Digitized by Google

cernentibus regularem obſervantiam non eſſe Epiſcopis ſubjectos, in ſpectantibus ad exercitium curæ animarum, vel etiam ad eorum vitam & mores; etiam Epiſcopis aliiſque locorum ordinariis ſubjectos eſſe, ideoque ab eis & ab eorum viſitatoribus æquè ac à ſuis regularibus ſuperioribus in his omnibus corrigi poſſe, ſiquidem impoſſibile non eſt, ut alicujus vitæ ratio talis eſſe dignoſcatur, quæ cum animarum regimine minimè conveniat, & parochianis ſcandalo ſit. = Hoc idem in Conſt. *Firmandis*. 12. Kal. Dec. 1744. declaraverat, quæ cum ad Indias ſe extendat, ibi etiam obſervanda eſt. Idemque decernit de duabus regulis ibi conſtitutis, quarum una eſt, quòd in quibus parochi regulares Epiſcopis & ſuis prælatis cumulativè ſubſunt, ſi aliter ab uno quam ab alio judicetur, præferendum eſt Epiſcopi judicium. Altera, quòd cum regulares non niſi cum amobilitatis qualitate curam animarum exercere valeant, tam Epiſcopus quam regularis prælatus, cum expedire judicaverint, regularem parochum removere valent, ita ut neque regularis ſuperior (III) compelli poſſit remotionis cauſas Epiſcopo ſignificare, neque Epiſcopus regulari prælato. Quoniam verò alicubi fieri poteſt, maximè in novis reductionibus ut regulares parochos mutare non expediat, etiam cum ſæculares non deſunt, Ordinarios admonet ut in ejuſmodi circumſtantiis, & ubicumque res optimè conſtitutas invenerint, ab innovationibus abſtineant, & jure ſuo ita utantur, ut requirit æquitas & animarum utilitas, ſuper quo illorum conſcientia oneratur. = Denique ſtatuit, nequis unquam, aut ullibi ad curam animarum exercendam aſſumi poſſit (IV) ſine prævio examine & approbatione Ordinarii localis, prout aliàs decreverat tam in citatis litteris, quam in aliis datis 5. Kal. Martias 1745., quarum initium eſt *Quamvis ad confirmandum*, quæ tam ad occidentales quam ad orientales Indias ſe protendunt. Non obſtantibus quibuſcumque. Extat tom. 18. Bullar. Luxemburg. C. 53. Incipit *Cum nuper*.

ADNOTATIONES.

(I) *Regulares dumtaxat*. Hæc non ſic intellige quaſi in Indiis occidentalibus regulares ſoli parochias, doctrinas, aliaque munia ad animarum curam pertinentia obtineant & adminiſtrent cum omnimoda excluſione cleri ſæcularis. Nulla, credo, diœceſis eſt in qua parochi ſæculares non ſint complures complurium parochiarum ſoli rectores. Et in Tucumania quidem tempore datæ præſentis conſtitutionis præter paucas Indorum novas reductiones, omnes per latiſſimam diœceſim parochiæ erant penès ſæculares clericos, ut fidem facit Ill. Argandoña in epiſtola ad Sanctiſſimum, de qua Ord. ſeq. In Bonaerenſi vicina omnes pariter vel ferè præter Guaranicas.

Sed prædicta verba, utique ſecundum exponentis & conſtitutionis mentem ſic intellige, ut cum multæ ſint parochiæ & doctrinæ ſæcularibus clericis, multæ etiam ſint regularibus & à ſolis illis reſpectivè adminiſtratæ. Ex inſtantia certè Archiepiſcopi Mexicani anno 1722. diſcuſſa in Sacra Congregatione, & in hac conſtitutione citata, patet fuiſſe in

ea

ea diœcesi centum-quadraginta-novem parochias regularium, ex quibus vult sexaginta ad clericos sæculares translatas. Præter has autem & suas habent clærici sæculares proprias.

(II) *Monachos & regulares*. Quamvis regulares omnes vel ferè omnes, præsertim in ditione americana Regis Catholici, mendicantes & non monachi strictè sumpti sint, seu monasticæ vitæ professores, satis sit ad obediendum, quod a Summo Pontifice ad effectum de quo agitur, pro uno eodemque habeatur monachus & regularis qui monachus non sit. De cætero alia est ratio de monachis ac de mendicantibus, sicut & de canonicis regularibus, ut ponderat Solorzanus (*a*) dum ait: *Lo tercero* se puede considerar en favor de los religiosos, que los textos que les proiben vaguear fuera de los conventos, aunque sea para cuidar de almas, se han de entender de los monges, que por su instituto professan estrecha clausura, pero no de los mendicantes, y otros que no la professan, ni sé hallan prohibidos de la cura y conversion de las almas; antes por derecho comun y por sus particulares privilegios les esta mui encomendada, y para esso se hicieron y fundaron, como lo enseña Santo Thomas (*b*), y en nuestros terminos el P. Acosta añadiendo, que no son vistos apartarse de su instituto quando se ocupan en estos cargos, y que aunque no tuvieran doctrinas proprias, debian y deben conforme à el aiudar à los que las tuviessen, y à los Obispos en las confessiones y predicaciones, y otras missiones espirituales en quanto *pudiessen*.

Discrimen inter monachos & canonicos regulares exhibet Cap. *Quod Dei*, *De Stat. Monachor.*, cujus argumentum est: *Canonicus* regularis potest præfici ecclesiæ parochiali etiam sæculari, sed debet habere secum socium sui ordinis si commodè *potest*. Et in textu dicitur: *Licèt* in Lateranensi Concilio de monachis caveatur, ne singuli per villas & oppida per quascumque parochiales ponantur ecclesias... Quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cavetur... & per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiarum parochialium regimen ordinari... sic annuendum duximus postulatis, ut exercens plebani officium, si commodè fieri poterit, unum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cujus in iis quæ Dei sunt, & regularis observantiæ, tam consortio quam solatio perfruaris.

Ubi nota, per citatum hìc Concilium Lateranense (scilicet Tertium anno 1179. celebratum cap. x., quod habetur cap. 2. *De Stat. Monach.*) non interdici monachis agere parochos, sed ne singuli ponantur. *Utrum monachi* (verba sunt Glossæ in Cap. *Quod Dei* cit.) de jure communi, vel ex dispensatione possint ad regimen animarum assumi, dubitari consuevit. Dicunt quidam quod hodie possunt de jure communi, olim tamen ex dispensatione... Alii dicunt, quod nec hodie possunt nisi ex dispensatione, cum Lateranense Concilium hoc prohibeat... Satis potest dici, quod olim monachi non poterant præfici ecclesiis, nisi ex necessitate;

(a) *Solorz. lib. 4. Pol. cap. 16.* (b) *D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 1., & q. 188. a. 4.*

Digitized by Google

tate; hodie possunt etiam utilitate suadente. Sed regulares, ut dicit hic, licite possunt eligi ad regimen ecclesiarum utilitatis causa & de jure communi. Sed in hoc est differentia inter monachos & canonicos regulares, quod monachus tenetur socios habere secum sui ordinis, sed regulares ad hoc non tenentur nisi commodè *possint*. Hæc de vetere disciplina.

De moderna, post multam discussionem in causa canonicorum regularium habitam sub Pio V. & Gregorio XIII., noluit hic Pontifex licere regularibus, etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis, assumere curam etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum in titulum. Unde, inquit Fagnanus (*a*) *infertur* ut multo minus assumi possint ad curam animarum personarum sæcularium regulares aliorum ordinum, nam in canonicis regularibus ex multorum sententia speciale erat, ut possent præfici parochialibus sæcularibus, quæ (quia) regulæ inserviunt laxiori, & propterea non comprehendebantur in prohibitione Concilii Lateranensis. Quare si canonicis regularibus non licet amplius obtinere parochiales in titulum vel ad tempus propter decretum Gregorii XIII., longe minus licebit regularibus aliis strictorum ordinum. Hinc cum fuerit quæsitum, an regularis possit præfici curæ animarum ab Episcopo absque dispensatione apostolica, Sacra Congregatio Concilii censuit non posse, nisi accedente dispensatione, quæ non est concedenda nisi instante Episcopo pro necessitate vel utilitate Ecclesiæ. Et alias consulta, an Ecclesiæ parochiali ex necessitate, nempe ob penuriam sacerdotum, regularis perpetuò possit præfici, respondit permitti posse, ita ut deducto victu quod reliquum fuerit redditüum, in utilitatem ecclesiæ & pauperum convertatur. Ob id autem necessariam esse hodie dispensationem contra opinionem antiquorum doctorum, quod ita de stilo servari consuevit. Quod si magis placuerit Sanctissimo, posse quod petitur, ad tempus concedi, quoad scilicet Episcopus providerit de clerico sæculari; nihil tamen concedendum nisi instante Episcopo pro necessitate vel utilitate *Ecclesiæ*. Hæc Fagnanus ex parte transcriptus à Benedicto in præsente Ordinatione.

Porrò beneficia sine dispensatione conferri non posse regulari, intellige de beneficiis sæcularibus, vel quæ regularia esse non constet; quod enim beneficium regulare esse non constat, sæculare præsumitur. Beneficia pariter regularia, quæ vel ex institutione, vel ex quadraginta annorum possessione pacifica talia sunt, nequeunt sæcularibus sine dispensatione conferri. Unde est canonicum adagium: *Sæcularia* sæcularibus, regularia *regularibus*.

Quid quid de mendicantibus aliis sit & regularibus, quod attinet ad extinctam Societatem Jesu, certum est minus fuisse conveniens illius instituto curam agere animarum ex officio parochi, quamvis haberet pro fine principali in salutem & perfectionem proximorum incumbere, & ex charitate & obedientia juvare in hoc negotio pastores animarum: & sola necessitate factum esse ut parochias doctrinasve susciperet regendas.

De

(a) *Fagn. in Cap.* Quod Dei, De St. Mon. *lib.* 3. *Decretal. pag.* 444. *num.* 17.

Digitized by Google

De P. Hieronymo Portillo, qui primus Societatem in Peruvium invexit, memoria proditum est (a): *Habuerat* in mandatis a Præposito Generali (S. Francisco de Borgia) Portillus, ne procurandas animas curionum more assumeret, quòd ea, quamquam sancta occupatio, aliena esset ab instituto Societatis. Sed cum Prorex, unaque Antistes, hanc procurationem deferrent, ut sine gravi offensione sinistraque fama nullum pateret effugium, subeundum in breve tempus *putavit*.

Constitutiones habent (b): *In collegiis* Societatis nec curæ animarum, neque obligationes ad missas celebrandas, neque aliæ hujusmodi admittantur, quæ a studiis distrahere admodum, & ea quæ in illis ad divinum obsequium quæruntur, impedire solent: quemadmodum neque in domibus aliis vel ecclesiis Societatis professæ, quæ quoad ejus fieri potest, expedita ad Sedis Apostolicæ missiones obeundas, aliaque opera ad Dei obsequium & animarum auxilium esse *debet*. Et alibi (c): *Cum* homines hujus Societatis semper parati esse debeant ad discurrendum per quasvis mundi partes, quo fuerint à Summo Pontifice vel à suis superioribus missi, non debent curam animarum, neque item mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque suscipere, ut ordinariè illarum confessiones audiant vel ipsas regant; quamvis nihil repugnet semel unius monasterii confessiones ob speciales causas *audire*.

Et quia Collegium Conimbricense possederat monasteria quædam cum ecclesiis parochialibus annexis, quæsitum est in Congregatione Generali Prima (d), an esset dispensandum in Constitutionibus, quæ oppositum videntur statuere, vel quidnam faciendum esset, & placuit, *omnem adhiberi* diligentiam, ut quam primum & quam optimo modo fieri posset, liberaretur ab animarum cura prædictum *collegium*.

Hæc autem non ideo decreta fuisse videntur, quod cura parochialis repugnaret statui regularium, nam de jure antiquo jam dictum est, de novo per Gregorium XIII. nondum erat inductum, & jure Concilii Tridentini, quod eo tempore nondum erat confirmatum, solum præscribitur (e), ut ab uno Ordine ad alium translatus, etiam si canonicorum regularium fuerit, ad beneficia sæcularia etiam curata omnino incapax *existat*: utque (f) in beneficiis curatis, quæ monasteriis unita sunt, Vicarius ab Ordinario constituatur.

Sed neque Instituto Societatis ita erat repugnans parochialis cura, ut non posset à Præposito Generali dispensari. Constat hoc ex decreto 139. Congregationis Generalis I. ibi: *An sit* exterminandus è Societate mos ille admittendi beneficia curata vel simplicia, quæ nostris ad tempus conferuntur. Commissum etiam fuit Præposito, qui statuit, ut non admitterentur beneficia sine licentia Præpositi Generalis, quem informare oportebit de scandalo, si quod fuerit, vel timebatur, & de tota re ut videat an dispensari *oporteat*.

Et

(a) *Hist. Soc. P. 3. l. 6. num. 275.* (b) *Const. Soc. P. 4. cap. 2. §. 4.*
(c) *P. 6. Const. cap. 3. §. 5.* (d) *C. I. Decr. 124.* (e) *Trid. sess. 24. cap. 22.*
(f) *Sess. 7. cap. 7.*

Digitized by Google

Et hinc patet quid dicendum de Indorum doctrinis, quæ licet sæcularibus in titulum perpetuum conferantur, regularibus tamen semper conferuntur cum amobilitatis nota & clausula in litteris præsentationis inserta. De Paraguariensibus informatus P. Mutius Vitelleschi Præpositus Societatis, litteris ad eam provinciam 17. Jun. 1619. datis: *Lo de ser* curas los nuestros entre Indios debese entender donde no hai ministros que les acudan, y en haviendolos eximanse de semejante cuidado, aiudando à los curas externos como la Compañia suele en todas partes, no por obligacion, sino *ex charitate*. Vide supra Ord. 37. & 111.

(111) *Remotionis causas*. Extat de hoc argumento regia schedula data 21. Dec. 1678., quædam etiam alia continens ad materiam præsentis Ordinationis pertinentia, cujus sunt verba in Synodalibus Arequipæ anni 1684. relata (*a*), ut sequitur: = El Rei. = *Por quanto* por parte de las religiones de Santo Domingo, S. Augustin, Nuestra Señora de la Merced, y la Compañia de Jesus de las Provincias de Nueva España, se presentó en el mi Consejo de las Indias el año de 1637. un memorial, pidiendo declaracion de differentes puntos tocante à la administracion de las doctrinas, que estan à su cargo, y el capitulo 4., que es de los *interis*, es del tenor siguiente = Iten, que en el interin que se hace la proposicion al Virrei, pueda el prelado poner religioso, que sirva por quatro meses conforme à lo dispuesto por el Real Patronato, ò por el tiempo que V. M. fuere servido, pues lo contrario seria, dejar à los Indios sin ministro = A que se decretó por el dicho mi Consejo lo que se sigue: No parece necessario prevenir este caso, pues en estos beneficios regulares no se ponen edictos, ni hai opposiciones, y las religiones tienen tantos sugetos, que con la misma facilidad pueden nombrar proprietarios que interinarios. Y el memorial referido con los decretos à el proveidos se remitio al Marques de Cadereita siendo Virrei de la Nueva España con cedula de 11. de Agosto 1637., paraque lo hiciesse cumplir y executar en la forma que en los dichos decretos se contenia. = Y despues por otra cedula de 30. de Julio de 1653. se mandó, que los doctrineros regulares una vez presentados y examinados no se remuevan sin causa aprobada por el Virrei, presentando otro que el elija, y los examine y apruebe el Ordinario, para evitar los inconvenientes que resultaban de estas mudanzas. Y estando dada esta disposicion me represento el Arzobispo de Mexico en carta de 26. de Henero de 1670., que el Virrei de aquellas provincias havia presentado doce religiosos de S. Agustin para doce doctrinas, de que havian sido removidos otros del mismo orden: y del reparo que havia en darles la colacion y canonica institucion, por no haver precedido darle el Provincial las causas que havia tenido para estas remociones, fundandose en una cedula de 15. de Julio de 1574., en que se mandaba que los Provinciales todas las veces que huviessen de proponer algun religioso para doctrinas ò administracion de

(a) *Synod. de Areq. lib. 2. tit. 1. cap. 3.*

Digitized by Google

de ſacramentos, ò remover al que eſtuvieſſe proveido, dieſſen de ello noticia al Virrei, Preſidente, Audiencia, ò Governador, que tuvieſſen la ſuperior governacion de la provincia, y al Prelado, y no removieſſen al que eſtuvieſſe proveido haſtaque huvieſſen pueſto otro en ſu lugar, guardando el orden referido. Y con viſta de ello ſe advirtio al dicho Arzobiſpo en cedula de Julio del miſmo ano 670., que la noticia que (conforme à la que va citada de 1. de Junio de 1574.) debian dar los Provinciales, que hacian la remocion de los religioſos, ſe havia de entender ſolo del hecho de haverlos removido, pero no de las cauſas que havin tenido para hacer la remocion, porque de eſtas ſolamente debian darla al Virrei conforme à lo diſpueſto en la cedula referida de 30. de Julio del 1653. = Y ultimamente el Conde de Lemus, ſciendo mi Virrei en las provincias del Perú, diocuenta en carta de 30. de Diciembre de 1671., de que la Religinn de Santo Domingo ſe havia quejado de que el Preſidente de Quito no permitia, que los prelados nombraſſen miſſioneros en interin por quatro meſes, y ſe eſcuſaba de dar preſentacion à los que propònian, ſino daban las cauſas, que tenian para remover à los que eſtaban ſirviendo, paraque mandaſſe lo que fueſſe de mi ſervicio. Y con eſta occaſion ſe acordó por los de mi Conſejo de las Indias en 7. de Agoſto de 1673., que en quanto à uno y otro punto ſe obſervaſſe lo que eſtaba diſpueſto en la cedula de 30. de Julio de 1653., y lo que ſe ordenaba para las provincias de la Nueva Eſpaña en cedula de 4. de Julio de 1670. que queda citada, y que ſe reſpondieſſe al Virrei, que el Preſidente de la Audiencia de Quito executó lo que debía, y eſtaba diſpueſto en uno y otro punto, y que aſſi lo debia el executar indiſpenſable y puntualmente: teniendo entendido que eſte reconocimiento de las cauſas que havia de tener en la cuenta que le dieſſen los prelados regulares, no havia de ſer judicial, ſino economico y gubernativo, que no inducia juriſdicion con perſonas religioſas, nicuras. Y que aſſimiſmo ſe le dijeſſe, que ſegun el Concilio Tridentino recaîa la juriſdicion y derecho de nombrar parrocos aun en las vacantes de curas regulares en los Obiſpos. Y ahora el Obiſpo de la Igleſia Cathedral del Cuzco en un capitulo de carta de 11. de Marzo de 1676. en que trata de las doctrinas, que eſtan à cargo de los regulares, refiere que en vacando la doctrina por muerte ò reſignacion que hacen al Provincial de aquella Religion, à quien toca el curato, pone un ſubſtituto haſta que ſe provea en propriedad, y adminiſtre los ſacramentos como el proprietario ſin aprobacion ni colacion del Obiſpo. Y aunque lo havia repreſentado varias veces, aſſi al Acuerdo de mi Audiencia de la Ciudad de los Reies, como à los religioſos no ſe havia pueſto remedio, ſiguiendoſe tan grave daño de que ſe ponga en queſtion, ſi los matrimonios que hacen ſon validos ò no. = Y haviendoſe todo viſto en mi Conſejo de las Indias, con lo que mi Fiſcal dijo y pidio en el, he tenido por bien ordenar y mandar (como por la preſente ordéno y mándo), que ſe guarde y obſerve generalmente la providencia que eſta dada por el decreto proveido por el dicho mi Conſejo el año de 1637., y cedula deſpachada para ſu

cum-

Digitized by Google

cumplimiento en 8. de Agosto del mismo año, en quanto à que los Provinciales y Superiores no puedan nombrar interinos por quatro meses para las doctrinas. Y assimismo lo dispuesto por la cedula de 30. de Julio de 1653. à cerca de que en el caso de remover los doctrineros, ò hacer estos dejacion de las doctrinas, al mismo tiempo que el Provincial ò Superior lo avise al Virrei, Presidente, ò Governador embie proposiciones de tres sugetos, y que en el entretanto que se despacha titulo à los nuevamente propuestos, sirva y exerza la doctrina el que se trata de remover. Y mando à mis Virreies, Presidentes, y Governadores de todas y quales quiera partes de mis Indias occidentales, à quien toca la execucion de mi Patronato Real; y ruego y encargo à los Arzobispos y Obispos de ellas, que cada uno en lo que le tocare, guarden y cumplan, hagan guardar y cumplir esta mi cedula, y lo en ella contenido precisa y puntualmente... y que den noticia à todos los prelados de las religiones, paraque la observen. Fecha en Madrid en 21. de Dic. de 1678. =

Tribus post hanc datam annis, scilicet anno 1681. prodiit è typis Indiarum Recopilatio, in qua (a) habetur: *Aunque* por cedula de 4. de Julio de 1670. se mandó que la noticia que se ha de dar al Diocesano, se ha de entender solamente del hecho de haver removido al religioso doctrinero, pero no de las causas que han tenido los Provinciales, para hacer dicha remocion, porque de estas solo la deben dar al Virrei, Presidente, ò Governador. Sin embargo de lo referido es nuestra voluntad, y mandamos, que con las dichas religiones se guarde lo dispuesto por la lei 38. de este libro (Esto es, que los Prelados den à los Virreies, y à las personas que governaren las causas que tuvieren para hacer qualquiera remocion, y el fundamento de ellas y que tambien los *Virreies* y Governadores las den à los Prelados, paraque ambos se *satisfagan*. Ubi decernitur, remotionis causas esse significandas per prælatum regularem Vice-patrono, & per hunc Episcopo ut utrique satisfiat, quin sit opus ut per prælatum regularem significentur immediate Diœcesano. Et sic utcumque conciliatur hæc lex cum præcedente schedula, & cum præsenti constitutione, qua decernitur, ut *neque superior* regularis compelli possit causas remotionis Episcopo, nec Episcopus superiori *significare*. Id quod etiam habetur in cit. Constitutione, cujus initium est *Firmandis* §. 11.

(IV) *Nequis assumi possit*. Synodus Guamangana anni 1672. (b) sic habet: *Ningun* Ecclesiastico clerigo o religioso reciba parroquia alguna, ni la administre sin colacion del Obispo, aunque este destituida y desamparada, con pena de excomunion maior. Es decision del Concilio Lateranense y del Limense, y determinacion textual *del Derecho* (c). Canon Limensis hic citatus est: *Nullus* posthac parochiam Indorum clericus absque Episcopi collatione suscipiat, vel administret. Qui aliter susceperint, etiamsi proprio rectore parochia destituta sit, anathemate feriantur. Idem a re-

(a) *Leg. 9. tit. 15. lib. 1. Recop. Ind.* (b) *Syn. de Guam. cap. 29. num. 3.*
(c) *C. Later. sub Leone X. Lim. Act. 4. cap. 16.* Cap. Religiosi. 1. Clem. De Privileg.

Digitized by Google

a regularibus *observetur*. Addebatur hîc in Concilio: Regulares præterquam Ordinarii licentia non posse curam agere, & matrimonia esse invalida nisi privilegio fulcirentur: quod nullum esse judicabant Episcopi. Hoc additum sustulit Sacra Congregatio, ut refert Acosta ad Senatus Indici Præsidem, quia noluit de privilegio regularium quidquam in hac parte definire. Nolendi causæ sunt eædem propter quas Benedictus XIV. in præsenti constitutione refert, noluisse Sacram Congregationem anno 1722. quidquam definire circa instantiam Archiepiscopi Mexicani: quas cessasse jam testis est Judex ipse summus ibid.

ORDINATIO DXCVII.
Anno 1752. 3. Maji.

LEcto memoriali quo Procurator Generalis Soc. Jesu postulabat renovationem facultatis extraordinariæ in forma Brevis, quæ ab anno 1734. à Clemente XII. prorogata fuerat ad annos viginti, EE. PP. dixerunt *pro gratia*, dempta tamen clausula, si Sanctissimo placuisset quæ sequitur: *Et insuper* locorum Ordinarii, ut de presbyterorum eorumdem tanquam adjutorum & assessorum suorum in locis præfatis... consilio & cum illis etiam in judiciali *foro*. Et postridie Sanctissimus annuit. Continetur in Constitutione infra referenda anno 1757. 27. Jan. Et clausula quidem suppressa, non tantum in Constitutione *Cum dudum*, cujus prorogatio tunc petebatur & concessa est, sed in Constitutione *Animarum saluti*, pari modo continebatur. Imo in prima post hoc tempus, quæ ultima fuit, prorogatione Constitutionis ejusdem *Animarum saluti*, quæ facultates concessas in illa alia *Cum dudum* unà complectebatur, non tantùm clausula memorata suppressa est, sed facultas tota quatenus ex præsenti ordinatione manet Ordinariorum propria privativè, ut vide infra Ordin. ult. anno 1766. 10. Sept. Decebat enim verò, ut facultatis Ordinariorum privativè propriæ, privativa foret ipsisinet impetrandi cura.

Eodem anno 1752. 12. Sept. Sacra Congregatio ad postulata quædam Ill. Argandoña Tucumanensis tunc Episcopi, deinde Charquensis Metropolitani, cum relationem statûs Ecclesiæ suæ transmitteret, & SS. Apostolorum Limina visitanda curaret, respondit pro Sanctissimo. Primum erat: *Ut quoties* voluero, fameque spirituali corporis & sanguinis Christi esuriero, bis in die sacrosanctum missæ sacrificium celebrare possim. R. Indulsit tibi, ut visitationis tempore binas missas celebrare possis. = Secundum: Ut altare quodcumque, in quo celebravero, sive fixum sive portatile, privilegiatum sit, ut quolibet sacro anima, cui illud applicem, è purgatorii pœnis eruatur. Idque beneficii indiscriminatim assequi animæ fidelium possint, sive missa sit de *requiem*, sive de feria, aut de sancto celebretur. R. Ut quotiescumque super altari, sive portatile, sive immobile fuerit, sacrificium offeres, missamque sive de *requiem*, sive de feria, sive de festo leges, animam... è purgatorii flammis eripere liceat. = Tertium. Pro monasteriorum Sanctæ Catharinæ Senensis, & Sanctæ Theresiæ monialium consolatione Vestram Beatitudinem rogo,

Digitized by Google

ut jubilæum Quadraginta Horarum quatriduo à diebus dictarum Sanctarum concedat, idque ad tempus à V. B. præfigendum. R. Plenariæ indulgentiæ thesaurum ad solatium monialium SS. Catharinæ & Theresiæ, earum festis recurrentibus, ad quatriduum duraturæ, à festo die computandum concedit. Et hoc quidem non tam pro monialibus, quam pro populo ad sacras illarum ædes confluente, dum eucharisticus panis publicæ adorationi patebit. Ea tamen lege, ut quicumque voluerint hujus indulgentiæ plenitudinem lucrari, verè pœnitentes peccata confiteantur, & eucharistico cibo reficiantur. = Quartum: Plenissimum etiam jubilæum Vestra Sanctitas non gravetur pro die consecrationis templi cathedralis proximè consummandæ. Idque in perpetuum pro octava consecrationis quotannis recurrente, ut hoc lucro fideles fruantur, & ad frequentandam ecclesiam cathedralem magis alliciantur. R. Plenariæ pariter indulgentiæ donum, ubi cathedralis ecclesiæ solemnis dedicatio habebitur, vel à te, vel à quocumque tibi succedente, sed ad eam diem dumtaxat, qua dedicatio fiet, & ea conditione, ut exomologesis & sacræ synaxis, uti supra, sacramenta perceperint, qui de illa gaudere cupient. Recurrente vero anniversaria futuris temporibus die, septem annos solummodò & totidem quadragenas de vera indulgentia concedit. = Quintum: Annue, Beatissimè Pater; ut sex ad minimum sive corpora, sive reliquiæ insignes sanctorum mihi transmittantur: quod donum comitetur particula ligni crucis nostræ redemptionis. Quodsi vel minutissima particula ex ossibus BB. Petri & Pauli adjungeretur, opportunissima huic Ecclesiæ Tucumanensi adveniret, quæ eosdem veluti patronos singulares colit, ipsorum honori olim dicata. Etiam opto, B. P., ut pro feria sexta majoris hebdomadæ, festo Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis, quibus particula à V. B. mittenda exponatur venerationi, aliquæ indulgentiæ concedantur. Ac tandem, ut pro reliquiarum mittendarum cultu possint sacerdotes & moniales officium duplex & missam respectivè celebrare diebus ab Ordinario assignandis, licet in Martyrologio Romano Sancti non sint descripti, nec constet de identitate corporum seu reliquiarum cum illis, qui in eodem Martyrologio continentur. R. Rerum tuarum gestori significavimus, Pontifice sic jubente, ut supplicem libellum daret, quo juberetur postmodum major Pontificis sacellarius sanctarum reliquiarum munera tibi tradere, sanctæ crucis etiam particulam: cui publicæ venerationi in templo propositæ plenariam indulgentiam applicuit diebus Exaltationis, Inventionisque crucis eadem lege confessionis & communionis. Feria verò sexta majoris hebdomadæ, annos duntaxat septem & totidem quadragenas. Ex exemplari romanis typis edito.

ORDINATIO DXCVIII.
Anno 1753. 20. Febr.

Declaratur ad Regem Catholicum pertinere ad beneficia in regnis Granatensi (I) & Indiarum vacantia nominare, & Regiam Coronam in pacifica nominandi possessione (II) permanere debere. Est pars

Con-

Concordati à Benedicto XIV. & Ferdinando VI. celebrati super controversiis circa nominationes ad beneficia residentialia & simplicia Hispaniarum.

ADNOTATIONES.

(I) *Granatensi.* In regno Granatensi, inquit Murillo (*a*) pertinent ad regium patronatum omnes canonicatus & dignitates, & omnia beneficia tam curata quam simplicia. Idemque jus obtinet in his Indiarum regnis ex tit. *6.* lib. 1. Recop. Ind. Vide supra Ord. 22.

(II) *In pacifica possessione.* Nihil hic habetur, neque in constitutione Julii Secundi, de qua suo loco circa possessionem dicendi jus in causis regii patronatus, nisi quatenus in hoc Concordato exprimitur: *Salvas* siempre las prerogativas, que competen à la Corona en consequencia de la Real *Proteccion*. De illa sic scribit D. Petrus Hontalba (*b*) & Arce: *Fundase* segun unos en que es regalia, segun otros en costumbre immemorial, otros por privilegio comprehendido en la concession del patronato, y por el que se expressa en una Bula de Gregorio XIII. à favor del Señor Phelipe Segundo, paraque *Los de su* Consejo y Camera conozcan, como antes lo hacian y les pertenecia à los Ordinarios, de todas las causas y litigios que pudiessen occurrir cerca de las presentaciones, y derechos del Real *Patronato*. De que testifica el Secretario del archivo de Simancas con la expression de haverla remitido al Consejo el año de 1723. de su orden, y no haverse restituido à aquel archivo. Y la Secretaria del Real Patronato governada por el assiento, que se halla en ella de una Real Cedula de 14. de Junio de 1689., en la qual se hace supuesto de dicha Bula, y del referido su contexto... Aunque es verdad, que buscada en los archivos de la Curia Romana, mediante la autoridad del Cardenal Bentivoglio, no ha parecido, como ni la de Leon X., ni la de Sixto IV. de 1474. pertenecientes al *Patronato*.

ORDINATIO DXCIX.
Anno 1753. 2. Mart.

UT superiores (I) cujuscumque missionis Societatis Jesu Philippinarum, Mexicanæ provinciæ, Peruensis, Chilensis, Paraquariæ, & Novi Regni, sicut & Quitensium, quibus antea concessum erat, non solum prout in præsenti sunt, sed prout ex mutua concordia & permutatione inter Hispaniarum & Portugalliæ Reges facta vel facienda pertinebunt, & eorumdem superioritatis muneribus durantibus, cum ad visitandas ejusmodi missiones (II) accesserint, possint sacramentum (III) confirmationis, chrismate etiam antiquo, si novum haberi non possit, per catholicum An-

(a) *Murillo, in tit. De Elect. num. 132., Ex Bobadilla lib. 2. Pol. cap. 18.*

(b) *Hontalba, Dictamen en just. sobre la jur. para el conoc. de los negoc. pertenec. al R. Patron. §. V.*

Digitized by Google

Antiſtitem benedicto fidelibus (IV) cujuſcumque miſſionis juxta Ritualis Romani ritum conferre & adminiſtrare. Ea lege, ut in iis provinciis miſſionum quæ in diſtrictu diœceſium habentur, & ſub juriſdictione Antiſtitum (V), ab eo Antiſtite, ſub cujus juriſdictione miſſio continetur, licentia ſemel quoad ipſe vixerit, petatur; hoc autem defuncto ab ejuſdem ſucceſſore pari etiam modo petatur (VI), gratis ſemper concedenda. = In iis verò miſſionum provinciis, quæ nullius Antiſtitis juriſdictioni ſubjectæ (VII) ipſis dumtaxat Societatis miſſionariis à Sede Apoſtolica creditæ ſunt, antedicta licentia minimè neceſſaria eſt, niſi fortè aliquando contingeret, in eiſdem provinciis vel reſidentiales Antiſtites, vel Apoſtolicos Vicarios epiſcopali charactere & authoritate inſignitos à Sede Apoſtolica deputari, a quibus cum illuc accedere non valeant, licentia antedictâ pari modo peti & concedi debet. = Si Superior legitimè impeditus ſit, quo minus viſitationis munus explere valeat, conceditur ut unum vel plures miſſionarios deputet, à quibus confirmatio adminiſtretur. = Et in articulo vel evidenti periculo mortis conſtituto conferendi idem ſacramentum facultas cuilibet miſſionario ſacerdoti conceditur. = Præterea cuilibet miſſionario vice parochi fungenti conceditur, ut cum Indis diſpenſare poſſit in tribus proclamationibus ante matrimonium contrahendum fieri ſolitis dummodo ea intercesserint momenta (VIII) propter quæ diſpenſatio ejuſmodi prudenter tamen adhibenda neceſſariò concedi poſſe judicatur. = Inſuper indulgetur omnibus prædictarum provinciarum ſacerdotibus, & obligatis ad Horas, ut feſtum Præſentationis B. M. Virginis ritu duplici 2. claſſis cum octava tam quoad Horas, quam quoad miſſam celebrare poſſent. Ex authentico romanis typis edito, & Regii Senatus Indici conſulto in executionem permiſſo.

ADNOTATIONES.

(I) *Superiores cujuſcumque miſſionis*. Quamvis nomine ſuperiorum, abſolutè adhibito, in Societate non comprehenderentur ſuperiores miſſionum aut reſidentiarum, ut expreſſum eſt in ejus privilegiorum Compendii communis & Indici Procœmio; ſecus eſt quando *ſuperiores miſſionis*, ut hic nominantur. Unde hujus privilegii compotes erant tam ii qui à Præpoſito Generali, quam ii qui à Provinciali deputabantur, dummodo ſuperiores eſſent cum jure viſitandi. Unde & rectores collegiorum, ut Tarixenſis in Paraquaria, cui cum dependentia ſuberat miſſio Chiriguana, & illius erat prædicto modo ſuperior, cum ad viſitandum accederent, confirmare poſſent: non tamen doctrinarii omni juriſdictione præterquam fori interni parochorum propria deſtituti, niſi quatenus illud conceditur impeditis ſuperioribus, vel in articulo mortis.

(II) *Ad viſitandas*. Hinc patet contra opinionem cujuſdam illarum partium prælati, miſſiones accipi pro Indorum oppidis, et jam conſtitutis & antiquis doctrinis & reductionibus, nec tantum pro miſſionibus vivis & deambulatoriis excurſionibus; nam ad viſitandas excurſiones quis accedit?

(III)

Digitized by Google

(m) *Possint*. In novis publicis illius temporis (*a*) vulgatum est, eandem conferendi sacramentum confirmationis potestatem, quæ Jesuitis, esse factam missionariis Dominicanis & Capuccinis. Quod si verum est, fortunatior sit noster hic labor, dum pro Jesuitis cassus aliorum usui deservire potest. Illa certè potestas facta fuit olim Franciscanis à Leone X. sive indefinitè, sive ad certas personas limitata. Sed Fr. Joannes de Torquemada (*b*) ait: *Solo* un sacerdote hemos sabido que huviesse administrado el sacramento de la confirmacion en esta nueva Iglesia, usando de las concessiones de los Summos Pontifices. Este fue el P. Fr. Toribio *Motolinia*.

An vero hæc potestas ob privilegiorum communicationem competat Ordinibus non expressis, dubium est in quo videtur negandum ex eo quod habet Cardinalis Petra (*c*), confirmationis administrationem non venire in concessione generali; nam eadem ratione suaderi videtur, nec venire in generali communicatione, quia communicatio concessio quædam est. Et P. Avendaño (*d*) plures percurrit pontificias concessiones, ex quibus negat, posse missionarios confirmationis sacramentum administrare, quantumvis aliqua generalis sit, & indefinita.

De Adriani Omnimoda, quæ nulla est generalior, etiam negat; tum quia in generali concessione non comprehenduntur ad potestatem ordinis pertinentia; tum quia Adrianus eam facultatem concedi posse negavit in opere theologico ante pontificatum edito. Quæ ratio minoris est, nam etiam fertur (*e*) dictasse in scholis Pontificis fallibilitatem in definiendis factis etiam dogmaticis; & tamen non crediderim eam sententiam tenuisse jam Pontificem, aut Pontifici esse tribuendam, quamvis opera ejus theologica recusa sint cum jam sederet.

Leonis X. concessionem negat Avendaño prodesse ob caducitatem. *Et ita* (addit) concessionem hanc fuisse personalem notavit Fr. Emmanuel *Rodericius QQ. Regular. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 3., utpote duobus tantùm factam. Quod autem etiam illis viventibus non potuerit esse communis, ostendunt ea quæ habet idem Emmanuel *Quæst.* 55. *art.* 18. *fine*, non obstante concessione Julii Secundi, & ipsius Leonis X. & hujus declaratione videnda apud illum *loc. cit.* §. *Circa quam*. Hucusque Avendaño, quem reprehendit Lossada addens (*f*): *El P. Rodriguez* dice lo contrario de lo que se le *imputa*.

Sed Rodericio duo sunt quæ imputantur. 1. Quod personalem esse notaverit Leonis X. concessionem quippe factam duobus religiosis. 2. Quod juxta illius sententiam non potuerit esse communis concessio etiam viventibus illis quibus facta est. Verba Rodericii loco primo citato sunt: *Et hoc quidem* (omnia sacramenta infidelibus & noviter conversis ministrare) *concesserat Leo X. duobus Fratribus*. Et loco secundo citato ait: *Ex quo* in-

(a) *Mercur. de Madrid. Septiembre* 1752. *V.* Roma. (b) *Torquem. Monarq. Ind. l.* 16. *cap.* 15. (c) *Petra, ad C.* 2. *Bened. XI. n.* 16. (d) *Avend. tit.* 12. *Thes. Ind. à num.* 208. (e) *Abbreg. Chronol. de l'Hist. Ecc. an.* 1522. (f) *Lossada, Chronol. Privil. Ind. P.* 1. §. *un.*

Digitized by Google

infertur ſecundum declarationem Leonis X. minimè hujuſmodi privilegia conceſſa particularibus religioſis aliis omnibus fieri communia. Et certè ſi contrarium diceretur, tota religionum obſervantia funditus *everteretur*. Subditque alia his & imputatis ab Avendaño non contraria.

(IV) *Uniuſcujuſque miſſionis*. In conſtitutionis exordio, ſive in ſupplicationis expoſitione ſermo fit de miſſionibus, *quas Antiſtites nunquam viſitarunt aut raro*. Cujus quidem generis complures erant in omnibus nominatis provinciis. Sed raritas illa quanta debet eſſe? Nam fuit Prælatus qui exiſtimaret, quinquies vel ſexies à ſæculo & ante ſæculum viſitatas, viſitatas eſſe non raro, & hinc vitium ſubreptionis in ſupplicationem & gratiam præſentem derivaret. Certè Tridentinum viſitationes Epiſcoporum indicit (a) per ſingulos annos, vel per biennia ſaltem. Ut minimum unoquoque triennio inviſant & perluſtrent, dicitur in Concilio Narbonenſi (b) anni 1551. Et raro dici poteſt viſitata diœceſis vel miſſio poſt decennium viſitari ſolita; nam raro fit quod cum aſſiduo fieri oporteat, ad tempus longævum, quale in Jure eſt decennium, differtur. Obreptionis autem vel ſubreptionis imputatio fundamento caret, quamvis miſſiones multæ aſſiduè viſitatæ eſſent, ſi aliquæ viſitatæ ſint nunquam *vel raro*, pro quibus tantum petita eſt facultas. Nec eſt quod malè habeat Prælatos conceſſio, cujus, dum petatur, uſum proximè viſitaturi negare poſſunt.

(V) *Ab eo Antiſtite*. Dubitatum fuit, an ſufficeret, licentiam ab Antiſtite concedendam peti & concedi à Capitulo ſede vacante. Et pars affirmativa ſuaderi poteſt doctrina, quam Diana tradit (c) dicens: *Quamvis* juriſdictio perpetuò annexa dignitati cenſeatur ordinaria, quando ſimpliciter conceditur à Pontifice ſive à Canone.... ſecus quando conceditur cum addito *Tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato*. Et ibid. reſol. 8. ex Fagundez inquit: *Quamvis* ea quæ jure ſpeciali competunt Epiſcopis, non tranſeant ad Capitulum... id intelligendum eſt de iis, que Epiſcopis competunt ex jure ſpeciali delegato, non de iis quæ jure ſpeciali ordinario. Eæ autem facultates conceduntur jure ſpeciali ordinario, quæ conceduntur illis ratione officii & dignitatis, *non perſonæ*.

Conſonat Barboſa (d), cujus doctrina eſt: *Caſu* quo aliquid juriſdictionis committatur in perpetuum muneri epiſcopali ex delegatione Sedis Apoſtolicæ, ut ex officio deinceps competat Epiſcopis, Capitulum ſuccedit in hac juriſdictione, niſi aliud colligatur ex mente concedentis. Sicque poterit in ſpiritualibus viſitare moniales *exemptas*. Confirmatur ex doctrina communi Canoniſtarum in tit. *Ne ſede vacante aliquid innovetur*, poſſe ſcilicet Capitulum ſede vacante concedere Epiſcopo extraneo facultatem adminiſtrandi ſacramentum confirmationis & obeundi pontificalia, nam licèt horum adminiſtratio vel executio ſit actus ordinis, conceſſio facultatis hæc agendi eſt actus juriſdictionis. Poterit igitur pari ratione Capi-

(a) *Trid. ſ. 24. cap. 3.* (b) *C. Narbon. cap. 19.* (c) *Diana, P. 8. tr. 4. R. 14.*
(d) *Barb. l. 1. Jur. Eccl. c. 32. Ex Molina De juſt. tr. 5. d. 11.*

Capitulum concedere licentiam privilegiato, ſicut poteſt alieno Epiſcopo. Sed petenda rurſus ſede plena, ut hac conſtitutione præſcribitur.

Dubitatum etiam fuit, an requiſitam licentiam poſſet concedere Proviſor & Vicarius Generalis ſede plena. Nempe ſic res habuit: Cum primum in Paraguaim allata eſt præſens facultas, Epiſcopus erat Ill. Oblitas, ſed longiſſimè abſens in civitate Cuzco, unde nunquam Paraquariam cogitavit. Licentia in quæſtione petita, & bona fide conceſſa eſt à Proviſore. An canonice? Et Epiſcopus quidem ſucceſſor confirmationes ex privilegio & ea licentia factas tantum non iteravit.

P. Azor (*a*) facultatem adminiſtrandi ſacramentum confirmationis iis annumerat quæ ſpeciali mandato indigent, ut Vicario communicatæ intelligantur. Facitque doctrina Canoniſtarum apud P. Hut (*b*), juxta quam juriſdictio voluntaria, gratioſa, & liberalis eſt una de indigentibus ſpeciale mandatum. Sed cum excipiunt & limitant, *Niſi Epiſcopus agat in remotis*, poterit Proviſor longe agente Epiſcopo, non poterit præſente, licentiam concedere.

Benedictus XIV. (*c*) ait: *Hæc quippe* (chriſma conficere, ſacramentum confirmationis conferre, eccleſias & altaria conſecrare, aut pollutis ſanctitatem priſtinam reſtituere, aliaque hujus generis) Vicarius Generalis, etſi epiſcopali charactere ſit inſignitus, peragere non poteſt ſine ſpeciali Epiſcopi Diœceſani conſenſu, cum non in iſtis, ſed in juriſdictionis tantùm exercitio illius vices gerat: quod benè obſervat Sbroz... Ob quam rationem nec ea peragendi poterit alteri Epiſcopo facultatem *impertiri*. Pro quo citat Rebuſum (*d*), & Barboſam (*e*).

Hæc tamen non obſtant dictis de Capitulo ſede vacante, & de Vicario Epiſcopi in remotiſſimis agentis. Sed & rationis extenſio ad hoc ut non poſſit alteri Epiſcopo facultas communicari, videtur infirma, nam licèt ordinis ſit functiones ordinis exercere, ſed ad hoc concedere facultatem eſt juriſdictionis. Sic Sacerdotem ordinare eſt ordinis epiſcopalis proprium; ſed dimiſſorias concedere ut ordinetur, etiam fit à non Epiſcopo qui ſuperior ſit.

Reſtat dubium de Capituli ſede vacante Vicario, an ſuppoſito quod Capitulum poſſit eam facultatem concedere, poſſit & ipſe ſola ſui deputatione in Vicarium. De quo laudatus Pontifex (*f*) ait: *Quoniam* Vicarius Capituli Vicario Generali Epiſcopi quodammodo comparatur, meritò dubitant doctores, an ille ſola ſui muneris commiſſione poſſit ea expedire, ad quæ perficienda Vicario Generali opus eſt ſpeciali mandato. Negat Barboſa (*g*). Sed Gutierrez (*h*), Garcia (*i*) Molina (*k*), aliique plurimi ſententiam affirmativam tuentur, validiſque rationibus ſuſtentant. Tridentinum enim, inquiunt, voluit Vicarium à Capitulo eligi ad evi-

(a) *Azor, lib. 3. Inſt. Partis 2. cap. 46.* (b) *Hut lib. 1. art. 28. q. 3.*
(c) *B. XIV. De Syn. Diœc. l. 2 c. 8. n. 2.* (d) *Rebuf. tit. De Vicar. num. 181.*
(e) *Barboſ. De Pot. Ep. Alleg. 54. n. 83.* (f) *B. XIV. loc. cit. l. 2. c. 9. n. 3.*
(g) *Barboſ. c. 42. De Canonic. n. 103.* (h) *Gutierrez, l. 1. Can. Quæſt. c. 12. n. 10.*
(i) *Garcia, De Benef. P. 5. c. 7. n. 28.* (k) *Molina, tr. 5. De Juſt. d. 21. num. 5.*

Digitized by Google

evitandas Capitularium discordias, ad causas celerius expediendas, & multa præcavenda incommoda, quæ experientia docente obvenirent, si episcopalis jurisdictionis actualis administratio penes universum Capitulum resideret. Hæc autem incommoda non minus sequerentur, si constituto Vicario Capitulari, adhuc Capitulum sibi suoque judicio reservaret, quæ aliàs indigent speciali mandato.

(VI) *Gratis semper concedenda*. Sive ut infra dicitur: *Pari modo peti & concedi debet*. Igitur non sufficit licentia petita & negata, præsertim si negaretur, quia Episcopus de proximo cogitat visitare. Quodsi id non cogitet, credi non potest negatum ire licentiam, quæ sicut peti, etiam concedi debet; ut verba constitutionis habent.

(VII) *Nullius Antistitis jurisdictioni subjectæ*. Circa limites jurisdictionis episcopalis in Indiis Hispaniensibus prodiit lex sequens, ex qua videri possit, nullas aut fere nullas missiones esse nullius Antistitis jurisdictioni subjectas (*a*): *Los limites* señalados à cada uno de los Obispados de nuestras Indias son quince leguas de termino en contorno por todas partes, que comiencen à contarse en cada obispado desde el pueblo donde estuviere la catedral, y la demas tierra que media de un obispado á otro, se parte por medio, y cada uno tiene su mitad por cercanía: y hecha la particion en esta forma, entran con la cabezera que cupiere à cada uno sus sugetos, aunque esten en limites de otro obispado. Rogamos y encargamos à los prelados de nuestras Indias, que guarden sus limites señalados que hoi tienen, sin hacer novedad. Y en quanto à las nuevas divisiones y limites se execúte lo suso dicho, donde nos no proveiéremos *otra cosa*. Quæ lex à Rege Catholico pro potestate à Sede Apostolica facta, de qua Ord. 69., cum immotos relinquat episcopatuum fines ante sui promulgationem constitutos, & lata sit anno 1553., recopilata anno 1681., multa relinquit Americæ loca nullius Antistitis jurisdictioni subjecta. Multa etiam post legis promulgationem manent sub nulla diœcesi ad extrema ditionis hispanicæ, præsertim qua vergit ad utrumque polum.

De finibus Episcopatus Tucumanensis, ubi susceptum hoc opus est, ait Ill. Argandona Epistola ad Sanctissimum, de qua supra Ord. 597.: *Diœcesis* hæc latissimè patet à septentrione ad austrum per quadringentas leucas præter propter. Platensis Archiepiscopatus diœcesi adjacet quà vergit ad septentrionem; sed quà ad orientem, Episcopatus Bonaerensis seu Fluminis Argentei, & occidentem versus Diœcesis Jacobopolitana seu Chilensis, quin ad austrum certi limites *agnoscantur*. Certos præter propter ad austrum habebit Tucumanica Diœcesis fines, si à termino septentrionali satis noto quadringentæ numerantur ad austrum leucæ, ut supra dicitur. Sed licet notus sit terminus ad septentrionem, quà Platensi territorio jungitur, ignotus est prorsus quà respicit Episcopatum Sanctæ Crucis & conterminum Paraquariensem, qui ante citatam legem erectus incertos pariter habet fines.

(VIII)

(a) *L. 3. t. 7. lib. 1. Recop. Ind.*

Digitized by Google

(VIII) *Ea intercesserint momenta*. Ea scilicet quæ sufficientia reputant authores, ut Ordinarii dispensent juxta facultatem (a) à Tridentino concessam. Facta verò dispensatione sine recursu ad curiam episcopalem procedi posset ad matrimonii celebrationem juxta facultatem concessam parochis Indiarum relatam in regia schedula, de qua supra Ord. 356., cujus executio decreta est à Senatu Indico, & ab Auditorio Platensi per regiam provisionem in causa civitatis Neo-Cordubensis intimata.

ORDINATIO DC.
Anno 1757. 27. Jan.

CUm Cardinalis Portocarrero (I) nomine Ferdinandi VI. Regis Catholici exposuisset, obortis quibusdam dubiis circa facultatem concedendi dispensationes matrimoniales, quo Societatis Jesu missionarii per Indias orientales & occidentales gaudere dicuntur, & circa hujusmodi facultatis usum & exercitium, ad removendas dissensiones inter eosdem & locorum Ordinarios, sedandosque conscientiarum & animorum motus, apostolicam definitionem exoptari, statim materiæ discussionem demandavit Benedictus XIV. Congregationi Inquisitionis, cujus sequentes resolutiones confirmavit. = Primo dubio (II), quo quærebatur, an facultates missionariis Indiarum S. J. concessæ ad ea protendantur loca, in quibus non alii reperiuntur infideles, quam qui aliunde venerunt, Christique fidem amplexi sunt; affirmativum redditur responsum, ad formam tamen concessionum. = Secundo, an comprehendant dispensationes super impedimentis publicis pro foro exteriori, tam ante quam post contractum matrimonium; affirmativè ad formam pariter concessionum. = Tertio, an missionarii facultatibus uti possint in locis, in quibus diœcesani Episcopi similes habent facultates. Respondetur, posse pro foro externo in locis in quibus non existunt Ordinarii similibus facultatibus instructi, vel absunt ultra duas dietas non minus (III) bis-centum-millibus passuum juxta id quod in brevibus & constitutionibus apostolicis cautum reperitur. = Quarto, quo definiendum proponitur, num in casibus, in quibus in judiciali foro dispensare possunt missionarii, hoc ipsis liceat sine prævia informatione coram Notario & Vicario loci capta ad comprobandam dispensationis causam, & impedimenti qualitatem, vel sufficere dicenda sit verbalis & extra judicialis informatio. Responsum est, nihil innovandum: & quoniam superioribus temporibus visa est sufficiens certitudo moralis, tum causæ, tum impedimenti, quantumvis judicialibus monumentis non innixa, satius esse ut eadem methodus in futurum observetur. = Ad quintum dubium respiciens convalidationem matrimoniorum, de qua quærebatur ex hypothesi eorum nullitatis desumptæ ex defectu facultatis in iis qui concesserant dispensationem ad ea matrimonia ineunda, cum ex data ad Primum responsione deprehendere licuerit, hujusmodi positionem seu

(a) *Trid. s. 24. cap. 1. De Ref. Matr.*

Digitized by Google

seu hypothesim non subsistere, nullus relinquitur responsioni locus. = Hæ responsiones datæ sunt in Congregatione Sanctæ Inquisitionis coram Sanctissimo, qui & illas approbavit, confirmavitque, præcipiens ut in posterum non concedatur confirmatio nisi præmissa adnotatione temporis, quo indultum antea concessum erat. = In eadem constitutione dicitur: Ad rectum usum facultatum dispensandi juvabit adnotasse, facultatem dispensandi in foro conscientiæ (IV) perpetuò concessam esse. = Ibidem admonentur missionarii, ne redigant ad extrema vicennii momenta cogitationem & curam petendæ confirmationis seu prorogationis, ne periculum subeant vel nullitatis actuum siquid efficiant post elapsum facultatum terminum, vel fraudandi pauperes Christi fideles opportunis malorum remediis, quatenus eò deveniant ut hujusmodi facultatibus uti non valeant. Enumerantur tandem documenta, quibus datæ responsiones innituntur, scilicet constitutio *Animarum saluti*, constitutio *Cum dudum*, constitutio *Alias*, quas vide supra sub Clemente XI., Benedicto XIII., Clemente XII. Præsentis initium est *Cum Venerabilis*. Extatque tom. IV. Bullar. Benedicti XIV. Const. 66. pag. 514.

ADNOTATIONES.

(I) *Nomine Regis*. Hinc rursus patet, facultates hasce vicennales neque impetratas, neque in usum deductas clam Rege, aut sine ejus permissu; quandoquidem eo connitente per dubiorum explicationem usui aptatæ sunt. Vide Ord. 449.

(II) *Primo dubio*. Igitur & in Peruvio & in Nova Hispania utilis erat concessio, quantum est ex præsenti capite; nam eo etiam conveniunt infideles, vel Indi, vel Afri, nati vel asportati, & in majori ætate ad fidem conversi. Unde & corrigenda venit Avendañi sententia supra Ord. 522. Adnot. 4., & dubium resolvendum de quo ibid.

(III) *Non minus bis-centum-millibus*. Hæc verba desiderabantur in novo Compendio Privilegiorum Societatis (a), ubi refertur extensio facultatis dispensandi cum neophytis dum Episcopi distent ultra duas dietas seu milliaria quadraginta.

(IV) *In foro conscientiæ perpetuo*. Id Pius IV., id Paulus V. expresserat. Sed Inquisitionis declaratione supra relata anno 1701. 29. April. dub. 4. creditum est, revocatam esse perpetuitatem etiam quoad conscientiæ forum. Ex præsenti constitutione tamen, in qua declarationis illius habita est ratio, palam fit, perpetuitatem negatam Piani Brevis facultatibus, quæ pro foro externo sunt.

OR-

(a) *T. I. Inst. Ed.* 1757. *V.* Matrimonium. *§. V. pag.* 320.

Digitized by Google

ORDINATIO DCI.
Anno 1757. 2. Jun.

B. Virginem Mariam, quæ neophyto cuidam Mexicano apparuisse fertur anno 1531., quamque Archiepiscopus & illarum partium Episcopi omnium ordinum consensione in primariam deinceps elegerunt Novæ Hispaniæ patronam, authoritate apostolica declaravit Benedictus XIV. ritè electam. Concessitque pro omnibus regnis & dominiis Regi Catholico subjectis, ut die ab Ordinario assignanda, excepta dominica, officium proprium & missa celebraretur. *Ex officii lection.* Titulus est B. Mariæ *de Guadalupe*. Qua nominatione colitur in Hispania B. Mariæ Virginis celebris imago alia, de qua Bolandiani Operis continuatores in Vita S. Gregorii Magni (*a*) sic scribunt: *Aliud* indicitur munificentiæ D. Gregorii Magni erga Hispanos monumentum, Imago sive Icon Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, quæ apud Guadalupem in Extremadura miraculis claret, quam asserunt S. Leandro cum commentariis in Jobum ad se missam accepisse. De qua potest legi Tamajus Salazar ad diem VIII. Septembris, qua Inventio hujus Iconis celebratur. Nos aliqua attigimus XIV. Januarii in Vita S. Fulgentii cap. 3. litt. 6., & XI. Martii inter Prætermissos pag. 53., ubi de Simone Rolando, Hispanis Simone Vela, Imaginis hujus repertore, *egimus*.

Ex his citationibus patet continuatorum error quidam, indigenis manifestus, quo Imago *de Guadalupe* cum Imagine *de Galla Rupe*, vulgo *Peña de Francia* confunditur, cum longe alia sit tempore & loco inventionis, & inventore, nec minus diversa quam Guadalupensis Mexicana à Guadalupensi de Extremadura.

ORDINATIO DCII.
Anno 1758. 1. April.

CArdinali de Saldaña provincia datur ut semel visitet & reformet res & personas Societatis in regnis & Indiis Portugalliæ Regi subjectis. Ex Brevi vulgato.

ORDINATIO DCIII.
Anno 1760. 10. Nov.

PAtronatus principalis Hispaniæ & Indiarum Regi Catholico subjectarum asseritur Immaculatæ Conceptioni B. M. V. absque præjudicio patronatus S. Jacobi cum ritu primæ classis & octava: concessa etiam indulgentia plenaria pro iis qui confessi & sacra communione refecti oraverint & visitaverint ecclesiam B. M. V. dicatam: & pro regularibus & monia-

(a) *Acta SS. XII. Mart. Vita S. Gregorii. Commentar. præv. §. 8.*

Digitized by Google

monialibus visitantibus suas ecclesias. Ex authentico à Rege Catholico misso pro executione, cum schedula data 16. April. 1761. De Indorum verò obligatione ad observantiam hujus festi, vide supra in simili Ord. 348. anno 1670. 11. Aug., quæ de patronatu est S. Rosæ.

ORDINATIO DCIV.
Anno 1761. 25. Jan.

PRo omnibus Hispaniæ & Indiarum regnis concessit Clemens XIII., ut in festo Immaculatæ Conceptionis celebrentur officia divina, ut in Ordine Minorum. Mentio fit in Directorio Officii Divini Hispalensis Ecclesiæ pro anno 1763. fine, ubi dicitur: *Para* todos los reinos de España y de las Indias concede, que todos los ecclesiasticos assi seculares como regulares, y exentos de uno y otro sexo, que estan obligados à rezar el officio divino, y celebrar el santo sacrificio de la missa, recen y celebren en el dia de la Purissima Concepcion y octava, el officio que reza y con que celebra el santo sacrificio de la missa la Religion de S. Francisco segun su breviario y missal.... Se advierte, como los sabados que se rezare el officio y missa de la Concepcion, sera el que reza dicha Orden de S. Francisco, segun esta señalado por los meses del año, por ser este el officio y missa de la Concepcion, que queda corriente para España y las Indias, no porque lo expresse la Bula; pero supuesto que esta admitido dicho officio y missa para su dia y octava, parece que se debe observar lo que antes tuvo esta facultad, que nos conformabamos los sabados que se rezaba este officio y missa con el officio y missa del dia y de la octava, segun esta en el breviario y missal de la Orden, y en la impression que para este fin se ha *becho*.

ORDINATIO DCV.
Anno 1763. 18. Jul.

IN specimen Bullarum seu litterarum, quæ de apostolica dimanant authoritate in dies pro instituendis Indiarum Episcopis, subdam ex authographo epitomen earum, quibus Ill. D. D. Didacus Salguero & Cabrera ex Decano Ecclesiæ Tucumanensis in Cathedram Arequipensem promotus recens est. = Prima. Præmisso, Ecclesiam de Arequipa, quæ de jure patronatus Regis Catholici est, ex privilegio Apostolico (I), cui non est hactenus derogatum (II), per translationem præexistentis prælati esse pastore destitutam, illi de persona laudati Didaci providet, illumque in Episcopum præficit, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ committit in spiritualibus & temporalibus Clemens XIII. Vult autem, ut antequam regimini se immisceat, in manu Decani vel Archidiaconi ejusdem Ecclesiæ, seu alterius eorum, fidei professionem juxta formam in Bulla introclusam emittere, & emissæ formam ad Sedem Apostolicam intra legitima tempora transmittere teneatur. Vult etiam ut in civitate de Arequipa montem pietatis erigere curet (III) conscientiam illius super hoc

one-

onerans. = Secunda: Ne si fortè aliquibus sententiis censuris & pœnis ligatus sit electus, provisio invalida reputari possit, illum absolvit ad effectum, ut provisio & litteræ apostolicæ validæ sint. = Tertia: Archiepiscopum Limanum hortatur & mandat, ut electum & ecclesiam suffraganeam suam in ampliandis & conservandis juribus favoris auxilio prosequatur. = Quarta: Regem Catholicum hortatur & rogat, ut in eosdem electum & ecclesiam præsidium impendat: = Quinta: Capitulo Ecclesiæ de Arequipa mandat, ut electo obedientiam & reverentiam debitas exhibeat. = Sexta: Clero civitatis & diœcesis mandat id ipsum. = Septima: Idem populo civitatis & diœcesis. = Octava: Et vasallorum universitati, ut fidelitatem & consueta servitia & jura persolvant. = Nona: Ut Decanus & Archidiaconus vel eorum alter ab electo professionem fidei recipere curet. = Decima: Ad supplicationem electi, ut à quocumque maluerit Catholico Antistite, accitis & in hoc sibi assistentibus (IV) duabus personis in dignitate ecclesiastica constitutis, munus consecrationis recipere valeat: recepto prius per eum fidelitatis juramento, juxta formam eisdem litteris adnotatam. Decernit tamen, quod si non recepto, munus præfatum recipere & impendere præsumpserint, à pontificalibus & administratione spirituali & temporali suspensi sint. Vult etiam ut formam juramenti præstiti per litteras quantocius ad se destinare procuret; quodque per hoc Archiepiscopo, cui jure metropolitico subest, nullum præjudicium paretur. Forma verò juramenti est: Ego N. ab hac hora in antea fidelis ero & obediens B. Petro... suisque successoribus canonicè intrantibus: non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut in eos... injuriæ aliquæ inferantur quovis quæsito colore: consilium verò quod mihi credituri sunt per se aut nuntios seu litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandetur. Papatum Romanum, & regalia S. Petri adjutor eis ero ad retinendum & defendendum contra quemvis hominem. Legatum Apostolicæ Sedis honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores & privilegia, & authoritatem Romanæ Ecclesiæ, D. N. Papæ, & successorum conservare... & promovere curabo... Regulas SS. Patrum, decreta... & mandata apostolica totis viribus observabo, & faciam ab aliis observari. Hæreticos, & schismaticos, rebellesque D. N. & successoribus pro posse persequar & impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apostolorum limina singulis decenniis visitabo personaliter, & Domino & successoribus præfatis rationem reddam de toto pastorali officio, de rebusque ad Ecclesiæ meæ statum, ad cleri & populi mei disciplinam pertinentibus... Quodsi legitimo impedimento detentus fuero præfata omnia adimplebo per nuntium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum... De hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S. R. E. Cardinalem Proponentem in Congregatione S. C. Tridentini per supradictum nuntium transmittendas. Possessiones verò ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo, nec aliquo modo alienabo, nec impignorabo, nec de novo infeudabo, etiam cum consensu Capituli, inconsulto Romano Pontifice

Digitized by Google

tifice (V), & constitutionem super prohibitione investiturarum bonorum jurisdictionalium de anno 1625. editam servabo. Et si ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam (VI) super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Evangelia. = D. Francisco Eduardo Panyagua del Consejo de S. M., su Secretario y Official maior de la Secretaria del Supremo Consejo y Camara de Indias por lo tocante al Perú = Certifico, que haviendose visto en la Camara con lo que dijo el Señor Fiscal las Bulas originales del Obispado de Arequipa expedidas à favor de N. acordó en 17. de Agosto (VII) se les diesse el passe en la forma regular, y paraque assi conste donde convenga, firmo la presente certificacion en Madrid à 6. de Sept. de 1763.

ADNOTATIONES.

(I) *Ex privilegio apostolico.* Nempe concesso a Julio Secundo 28. Jul. 1508., de quo supra Ord. 22. Hoc tamen non tollit, quin Regi Catholico etiam competat jus indici patronatus aliunde quam à privilegio, nempe ex dote ecclesiis collata, ex ædificatione & fundo juxta illud = Patronum faciunt dos, ædificatio fundus = ut legit Gonzalez Tellez *in tit. De Jure patronatus tom.* 3., vel ut habet Reiffenstuel. = Patronum faciunt jus, ædificatio, fundus, = (*a*). Nihil enim obstat, quominus titulo multiplici jus idem habeatur. Hinc dubitaverit quis, an patronatus Indiarum ex titulo laïcali sit laïcalis, an ecclesiasticus ex ecclesiastico, utroque titulo & laïcali, & ecclesiasticò concurrente.

Solorzanus (*b*) affirmat esse laïcalem, quia ecclesiæ dotatæ sunt ex bonis regalibus seu regalizatis, nempe ex decimis ab Alexandro VI. Regi consignatis, & quia pro laïcali pacifica possessione habitus est. Additque: *Y aunque* tuviera algo de mixto por haverlo por privilegio apostolico, pero la calidad laïcal atrae la ecclesiastica, quando interviene favor *de la Iglesia*. Et quoad ecclesias præsertim constitutas in regionibus ex infidelium manu ereptis antequam privilegium concederetur, facit quod tradit Magerus apud eumdem Solorzanum, cujus verba sunt: *Magero* tiene por cosa cierta y acostumbrada, que por sola adquisicion ò conversion de tierras infieles se adquiere entero derecho de *patronato*. Nam titulus ecclesiasticus in hoc casu accedens proexistenti laïcali, sive huic superveniens & accessorius, ejus naturam ut sequatur pronum est.

(II) *Cui non est hactenus derogatum.* Nam licèt in Concilio Tridentino quædam fiat patronatuum abrogatio (*c*), excipiuntur tamen ibidem patronatus super cathedralibus ecclesiis, & pertinentes ad Imperatores & Reges. Et S. Congregatio 4. Dec. 1586. censuit, sublatos eo decreto esse patronatus ex mero privilegio competentes, non ex fundatione vel dota-

(a) *Reiff. tract.* 21. *De Benef. d.* 3. (b) *Solorz. l.* 4. *Pol. c.* 3. *Et tom.* 2. *De Ind. Jur. lib.* 3. *cap.* 3. (c) *Trid. sess.* 25. *cap.* 9. *De Ref.*

Digitized by Google

dotatione: ut in Tridentini declarationibus habet Gallemart. Et ratio est, quia privilegium concessum ex dotatione vel fundatione est onerosum, & ejusmodi privilegia non comprehenduntur abrogatione, nisi exprimatur.

(III) *Montem pietatis*. Fortasse hic ille mons est, cujus fit mentio supra Ord. 515. Sed quod attinet ad eleemosynas hoc nomine relinquendas in testamentis, à pluribus non unius diœcesis Americanis audivi, nondum usu invaluisse. Nec ipsi quidquam audierant de hac institutione.

(IV) *Assistentibus duabus personis*. Vide Ord. 99. & 318. Clemens XIII. Const. *Cum omnium*, dat. 9. Kal. Maji 1762. declaravit, Superiores regulares non perpetuos in dignitate Ecclesiastica constitutos non esse, ad effectum ut in judices conservatores eligantur. An censeantur esse constituti in ecclesiastica dignitate, ad assistendum Episcopo consecranti, viderint qui interesse habent.

(V) *Inconsulto Romano Pontifice*. Etiam pro Indiis requiri beneplacitum apostolicum ad ejusmodi alienationes, constat tum ex præsente litterarum tenore, tum ex iis quæ tradit Cardinalis Petra (a) dum ait: *Videntur* ubicumque obtineri beneplacita apostolica, præsertim in alienationibus veris, & concessionibus in emphyteusim perpetuam, & innumeri sunt recursus per totam Italiam, & insulas adjacentes, imò Siciliam, & extra Italiam per Germaniam, Hispaniam, & Lusitaniam. Imo Nuntiis istorum regnorum elargitur in Brevibus facultas concedendi beneplacita usque ad certam summam. Ita etiam usque ab Indiis recurritur ad Urbem pro hujusmodi *beneplacitis*.

(VI) *Pœnas*. Pœnam scilicet nullitatis actorum, excommunicationis etiam contra Episcopos, & interdicti ab ingressu ecclesiæ. Quodsi per sex menses insorduerint in hoc interdicto, decretum est, ut incurrant suspensionem ab administratione ecclesiæ. De quibus vide cit. Card. Petram (b).

(VI) *Se les diesse el passe*. Hujus permissionis aut regii placiti defectu interclusa est executio litterarum apostolicarum, quibus Ill. Labrit in Episcopum Americæ institutus erat, ut refert P. Gumilla (c): *El Doctor* Nicolas Labrit Canonigo de Leon con tres emulos de su espiritu postrado à los pies de Benedicto XIII. le pidio que los empleasse en las missiones de gentiles en las regiones que gustasse. Su Beatitud los consagró Obispos para las quatro partes del mundo. A la occidental donde corre el Orinoco con Bula especial de el vino el Obispo Labrit, y mientras iba *passe* de sus Bulas, y *fiat* de Su Magestad Catholiça, le offrecio el Governador de la Trinidad y Guaiana su palacio. Determinó esperar en la Caiana, territorio de Francia, pero mudando de rumbo dio fondo en Aquiré, donde le mataron los *Caribes*.

ORDINATIO DCVI.

Anno 1766. 10. Sept.

AD vicennium ulterius inchoandum à fine benedictinæ prorogationis scilicet à die 17. Jul. 1768. indicas facultates Societatis missionariis con-

(a) *Petra, tom. 5. ad C. 5. Pauli II. sect. 3. num. 44. pag. 243.* (b) *Petra, loc. cit. sect. 4. n. 4. pag. 249.* (c) *Gumilla, Orin. Illustr. P. 2. c. 9. p. 101.*

Digitized by Google

concedi solitas prorogavit Clemens XIII. In iis litteris, quæ de cætero ejusdem tenoris sunt atque relatæ supra Ord. 522. novæ quædam adhibentur clausulæ. 1. In facultate dispensandi ad matrimonium, *ubi inter fideles infideles existunt additur: Etiam aliunde profecti:* = 2. Ibidem, dum fit potestas dispensandi in utroque foro, additur: *Et sine judiciali processu.* = Ibidem supprimitur clausula de adhibendo ab Ordinariis dispensantibus in foro externo aliquo de Societate in assessorem. Imo etiam omittitur facultas in præcedente prorogatione Ordinariis facta ad dispensandum se solis. = 4. Facultas extraordinaria, quæ seorsim concedebatur per vicennia in Const. *Cum dudum*, ad dispensandum in primo gradu affinitatis ex copula illicita, de qua supra anno 1734. 9. Sept., facultatibus ordinariis hujus Constitutionis eodem termino expiratura & renovanda nunc primum adjuncta est opportunè. Sed modò prodiit ut sequitur: *Ac insuper* eisdem Provincialibus & Presbyteris deputatis cum præfatis neöphytis in primo etiam gradu rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis (dummodo nullum subsit dubium, quod conjux possit esse proles ab altero contrahentium genita) sese attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant, in occultis tamen & in foro conscientiæ tantùm, ac urgentibus justis causis, gratìs dispensandi, & eos qui in gradibus ejusmodi etiam scienter contraxerint, ab excessibus, & excommunicationis, aliisque censuris & pœnis ecclesiasticis, in foro conscientiæ tantùm, gratìs pariter absolvendi facultatem *concedimus*. Facultas hæc ultimò prorogata erat à Benedicto XIV. anno 1752. 3. Maji, ut vide supra Ord. 597., de cujus prorogatione restabant etiamdum plures anni. Sed hac vice toto sexennio anticipata est prorogationis supplicatio quia tempus prorogandæ constitutionis *Animarum saluti* instabat juxta monitum Benedicti XIV. de quo supra Ord. 600. Et animus erat, ut ad vitandam oblivionem seu omissionem, de qua supra Ord. 542., simul & sub eisdem litteris expediendæ deinceps postularentur tam facultates contentæ in Const. *Animarum saluti*, quam extraordinaria illa de primo gradu affinitatis contenta in Const. *Cum dudum*; nam cæteræ, quæ in hac Constitutione continentur, mera repetitio sunt contentorum in illa. = 5. Valituræ constitutionis terminus præfigitur ad viginti annos à fine aliorum viginti, ad quos similes gratiæ à Benedicto XIV. concessæ fuerunt. Sed non exprimitur quod ex litteris ejusdem Benedicti 27. Januar. 1757. datis erat exprimendum, scilicet adnotatio temporis, quo indultum erat antea concessum, nempe 17. Jul. 1748. Præsentis ordinationis clausulæ excerptæ sunt ex authentico romanis typis edito & signato. Vide Ord. 600. Et regium placitum ad facultatum usum quæ hìc prorogantur, vide tum ibi, tum Ord. 522. Adnot. 7. Sed vicennale spatium, ad quod ejusmodi facultates concessæ sunt, placuit humanæ ac divinæ providentiæ fato, ut contraheretur.

A. M. D. G.

FINIS.

INDEX

INDEX

Qui ad Paginas refertur.

A

ABa-boya, quid. Pag. 410
Abbatia Iamaicæ. 90
Abreu impugnatur. 75
Abrogatur excomm. lim. 348
Abrogantur Commissarii. 467
Absolutio Ind. à reserv. 129. Ab hæresi. 286. A casibus Bullæ Cœnæ. 270. A reservatis Episcopo. 184. A reservatis. 58. 160. Facultas Episcoporum Lusit. 202
Abstinentia. 142. 115. 575
Abstinendum ab elect. 462
Abusus Goa. 429. 447
Acadia. 31. Academ. iter. 44
Acapulco. 21
Acta elect. mittenda. 438
Adipis usus. 142
Adjuncti de Capitulo. 360
Albion. 27. Album Prom. 4
Alexandri VI. linea. 7. 60
Alfaro Ordinationes. 406
Alienandi facultas. 266. 631
Alloza (Joannes). 304
Altamirano (Didac.) 123
Alternativa. 369. 385. 438. 460. 461. 462.
Alvar Nuñez. 24
Amazonas. 23. 37
Amboino. 14
America. 7. 8
Americus (Vesp.) 9. 61
Andalucia (Nova). 13
Angra. 4
Aniani fretum. 27
Annata. 200
Annobon. 6
Antequera. 102
Antillas. 7. 533
Apalaches. 20
Approbatio ad confess. 415
Approbatio Concil. 297
Arenaria (Ins.) 31
Arequipæ Episc. 269
Arguin. 4
Atahualpa. 21. 66
Augustiniani. 483
Australes terræ. 12. 29. 44
Ayola. 9
Azores. 4

B

BAffing (Sinus). 35
Bahama. 15
Balboa. 15
Baldaya. 3
Balsamum. 215. 249
Banco de Terran. 12
Bantan. 20
Baptismus Ind. 115
Baptismus infant. 507. 514
Belarmini catech. 393
Benedictio ornament. 160
Bermuda Ins. 20
Bermudez Patriarcha. 139
Betancur. 2
Bethlehemitæ. 457. 479. 506. 518. 519. 522. 533. 537. 538.
Bethlehemitissæ. 440
Bigamia excepta. 202
Bina celebratio. 427
Boil (Bernardus). 70
Boston urbs. 31

Digitized by Google

Boxador Prom. 2. 3. 55
Bracamon. 1
Brasilia. 9. 13. 72
Brasilicæ controvers. 454
Breviarium, & Missale. 263
Brouveri trajectus. 37
Buena-esperanza. Pr. 7
Buoenos-aires Episc. 365. 22
Bulla Cœnæ. 160. 180. 230. 268. 345
Bulla Cruc. 275. 287. 213
Bulla Inscrutabili. 383. 418
Bulla In conferendis. 435
Bulla Pii V. 423

C

Cabo-Blanco. 4
Cabo-Verde. 3. 4. 5
Cabral. 10. 72
Cafarelli Monitor. 424
Cajenna. 35
California. 22. 23. 41. 46
Cambalu. 16
Camboia. 23
Campeche. 16
Canada. 12. 21. 22. 36
Canariæ. 2
Canonici assistentes. 590
Cantus simplex. 550
Capitulum sede vac. 177. 387
Caraguata, quid. 404
Caramuel. 137
Carmelitæ. 343. 345
Carnes in sabatho. 575
Carolina. 37. 43
Carthago. 15. 21. 50
Castilla. 13
Catai. 16
Catechismus. 116
Causæ belli. 65
Causæ regularium. 272
Causæ minores. 292
Causæ Limanæ. 342
Causa angelop. 415. Carthaginensis. 515
Cebú. 26
Ceilan. 12
Celebratio bina. 160. Ante auroram. 270. In navi. 346. Post mediam noctem. 355. Tecto capite. 356
Censuræ, ex bello. 184
Cerda (Ludov.) 2
Cevicos, dubia. 377
Che-rembireco, quid. 409
Chiapa. 21. 62
Chiapensis. 65
Chile. 22. 23
Chilensium servitus. 131
Chocolate. 361
Chrisma. 215. 249
Christianum mare. 34
Christophori (I.). 35
Cibola. 23
Cinalóa. 21. 46
Coccincinæ Visit. 573
Coccinensis Ep. 261
Collegium quoto num. 531
Colon (Christoph.) 8. 61
Colonia SS. Sacr. 42
Colonia S. Jos. 522
Communicatio privil. 147. 186. 278
Communio Indor. 153. 197
Compositio. 264
Compostellæ jubil. 181
Conceptio. Ep. 104. 239
Concilia. 103. 244. 285. 297
Confessio per interpr. 430
Confirmatio Sacr. 291
Confirmatio privil. 108
Confraternitatis altare. 361
Congo. 6
Congo Missionarii. 439
Congregationes Guaraniorum. 541
Congregatio S. Petri. 553
Conquista. 55. 56. 57. 58. 59
Consecratio Ep. 428
Conservatores. 264. 380. 416
Consuetudo. 142

Con-

Conventus. 355. 481. 483. 531
Conversatio cum infid. 160
Corduba. 27. *Cordubensium monial. professio*. 359
Corepiscopi. 209
Cortesii patronatus. 107
Cranganor. 340
Cuba. 14
Cujaba. 45. 592
Culuacam. 21
Curam animarum concernentia. 513
Cuzco. 21

D

D*Avid (I)*. 47
Davids fretum. 29
Darien. 90
Decimæ. 74. 196. 243
Declarationes S. C. 427
Delegatio Mendic. 152
Delegati potestas. 422
Derogatio Clem. Religiosi, & *Reg. Cancellariæ*. 190
Desertores Ordin. 271
Desolacion (Cabo). 28
Diaconatus. 338
Diamantes (Terra). 37
Dieta. 97
Dimissoriæ. 366
Dionisii authoritas. 253
Disparitas cultus. 381
Dispensatio ad matr. 164. 216. 224. 268. 285. 231. 278. 500. 625
Disputatio de Ind. lib. 91
Distributiones. 385
Doctrinæ. 541. 243. 375
Dominicani. 198. 477
Donatio Alexandrina. 63
Donatio angelop. 415
Draconis bucca. 9
Drak (Franciscus.) 27. 29
Dubia pro parte Regis Cath. 496. 625. *Manilensia*. 377. *Episcopi Quebek*. 507
Ducatus auri. 241. 376
Durango. Episc. 365

E

E*Cclesiæ sine Capitulo*. 111
Edicta ad provisiones. 434
Ejecti è relig. 375. 432
Electio conservator. 380. 368
Eleemosina pro funere. 344. 348. 352. 383. 397. 415. 454. 523
Episcopatus primi. 87. 84. 82
Episcopatuum fines. 151. 624
Episcopi consecratio. 207. 407. 428. *Dispensat illegitimos*. 257. *Deses privatur redditibus*. 274. *Absolvit ab hæresi*. 266. *Visitat regulares*. 309. *Approbat*. 338. 379. 384. *Fructus percipit à die translationis*. 357. *Assistentes*. 365. 590. *Episcopo subsunt curati*. 383. & 609. *Quando regulares?* 416. *Festa an instituat?* 449. *Exemptus ab Inquis.* 515. *Facultates solitæ*. 528
Erectio Ecclesiar. 160. 213. 231
Error nominis. 580
Estotilandia. 6
Excommunicatio abrog. 67
Exemptiones abrog. 487. 524
Explicatio facult. 498
Ex-provinciales. 462

F

F*Abiani P. Epistola*. 254
Facultates Poggianæ. 184. *In Jubileo non suspensæ*. 583
Falkland. 46
Familia Christi. 589
Faventina praxis. 589
Feriæ ad ord. 106
Fernandez (I). 27
Festa Indor. 115. 599
Festum S. Rosæ. 448. *S. Antonii*. 526
Festa quoad præceptum negativum. 599

Digitized by Google

Florentini Concilii authoritas in decreto ad Arm. 251
Florida. 15. 16. 23. 26. 28
Flumen Grande. 44
Fragmenta post sacrif. 440
Franciscanorum alumnatus. 340. *Discalceatorum privilegia.* 439. *Capitula.* 408. *Possessio.* 295
Frezier. 459
Fridsland. 27
Frisia occid. 27
Frobisheri fretum. 27
Fuerte-Ventura. 2
Fugitivi pœna. 525

G

Gallæcia (N.). 21
Galli in Brasilia. 25. *In Florida.* 26
Gama (Vascus). 8
Gangis fons. 35
Georgia. 43
Goa. 13. *Sedes Episc.* 112. 197. *Dum vacat.* 261
Gojasiensis Prælatura. 592
Gomez Freire discursus. 227
Gradus consanguinit. 202
Gradus litterarii. 352. 367. 382. 395. 414. 466. 477. 480. 485
Gregorius XIII. reformat plures Constit. 311
Groënlandia. 1. 34
Guadalaxara. Ep. 160
Guadalupe Icon. 627
Guaraniorum matrim. 409
Guatimala. Metrop. 574
Guinea. 1. *Nova.* 21
Guayna. 38

H

Habitus Cler. 88
Hæretici Indi à quo absolvuntur. 266
Helena (S.). 11
Herba parag. 404
Hesperides. 4. 5
Hierro. 1. 2
Hippolitani. 295. 506. 527. 538. 549
Hispaniæ regna. 262
Hispanorum sævitia temere exaggerata. 130
Hortari ad præl. 230
Hospitalariûm conservator. 298
Hudson sinus. 29. 33

I

Ignacius (S.). 180
Ignorantia invinc. 458
Illegitimi. 218. 467. 572
Impedimentum publ. honestatis. 206. *Disparitatis cultus.* 381
Incarnationis epocha. 68
Indi natura liberi. 91. 114. 130
Indorum servitus. 342. 566. *Privilegia.* 115. *An possint ad laborandum compelli?* 128. 599. *Ad baptismum proni.* 130. *Venditorum pretium.* 138. *Communicandi.* 153. *Irrogatæ injuriæ manifestantur sine irregul.* 157. *Immunes ab interdicto.* 214. *Quoad velationes.* Ibid. *Quoad jura paroch.* 307. *Quoad indulg.* 352. 393. *Quoad communionem.* 394. *Libertatis Ind. defensio.* 402. *Quoad festum S. Rosæ.* 449. *Conceptionis.* 115. *Indos & mulatos non arcendos ab ordinibus*, 467. *Quo jure sabbatho carne vescuntur.* 575.
Indiæ occid. de Corona Castellæ. 239
Indiarum fines. 281
Indiarum Patriarca. 260
Indicanorum Ordo. 83
Indulgentiæ à Nuntio. 189. *Ante confessionem.* 212. *An prosint excommunicatis.* 212

Indul-

Indulgentia pro conversoribus. 216. 296. *Pro conquisitoribus*. 59. *Pro visitantibus ecclesias*. 224. 245. 296 281. 406
Indulgentiæ pauciores pro Indis. 338
Indulgentiæ animabus applicabiles. 510
Indulgentia duplex quandoque nulla. 569
Infideles an arcendi à sacrificio? 161
Infidelium filii an baptizandi? 507. 83
Informatio de statu libero. 488
Ingarum Imperium. 21
Inquisitores Episcopi. 93
Inquisitorum Officium. 244. *Non judicant Indos*. 287. *An extra forum contentiosum*. 532. 544
Instructio de baptismo Æthiopum. 121
Irregularitas. 184. 256
Iter ad Sinas. 28. 29. 38. *Iter Academicorum*. 44. *Ad Chiquitos*. 45. *Ad Tobas*. 46

J

Jamaica. 7. 13. 90
Januarium Flumen. 16. *Januarii Prælatura*. 265. *Episcopatus*. 461. *Dividitur*. 592
Japonia. 24. *Ecclesia Japon*. 359. *Matrimonia*. 373
Java. 14
Jejunia Indor. 115. *Sinarum*. 412
Josephi (S.) cultus. 463. 464. 466. 489. 550
Jubilæum S. Annæ Lim. 180. *Compostellani communicatio*. 181
Jucatan. 13. 16. 20. 201
Judex Metropol. Chil. 352
Juliani (S.) sinus. 45
Juramentum à Missionariis præstandum. 463
Jurisdictio Episc. in Ecclesias Regul. 591. 609

K

Kamschatka. 40

L

Labrit. Ep. 631
Laici non gravandi. 387
Lanzarote (I). 2
Latronum (II). 18
Lauretana peregrin. 534
Legaspi. 25
Leonis X. concessio. 94
Levvis (I). 35. 43
Liampó. 23
Licentia ad confess. suspendi potest. 417
Licentia conferendi sacramentum confirm. 622
Lima. 22. *Limanum decretum de affinit*. 172. 197. *Limana Synodus*. 296. *Sedes Episc.* 142
Limana Apost. visit. 157. 292
Limites Episc. 624
Linea demarcat. 7. 62
Litteræ promot. Ep. 628
Lites in America. 272
Ludovici (S.) Episc. 461
Ludovici (S.) Beltran. 484
Ludovisiana. 39. 46
Lusitanæ dition. Episcopatus. 112. 231
Lusitana an sub Hispania comprehendatur. 487

M

Macazar. 19
Machinatio cum effectu. 202
Madagascar. 13. 37
Madera. 2
Magallanes. fret. 16. 29

Digitized by Google

Magistrorum numerus. 483. 484. 485
Maire fret. 34
Malacca. 13. 14
Maldivæ. 12
Maloinæ. 41
Malucæ, al. Molucæ. 14. 20
Manila. 26. 261. 337
Manuale cærem. 515
Maravedi. 235
Marianæ. 39. 592
Marilandia. 36
Martha (S.). 15. 107
Martyres (Il.). 15
Martyrum Jap. cultus. 385. 386. 391
Mathei (S.) Inf. 19
Matrimonium infidelium. 248. 249. 362. 390
Matrimonia sine parocho. 405. *Guaraniorum*. 409. *Revalidatio in radice*. 493
Matutinum. 283. 353. 408
Maurisci. 136
Mechoacan. 18. *Episc.* 114
Medicinæ periti. 266
Meliapur. 11. 18. 231
Mendoza (Il). 30
Merces permutandi facultas. 268
Merces de surtimiento. 446
Mexicum. 18. 109
Mexicanum Concil. 380
Mina. 6. *Mindanaum*. 19
Minorum præcedentia. 408. 491. 506
Missio Boilii. 70. *Bolagni*. 59. *Valentiæ*. 103
Missionarii, qui. 283. 351. 414
Missionarii petitio. 466
Missipi. 24. 38
Mixtus gradus. 204. 401
Mixti & mulati arcentur ab August. 564
Mixtus cujus generis est? 546
Mizque. 557
Monachi. 153
Monasteria. 192. 224
Moneta loco sunt fructus. 445
Monita ad Ep. 457. *S. Pii V.* 223. *& seq.*
Monitorium Cursii. 476
Monomotapa. 12
Mons pietatis. 537
Montenegro (Ill.) 304
Moxorum regio. 38
Mozambique. 8

N

N*Ankin*. *Episc.* 484
Nasavii fr. 29
Nata. 16
Negotiatio interd. 346. 349. 442. 393
Neophitus quis. 216
Nicaragua. 18. 112
Nili origo. 34
Nobilitas Madurensis. 367
Non. Prom. 58
Nova-Hispania. 16. 17
Nova Segovia. 25
Nova Cantabria. 25
Nova Zembla. 26
Nova Barcino. 26
Nova Hollandia. 34
Nova Georgia. 43
Nova Dania. 34
Nova Suecia. 37
Novum Mexicum. 28. 31
Nuitsii regio. 35
Nullitas professionis. 475
Nuntii Ap. jus. 184

O

O*Fficium de Sanguine Christi*. 549. *De V. Plagis*. 558. *Parvum potest omitti*. 591. *Immac. Concept.* 628
Ojeda (Alfonsus). 9. 14
Olea benedicta. 56
Olinde. *Ep.* 460
Omnimoda Adriani. 96. 113

Ordi-

Digitized by Google

Ordinatio per quemlibet. 105
Ordinationum feriæ. 106
Ordinatio Sinarum. 431. 439. 448. *Sine titulo.* 457
Ordinarius quis. 203. 543. 584. 392
Ordines extra temp. 269. 374. 393
Ord. Præd. Fratres extra claustra. 397. *Conversi non ordinentur.* 437. *Non ante ætatem.* 437
Ordinario loci moniales Chilenæ subjiciuntur. 431
Orellana. 23
Orinoco. 21
Orleans (N.). 48
Ornamentorum bened. 368. 386. 391 397
Ortiz (Ill.). 91. 133
Otaitea. 46

P

P*Alaorum (Il.).* 40
Palli receptio. 517
Panama. 16. 96
Pará. Ep. 526
Paraguai. 19. 20. *Episcopatus.* 159. *Limites.* 398
Paraguai Ep. instructio. 403
Parochiarum provisio. 435
Parochus Regularis. 218. 296. 310. 311. 609
Parochi an ab hæresi absolvant. 266
Parochi sine titulo. 435
Parochi O. P. 439
Patriarca Ind. 260. *Æthiopiæ.* 139
Patronatus jus. 84. 92. 150. 618. 630
Patroni festum. 590. 627
Paulus III. benedicit paupertati. 141
Paulitanus Ep. 592
Paupertas Religiof. 229
Peccata, num causa belli. 225
Pecunia Religiosor. 200
Pedrarias. 110
Pekin. Ep. 484
Peñalosæ quæstiones. 434
Pensilvania. 39
Permutandi merces facultas. 268
Pernambuco, Prælat. 356
Perú. 19. 21
Peruvii fines. 238
Peso hueco. 445
Philippinæ. 23. 25. 340
Philippinarum ecclesiæ Sede vac. 464. 511
Pii V. Bulla revocatur. 383. 418. 609
Pinellus (A. L.) 303
Pinzon (Vincentius Yañez). 9. 13. 72
Pizarro. 19
Plata ensaiada. 275
Platensis Sedes Ep. 353. 183
Pœna indebite ordinatorum. 207. *Contra negotiatores.* 349
Popaian. 23. 159
Portiuncula. 184
Porto-Bello. 11
Portosanto. 2
Præbendæ suppressio. 384
Præceptum paschale. 394. 397. 399
Prædia quoad immun. 563
Præsentati Mercedarii. 438
Presbyteri Hospital. 534
Pretium Indorum. 138
Primatiale jus. 156
Privilegia regio-pontificia. 192. *Indiis communia.* 278. *Adversantia Tridentino.* 505. *Privilegia Indorum. Vide V.* Indi.
Probabilismo num faverit Urb. VIII. 410
Processiones. 353. 391. 392
Processus contra Regul. 192
Promontorium Album. 4
Prorogatio præc. pasch. 397. 399
Proscriptio Libri P. Norb. 578
Provincialis O. P. quoad irregularitatem. 198
Provinciarum divisio. 156
Puchueles, & quarterones an neophiti. 488. 493. 496
Puerto-Rico. 13

Quar-

Digitized by Google

Q

Quarta funer. 191. 349
Quarteron. V. Puchueles.
Quebek. 350. 451. 32
Quebedo (Ill.). 91
Quiloa. 8
Quiros. 32
Quito. 20. 155
Quivira. 23

R

Recursus in causis. 426
Redditus menstrui. 375. 382
Regium placitum. 160
Regulares extra claustra. 309. Indorum ministri. 312. 340. Reprobati. 366. Ad funus vocati. 391. Curati. 512. Confugientes. 563. An parochiæ capaces? 609. Amovibiles. 609
Reies. Flumen. 8
Religiosi doctrinarii. 193. Paupertas. 229. Quo destinantur se conferant. 352
Resolutio quorumdam casuum. 501
Revalidatio matrim. 494
Rex Cath. Sedis Ap. delegatus. 67. Communes habet Lusitani gratias. 68. Episcopatus definit. 151. Decimarum dominus. 78. Nominat ad beneficia. 618
Rio-Janeiro. 16. De la Plata. 16
Ritus Sinenses. 414. 427. 448. 462. 521. 567. Malabarici. 571
Ritus in expositione. 55. 587
Rosa (S.) 441. 448. 453
Rosarii gratiæ. 441
Ruego y encargo. 89

S

Sable. (I.). 31
Sacerdotum penuria. 277
Sacerdotes Japon. durante persecutione. 381
Sacra in lingua vulg. 356
Sacræ C. declarationes. 427
Salomonides (Il.). 26
Salvatoris (S.) ecclesia. 460
Salutatio concionatoris. 478
Sancta Crux (urbs). 25. 348
Sanctæ fidei. Ep. 207. 218
Sanctorum translatio. 560
Sandalia. 537
Sclavi quoad semifesta. 599
Scripta de Missionibus. 454
Scripta de ritibus Sin. 519
Sebaldinæ (Il.) 31. 41
Sedis Tucum. translatio. 489
Seminaria Mission. 467. 478. 536
Senegal. 4
Sententia de non cultu. 459
Sepulveda (Doctor). 65. 130
Servitium personale. 227
Simonia. 257
Sinis intimanda. 412
Sinarum provinciæ. 484
Sinenses ritus. V. Ritus.
Societas Holland. 31. 37
Socotora. 12
Sodalitates immunes. 541
Solano (S. Fr.). 459. 535
Solorzanus emendatur. 370. & 91
Sonora. 46
Soto (Ferdinandus). 24
Spizbergium. 30
Spurios ordinandi facultas. 277
Stipendium pro eleemosyna. 220
Stationum indulg. 584
Statuta ferendi fac. 160
Statuta Minorum. 379. 431
Subsidium contra Scotos. 489
Successio sanguine junctorum. 489
Sumatra. 13
Sunda. 20
Superioris licentia ad usum facult. 183

Digitized by Google

Suspensio monasterii. 417
Suspensio Ex-fratrum. 432
Synodus diœcesana. 261. 337
Synodns Limana à S. C. emendata. 299. *Qua ratione obligat in provinciis.* 301
Synodus Mexic. 309. 103. 124

T

Tazman, regio. 37
Terceras (Il.). 5
Terra nova. 8. 9. 12. 28
Tertiarii Carmel. 564. 591
Testamenta. 537
Theses. 306
Thibet. 35. 42
Thome (S.) Insf. 6
Thuribius (S.). 292. 309. 534
Tierra-del-fuego. 16
Titularis cultus. 588
Tituli manu-capiendi. 227
Tituli lectoris, &c. 408. 550
Tlascalæ Ep. 104
Tomin, quid? 275
Traditio Apost. 252
Transitus ad Cartus. 284. 524
Transitus ad Japon. 292. 341. 393
Transitus ad laxiorem ordinem. 525
Translatio Episc. 357
Translatio festi. 491
Triennalis possessio. 436
Trinidad. 8
Tristan-de-Acugna (I). 13
Tubichabae, quid. 410
Tucuman. 25. 24. *Episcopat.* 231. *Qua ratione in Insulis esse dicitur.* 238. *Tucuman. Ep. postulata.* 617
Tuitiva. 426
Tunkini festa & jejunia. 413. *Synodus.* 455. *A Macai diœcesi disjungitur.* 486
Turonensis libra. 481

V

Vacantis Eccl. redditus. 376
Vagorum matrimonia. 454
Valencia (Martin). 103
Validitas Capituli. 440
Vallisoletum. Ep. 107
Vega. (D. Felician.). 304
Vela. 9
Velas (Il). 21
Venezuela. 20
Veracrux (urbs). 16
Veragua. 11
Vera pax. Ep. 206. 348
Verazani. 18. 19
Verbiest (Ferd.). 467
Vicarius revocatur. 370. *A Metropolitano deputatur.* 378. *Quoad Conservatores.* 418
Vicarius Apostol. 446. 448. 456. 457
Vicariis Ap. subsunt missionarii. 447
Vicarius da Vara *quis.* 456
Vicarius Capitularis an dispenset ad matrimonium. 492. 568
Vicarium quis eligit. 512
Vicarius Generalis quo loco sedet? 590
Vicennales facultates. 310. & *deinceps.*
Vicennium unde incipit. 451
Virginia. 28. 32
Vis consnetudinis. 142
Visitatio liminum Apostolorum. 157. 202
Visitatorum famulatus. 387
Vivæ vocis oracula. 147. 180
Vitia Indorum. 133
Unio regni duplex. 263
Universitas Lim. 246. *Mexicana.* 337. *Guatimalæ.* 480. De Caracas. 527. *Hispaniolæ.* 594
Universitatum genus triplex. 395
Vocis activæ & passivæ privatio. 386
Votorum commutatio. 184

Digitized by Google

Voti castitatis dispensatio. 285
Uraba. 11
Willops. 25
Uxor de pluribus retinenda. 115.125. 247

X

XAverius Goa. 24. *Nuntius.* 141
Cultus. 365. 465. 595

Y

YOrk. Nova. 32
Yesso. 35. 40
Yanacona, quis. 404. p. 600

Z

ZEmbla. Nova. 26
Zebu. V. Cebu.
Zumarraga (Ill.). 103. 132

FINIS.

Digitized by Google

Pag.	lin.	ERRATA	CORRIGE
83	3	la que	*Ea qua*
101	41	provincialibus	provisionibus
138	17	naturaliter	actualiter
156	15	Hispalensis	Aygualensis
227	9	personalem	personale
375	36	certa	incerta
384	15	101	404
387	27	quos	pios
437	19	intenti	intento
504	13	aptat	a partat
543	36	distantia	distantiam,
		quantitas	quantitatem
		& mensura.	& mensuram.
553	11	Officiale	Officialium
553	25	necessitatis	necessariis
554	26	Episcopis	Episcopos
572	9	missionariis	missionarios
ibid.	11	gestationem	prohibitionem gestationis
582	14	designandi	designanda

His adde errata quædam non typorum.

Pag.	lin.	ERRATA	CORRIGE
5	16	*Nec minus*	Non est negandum præter Tenerifem, quæ de Canariis est, esse in Azoribus Insulam a Pico dictam.
16	44	Insula	Sinus
44	13	Consolatione	Circumcisione

Faveat Lector, & cætera benigne corrigat.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del Pubblico Revisor D. *Natal dalle Laste* nel Libro intitolato: *Fasti Novi Orbis, & Ordinationum Apostolicarum ad Indias pertinentium Breviarium &c. ms.* non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi concediamo Licenza a *Giovanni Gatti* stampator *di Venezia* che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 16. Giugno 1774.

(Andrea Querini Rif.
(Girolamo Grimani Rif.
(Sebastian Foscarini Cav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 163. al Num. 82.

Davidde Marchesini Segret.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google